An Maioratus possessor, qui bona maioratus super quibus erat annuus reditus ex Regia facultate impositus, ab annuo reditu illù redimendo liberavit, successorem in illo maioratu, vel bona ipsius maioratus possit in posterum obligare ad solutionem reddituum cèsus redempti? p. 149.

§. Vnicus.

Census cõstitutus in nummis argenteis, & ærosis, v. g. *en reales de à ocho, de à quatro, de à dos, y sencillos, y lo demas en moneda de vellon*, sine expressione quantitatis cuiuslibet speciei: in quibus nummis, & in qua quantitate possit, & debeat fieri redemptio? pag. 152.

DISCURSVS III.

De termini prorogatione.

An de iure terminus ultramarinus, vel quasi concedatur, quando probationes recipiendæ sunt extra Provinciam, & quibus in casibus: & si semel fuerit concessus, an iterùm concedi

possit: & decé dierum contrarij imperij prorogari? pag. 159.

§. I.

An in iudicio summarissimo *interim* admittantur omnes exceptiones, vel tantùm, quæ incontinenti probari possint, & quid dicatur incõtinenti. p. 159.

§. II.

An in iudicio summarissimo possessorio *interim* admittantur omnes exceptiones, vel tantùm, quæ incontinenti probari possint, & quid dicatur incontinenti?

Sequitur Regia Provisio in causa Ducatus Cardonæ. 166.

DISCURSVS IV.

De Positionibus, & responsionibus.

De æqualitate in iudicio inter partes servanda. In qua plene tractatur materia positionũ, & responsionum personalium: & an Procurator egeat speciali, & individuo mandato ad sic, & sic ponendum, sicut eget ad sic, & sic respondendum? pa. 171.

DISCURSVS V.

De leg. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollendo.

Utum remedium summarissimũ

Discursus quos hoc opus continet.

risimum adipiscendæ possessionis *leg. final. Cod. de edict. Div. Adrian. tollend.* competat successori maioratus dignitatis Regalis, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, cæterorumvè perpetuorum fideicommissorū Cathalonix, ad similitudinem maioratum institutorum. 183.

DISCURSVS VI.

De Iudice supplicationis.

Vtrum Iudex appellationis, seu supplicationis possit cognoscere de his, quæ fuerunt omissa in prima instantia. Et quomodo supplere debet Iudex, quæ desunt partium Advocatis? 191.

DISCURSVS VII.

De Maioratus Hispania.

Vtrum in successione Maioratus regularis Hispaniæ, filia primogenita primi matrimonij præferatur filix secundogenitæ in secundis nuptijs, quæ est vtrunque coniuncta filio masculo fratri suo, in secundo etiam matrimonio procreato, qui patri in maioratu successerat, & sine liberis decessit? pag. 198.

DISCURSVS VIII.

De vera successione primogenitæ.

Fundatur vera successio filix

primogenitæ ex primo matrimonio procreatæ: & filiam secundam vtrunque coniunctam ultimo possessori maioratus, vnà cum doctrinis duo Arcadiæ Pastores forma iocosa in Latiniparlæ cœtu rejiciunt, & docent materiam successio- nis Maioratum Hispaniæ. p. 234.

§. I.

Iterum eadem materia disputatur. pag. 248.

§. II.

De tertio oppositore in causa summarissimi possessorij in gradu supplicationis vertenti post conclusum in causa, sententiamque assignatam, an admitti debeat? pag. 254.

DISCURSVS IX.

De retentione bonorum.

Vtrum detentator bonorum Maioratus, vel fideicommissi retinere ea possit pro creditis tularibus ultimi possessoris, alijsq; creditis, & expensis in rebus maioratus factis; vel pro dote, bonisque superlucratis constante matrimonio: & pro his esse legitimus cõtradictor ad impediendam immisionem possessionis *leg. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen.* Et an contra mulierem in summarissimo possessorio

Discursus quos hoc opus continet.



torio retinenda, & interdicti interrim suam dotem, & sponsalium repetere intendentem, possit creditor bona mariti retinere? pag. 264.

cusationis Senatoris. pag. 300.

DISCURSUS II.

De Maioratibus Cathalonie.

An in Maioratibus Cathalonie dignitatis Regalis, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, cæterisque fideicommissis perpetuis ad eorum similitudinem institutis ab instanti mortis possessoris transferatur, ipso iure, in successorem possessio civilis, & naturalis, sicut transfertur in Regnis Castellæ, virtute leg. 45. Tauri, & possit successor intentare remedium retinendæ possessionis? pag. 305.

DISCURSUS X.

Doctissimi D. Iosephi Perez de Soto Fiscalis Regij patrimonij meritissimi. pag. 271.

PARTE I.

Que no se ha propuesto credito tutelar, que pueda aver motivado el pretender manutencion la Duquesa de Frias del Estado de Cardona para seguridad de su paga. pag. 272.

PARTE II.

Que en los terminos del caso de este Pleyto, es sin duda alguna, que à la señora Duquesa de Frias no le compete, ni puede competir retencion, ni manutencion de el Estado de Cardona, como à tutora del Duque Don Ioachin, hasta aver dado la quenta de la tutela, ni por otro titulo, ni causa alguna. pag. 277.

LIBER TERTIVS.

DISCURSUS I.

De recusatione omnium Iudicium. pag. 291.

Sententia Regia in causa re-

§. I.

An tenuta competat apud Supremum Consilium in bonis Maioratuū, quæ sunt extra Regnum Castellæ, si prætensores sint domicilianj illius Regni? Et an quoad bona sita extra Regnum transferatur possessio legis Taurinensis? pag. 312.

§. II.

An Rex, eiusque Regium Consilium Aragonum possint cognoscere per viam violentiæ suis vassallis factæ, in causis pendentibus in Consilio Principatus Cathalonie abtque contrafactione constitutionum, & privilegiorum Principatus? p. 316.

Discursus quos hoc opus continet.

Regia Sententia in Supremo Consilio Aragonum lata in lite Ducatus Sugutbi, inter Excellentissimos Ducissam de Medinaceli, & Don Petrum ab Aragonia. pag. 324.

DISCURSUS III.

De quodam Maioratu Hispania. pag. 334.

§. I.

De facultate eligendi successorem Maioratus, ab institutore ultimo possessori cōcessa. p. 335.

§. II.

De revocabilitate, vel irrevocabilitate Maioratus. pag. 335.

§. III.

Deficientibus omnibus descendentibus institutoris Maioratus, consanguineis non vocatis, an bona maneat libera in ultimo possessore? pag. 337.

§. IV.

Repræsentatio leg. 40. Tauri, in successione maioratus an sit extendenda ad transversales institutoris; vel tantum restringenda ad transversales ultimi possessoris descendentes ab institutore? pag. 339.

DISCURSUS IV.

De concurrentia viduæ, & successoris maioratus.

Si ad bona mariti defuncti, quæ erant maioratus, seu fidei commissi, concurrant vidua petens tenutam Constitutionis hanc nostræ, tit. disolt lo matrimoni, pro sua dote, & sponsalicio; & successor maioratus, vel fidei commissi, petens immisionem possessionis remedio leg. fin. Cod. de edict. Div. Adria. tollen. simul cum manutentione retinenda, quis præferendus sit? pag. 345.

DISCURSUS V.

De renunciatione Maioratus, & Beneficij.

An renuncians Maioratum, Beneficium, seu Capellaniam, vel aliud ius, sequuta vacatione, possit iterum ad illum reverti? pag. 349.

DISCURSUS VI.

De Sequestro.

An sequestrari debeant bona, redditus, pensiones, fructus, iurisdictiones, cæteraque iura pertinentia Ducatui Cardonæ, lite pendente inter Ducissam de Medina, & Ducissam de Frias, olim Ducissam de Cardona, contenden-

Discursus quos hoc opus continet.

dentes super tenutam, summa-
que possessionem, & remedium
retinendæ bonorum, & Status,
ac Maioratus prædicti Duca-
tus? pag. 361.

§. I.

Praxis, qua Senatus seques-
trum apposuit in Ducatu Car-
donæ. pag. 367.

Regia Provisio sequestri. 368

§. II.

An à provisione sequestri li-
ceat supplicare? pag. 368.

§. III.

An ritè, & rectè sit nomina-
tus administrator, seu seques-
trator Status Cardonæ Dux de
Medinaceli? pag. 372.

§. IV.

Vtrum supplicatio interposi-
ta à Ducissa de Frias à Provi-
sione facta, facto verbo, in qua
ad supplicationem Promotoris
Fiscalis patrimonialis appositum
fuit sequestrum in Ducatu Car-
donæ, suspendat progressum iu-
dicij summarissimi possessorij,
quod pendet in Aula Domini
Regentis Cancellariam in gra-
du supplicationis? pag. 382.

DISCURSUS VII.

*De condominio Civitatis Sa-
guntinae.*

An Capitulum Ecclesiæ Sa-
guntinæ sit condominus Civi-

tatis cum Episcopo: possitque
se nominare *condominus* cum
Episcopo Sede plena? pag. 391.

DISCURSUS VIII.

*De supplicationibus, seu appella-
tionibus.* pag. 407.

§. Vnicus.

An domini vassallorum cog-
noscere possint de appellationi-
bus Iudicum inferiorum suo-
rum Statuum? pag. 410.

DISCURSUS IX.

De terris incultis.

An domini vassallorum pos-
sint in terris suæ iurisdictionis
concedere facultatem, ut terræ,
quæ pastus fuerint, ad culturam
reducantur, vel de illis, quæ di-
cuntur *valdios* donationes face-
re? pag. 414.

DISCURSUS X.

De testamentis.

An valeat testamentum nun-
cupativum, in quo testator pro-
prio ore, & voce nomen heredis
non expressit, nec manu sua
scripsit: sed ad interrogationem
tabellionis, respondit, *sic?* p. 424.



REGIA PROVISIO, FACTA IN
LITE PENDENTE IN SUPREMO REGIO SENATV CA-
thalonix, inter Excellentissimam Dominam domnam Catharinam
Antoniam Raymundo Folch de Cardona, Aragon, & Sandoval,
Ducissam de Medinaceli Sugurbi, Cardonæ, Lermæ, & Alcalà, &c.
Et Excellentissimam Dominam domnam Mariam Theresiam
de Benavides, olim Ducissam Cardonæ, nunc
verò de Frias contententes.

SVPER TENVTAM, ET POSSESSIONEM PRÆ-
dicti Ducatus Cardonæ, ceterorumque Statuum,
& Baroniarum illi annexorum.

AD RELATIONEM NOBILIS DOCTORIS D. MI-
chaelis de Cortiada, in Regia Audientia Auditoris.

Initium huius libri ab hac Regia Provisioe sumitur; nam ab ea est
 supplicatum; & à Ducissa de Medina in eo agitur de illius
 commutatione, revocatione, seu reformatione in vim defensio-
 nis, & doctrinæ cum reverentia Senatus.



DIE 15. Februarij 1677. Viso processu, & partium
 altercato, super interdicto interim, sive summarissi-
 mo possessorio per Admodum Illustrem domnam
 Mariam Theresiam de Benavides vxorem in se-
 cundis nuptijs illustris domni Iñici Melchioris Fer-
 nandez de Velasco & Tovar, Comestabilis Castelle,
 Ducis de Frias; & in primis admodum illustris dō-
 ni Ludovici Folch de Cardona & Aragon, olim de Cordova Ducis
 Sugurbi & Cardonæ, prætenso circa possessionem, seu quasi, in qua
 asserit existere Ducatus Cardonæ, Statuum, & bonorum in præsent
 Principatu Cathalonix sitorum, & quos, & quæ tenebat, & posside-
 bat die sui obitus dictus admodum illustris Dux dominus Ludovicus
 eius primus vir: causis, & rationibus contentis in supplicatione, &
 articulis die 7. Aprilis 1670. 17. Martij, & 21. Aprilis pro eius
 parte respectivè oblati, quibus fit relatio: cui prætensionem extitit cō-
 tradictum per admodum illustrem domnam Catharinam Antoniam
 Folch de Cardona, & Aragon, olim Fernandez de Cordova Ducis-
 sam Sugurbi, Lermæ, & Medinaceli, & Alcalà vxorem admodum

Regia Provisio.

illustris domni Ioannis Francisci Thomæ Laurentij Folch de Cardona & Aragon, olim Fernandez de Cordova Ducem de Medinaceli, Alcalà, Sugurbi, & Lermæ, intentando pariter interdictum summarissimum interim circa possessionem, seu quasi, in qua vigore Constitutionum *Hac nostra, & finalis, tit. Dissolt lo matrimoni*, asserit existere dictorum Ducatus Cardonæ, bonorum, & Statuum, quos, & quæ dictus admodum illustris Dux dominus Ludovicus eius pater die sui obitus tenebat, & possidebat, causis, & rationibus pro eius parte deductis in supplicatione, & articulis respectivè oblati 8. Aprilis 1670. & 14. Martij, & 11. Aprilis 1671. quibus refertur, visis alijs pluribus schedulis per prædictas partes oblati respectivè: Visis instrumentis exhibitis, & testibus ministratis, visis videndis.

2. Attentò ex meritis processus, & alijs constat admodum illustrem domnam Mariam Theresiam de Benavides vxorem in primis nuptijs admodum illustris domni Ludovici Folch de Cardona, & Aragon, olim de Cordova, Ducis Sugurbi, & Cardonæ, & in secundis illustris domni Inñici Melchioris Fernandez de Velasco & Tovar Comestabilis Castellæ Ducis de Frias esse in possessione, seu quasi tēpore litis motæ, & ante Ducatus Cardonæ, & aliorum Statuum, & bonorum, quos, & quæ die sui obitus tenebat, & possidebat dictus admod. illustris Dux D. Ludovicus eius primus vir, de quibus est in possessione, scilicet Ducatus Cardonæ, & suorum Castrorum, Villæ Sancti Laurentij de Morullis, & suorum Castrorum, Civitatis Coeltonæ, & suorum Castrorum, Villæ de Tora, & suarum Baiuliarum, Villæ de Sort, & totius restantis Marchionatus de Pallás (minus Valle de Aneo, & medio quartuli de Llavorfi) Villæ de Garcia, de pertinentijs Baronis de Entensa, Baroniarum de Arbeca, Iuneda, & Oriola, Comitatus de Prades, & Molendini de Armentera, de pertinentijs Comitatus Empuriarum. Constat pariter ex meritis processus, & alijs dictam admodum illustrem domnam Catharinam Antoniam Folch de Cardona & Aragon, olim Fernandez de Cordova, Ducissam Sugurbi, Lermæ, de Medinaceli, & Alcalà vxorem admodum illustris domni Ioannis Francisci Thomæ Laurentij Folch de Cardona & Aragon, olim Fernandez de Cordova, Ducis de Medinaceli, Alcalà, Sugurbi & Lermæ, tempore litis motæ, & ante esse in possessione, seu quasi Baroniarum Conchê de Odene, Villarum de Tivissa, & Mora, de pertinentijs Baronis de Entensa, & Comitatus Empuriarum, minus Molendino de Armentera.

3. Et licet per dictam admodum illustrem domnam Catharinam Antoniam Folch de Cardona, & Aragon, olim Fernandez de Cordova, Ducissam Sugurbi, Lermæ, & Medinaceli, & Alcalà, sit præ-

Regia Provisio.

tensum, deductum, & allegatum in vim Constitutionum *Hac nostras*
& finalis, tit. Dissolt lo matrimoni, sibi competere tenutam, & pos-
sessionem Ducatus Cardonæ, & aliorum bonorum, & Statuum in
præsenti Principatu Cathalonix sitorum, quos, & quæ dictus admo-
dum illustris Dux domnus Ludovicus eius pater die sui obitus tene-
bat, & possidebat, eo quia instrumento publico capitulorum matri-
monialium in hito, & firmato inter admodum illustrem domnum Lu-
dovicum de Cardona, & Aragon, tunc Comitem Empuriarum, po-
stea Ducem Sugurbi, & Cardonæ ex vna, & admodum illustrem
domnam Mariam Annam de Sandoval filiam primogenitam illu-
strium Ducum de Lerma partibus ex altera, 29. Augusti 1630.
penès Iacobum Fernandez Notarium publicum Villæ Matriti, de
quo fidem facit Ioannes Masson Notarius publicus eiusdem Villæ,
constat dictam admodum illustrem domnam Mariam Annam de Sandoval
in dotem constituisse dicto admodum illustri domino Ludovico de
Cardona & Aragon, Comiti Empuriarum, deinde Duci Sugurbi, &
Cardonæ centum duodecim mille nummos, vulgò *ducats*: scilicet
centum mille nummos in censuali, cum Regia facultate creando su-
per patrimonio, & redditibus domorum, & Statuum dictorum illu-
strium Ducum de Lerma, & pro illo solvendos esse quinque mille
nummos reddituum quolibet anno, currere incipientium à die quo di-
cti admodum illustres Dux domnus Ludovicus, & domna Maria de
Sandoval per verba de præsenti desponsati fuerint: cum conditione,
quod eventiente casu succedendi dictam admodum illustrem dom-
nam Mariam Annam in Statibus Lermæ, vel Vcedæ cessare debe-
ret obligatio dictorum centum mille nummorum dictæ dotis, & fru-
ctuum illius: modo, & forma in dicto instrumento contentis: & re-
stantes duodecim mille nummos in localibus, vestibus, & supellecti-
bus domus: dictumque admodum illustrem domnum Ludovicum
de Cardona, & Aragon, Comitem Empuriarum, postea Ducem Su-
gurbi, & Cardonæ promississe, & donasse in arrhis dictæ admodum
illustri domnæ Mariæ Annæ de Sandoval duodecim mille nummos,
vulgò *ducats*, pro quarum dotis, & arrharum securitate obligasse bo-
na libera, quæ habebat, & haberet, & in eorum defectum fructus, &
redditus Statuum Sugurbi, Cardonæ, & Comares, & se submisisse
foro, & iurisdictioni Præsidentis, & Senatorum Regiarum Audien-
tiarum, & Cancellariarum Vallisoleti, & Granatæ, & Alcaldorum
Domus, & Curix suæ Maiestatis, quarumcumque partium, provt
latius in dicto instrumento capitulorum matrimonialium habetur,
ad quod fit relatio. Constat ex fide desponsationum dictos admodum
illustres

Regia Provisio.

illustres Duces domnum Ludovicum, & Ducissam domnam Mariam Annam 21. Octobris 1630. fuisse desponsatos per verba de presenti in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ. Constat instrumento recepto, & testificato 21. Octobris 1630. penes dictum Iacobum Fernandez Notarium publicum Villæ Matriti, de quo fidem facit dictus Joannes Masson de Benavides Notarius publicus dictæ Villæ, de solutione dictæ dotis, constituissè que dictum admodum illustrem Ducem domnum Ludovicum se debitorem dictarum dotis, & arrharum, & quod pro illis dicta admodum illustris domina Maria Anna de Sandoval se ampararet in meliori statu bonorum, & reddituum suorum, & concessissè, quod quicumque Iudices competentes eam amparassent iuxta foros, & leges vbi intentaret, cum obligatione bonorum liberiorum, quæ habuisset tempore restitutionis dictarum dotis, & arrharum, & in eorum defectum fructuum, & reddituum dictorum Statuum Sugurbi, Cardonæ, & Comares: prout dictum fuit in instrumento capitulorum matrimonialium, sine eorum perturbatione in suo vigore illis remanentibus.

4 Constat ex dicto matrimonio inter dictum admodum illustrem Ducem domnum Ludovicum, & dictam admodum illustrem domnam Mariam Annam de Sandoval celebrato, natam fuisse dictam admodum illustrem domnam Catharinam Antoniam, Fernandez de Cordova, & Aragon, hodie Ducissam Sugurbi, Lermæ, de Medinaceli, & Alcalà.

5 Constat dictam admodum illustrem domnam Mariam Annam de Sandoval 12. Martij 1651. obiisse, superstitè admodum illustri Duce domno Ludovico eius viro.

6 Constat dictum admodum illustrem Ducem domnum Ludovicum absque filiis masculis ex dicto matrimonio 13. Ianuarij 1670. à vivis migrasse.

7 Ex quibus prætenditur tenutam, & possessionem Ducatus Cardonæ, ac Statuum, & bonorum, quos, & quæ dictus admodum Dux domnus Ludovicus die sui obitus tenebat, & possidebat in præfenti Cathalonix Principatu pertinere, competere, & spectare dictæ admodum illustri Ducissæ domnæ Catharinæ Antonix Folch de Cardona, & Aragon, vti filix primogenitæ, & heredis ab intestato dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ de Sandoval eius matris, in vim dictarum Constitutionum *Hac nostra, & finalis, tit. Dissolt lo matrimoni.*

8 Cæterùm attentò, quod possessoria, quæ intentat, seu intentare potest mulier, & suo casu filius, aut filia eius heres in vim Constitutio

tutionum *Hac noſtra, & finalis, tit. Diſolt lo matrimoni*, habent admixtam cauſam proprietatis ; & contra eiſmodi poſſeſſoria poſſunt apponi omnes exceptiones , quæ pertinent ad petitionem bonorum, & pertinere poſſunt petitorium , licet de proprietate non cognoſcatur : nam quando eſt probanda aliqua qualitas veluti ſe eſſe heredem, vel alia, vt deſcendentia , & comprehenſio , poſſeſſorium ſemper eſt mixtum, & poſſunt in poſſeſſorio apponi omnia, quæ poſſunt oppo- ni in petitorio.

9 Et quicquid in primis ſit an dicta admodum illuſtris Ducifſa domna Maria Anna de Sandoval in dictis capitulis matrimonialibus renunciaverit tenuræ, & poſſeſſioni bonorum, quæ dictus admodum illuſtris domnus Ludovicus Dux Sugurbi, & Cadonæ, habeat in Principatu Cathalonix, & Regno Valentix, nedum cum beneficio faciendi fructus ſuos, ſed etiam ſimplici tenuræ, & poſſeſſioni dictorum bonorum in illis verbis contentis in dictis capitulis matrimonialibus, ibi : *Como la dicha ſeñora Doña Maria Ana, llegado el caſo de cobrar ſu dote, y arras, y viudez, de los Estados, que el dicho Duque de Segorbe y Cardona tiene en el dicho Principado de Cataluña, y Reyno de Valencia, vno, ni otro, ni ſus herederos, ni ſus ſucceſſores no ayen de tener derecho de tenuta, haſiendolo ſuyos los frutos de los dichos Estados, por la retardacion de la paga de ſus creditos, ni hã de tener mas derecho, que la cobranza de ſus creditos, con cinco por ciento de interès, como queda dicho en eſta capitulacion, con ſus coſtas, y ſalarios ; y los dichos ſeñores Don Pedro Antonio de Aragon, y la dicha Duqueſſa de Lerma, en nombre de ſus partes, y la dicha ſeñora Doña Maria Ana, por ſu proprio interès renuncia qualquier derecho, ley, eſtatutos, ò privilegio, que tengan, ò les pertenezcan para poder pedir la dicha tenuta, y poſſeſſion de frutos, por la retardacion de las dichas pagas.*

10 Secundò, quicquid ſit an per renunciationem legitimarum paternæ, & maternæ factam per dictam admodum illuſtrem Ducifſam domnam Catharinam Antoniam in favorem dicti admodum illuſtris Ducis domni Ludovici eius patris, qui eam dotaverat in centum mille nummis, vulgò *ducats*, vt dictus admodum illuſtris Dux domnus Ludovicus illius pater, poſſet diſponere de dictis legitimis vt hereditas propria, ceſſa, & renunciata per dictam admodum illuſtrem Ducifſam domnam Catharinam Antoniam inſtrumento publico numero 45. capitulorum matrimonialium inſtituto, & firmato inter dictum admodum illuſtrem domnum Ioannem Franciſcum de la Cerda Ducem de Alcalà, hodie Ducem Sugurbi, Lermæ, & de Medinaceli ex vna, & dictam admodum illuſtrem domnam Catharinã

Anto-

Regia Provisio.

Antoniam partibus ex altera, prima Maij 1653. penès Andream Castañalor Notarium publicum Civitatis Lucenæ; & per renunciationem legitimarum paternæ & maternæ factam per illustrem domnam Mariam de Aragon Marchionissam de los Velez, à qua cessionem habet dicta admodum illustris Ducissa domna Catharina Antonia, vt infra dicetur, in favorem dicti admodum illustris Ducis domni Ludovici eius patris, qui eam in centum mille nummis dotaverat, instrumento publico numero 38. capitulorum matrimonialium in hito, & firmato inter dictam illustrem domnam Mariam de Aragon & Sandoval ex vna, & illustrem dominum Ferdinandum Faxardo de Requens Marchioné de los Velez partibus ex altera, 9. Septembris 1654. penès Ferdinandum Martinez Notarium publicum Civitatis Lucenæ; & per renunciationem legitimarum paternæ & maternæ factam per illustrem domnam Theresiam de Aragon Ducissam de Camiña, à qua vt infra dicetur, cessionem habet dicta admodum illustris Ducissa domna Catharina Antonia in favorem dicti admodum illustris Ducis domni Ludovici eius patris, qui eam dotaverat in centum mille nummis, vt posset de illis disponere dictus admodum illustris Dux dominus Ludovicus illius pater ad suam voluntatem, provt voluisset, instrumento publico capitulorum matrimonialium inter dictam illustrem domnam Theresiam de Aragon, & Sandoval ex vna, & illustrem dominum Petrum de Portocarero Comitem de Medellin, Ducem de Camiña partibus ex altera, 9. Augusti 1662. penès Vincentium Suarez Notar. pub. Villæ Matriti, sic renunciatum per vnamquàmque earum pro sua parte hereditati dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ de Sandoval illarum matris ab intestato defunctæ: consequenterque, an renunciaverint tenentæ, & possessioni Statuum, & honorum, quos, & quæ dictus admodum illustris Dux dominus Ludovicus die sui obitus habebat, & possidebat in præsentis Cathalonie Principatu, quæ ipsis competere poterat vti heredes ab intestato dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ illarum matris.

11 Et quicquid tertio sit, an iuxta verba capitulorum matrimonialium inter dictam admodum illustrem Ducem dominum Ludovicum, & dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Annam in hitorum, super restitutione dotis, & arrharum dictæ admodum Ducissæ domnæ Mariæ Annæ, ibi: *Y los doze mil ducados del cumplimiento de los ciento y doze mil desta dote, que se entregan en joyas, y vestidos, y los otros doze mil de la promessa de las arras, se han de restituir à la dicha señora Doña Maria Ana, ò à quien huviere su derecho,*

Regia Provisio.

*derecho, conforme lo dispuesto en las leyes de Castilla, præsens causa ma-
nutentionis decidenda sit secundum leges Castellæ, in quibus viduæ
non habent privilegium tenutæ, & possessionis bonorum viri, ipso
iure post eius mortem.*

12 An autem decidenda sit per Constitutiones Principatus Ca-
thalonix, quibus ipso iure vidua, seu eius filius, & heres habet tenu-
tam, & possessionem bonorum viri post eius obitum. Et an dictus
admodum illustris Dux domnus Ludovicus recesserit à prædicta
conventionem, & pacto capitulorum matrimonialium in instrumento
apochæ dictæ dotis, ibi: *Y por ello se ampare la dicha Duquesa Doña
Maria Ana de Sandoval, ò quien huviere su derecho en lo mejor para-
do de mi hacienda, y rentas. Y consiento, que qualesquier Juezes compe-
tentes la amparen, conforme à los fueros, y leyes donde lo intentare, de
que goze, y de los privilegios de dote; y la misma señora Doña Maria
Ana, ò quien huviere su derecho, se apodere, y entregue de los tales bie-
nes por su autoridad, y se haga pago; y para ello le doy poder en su causa
propia, y irrevocable concession de mis derechos, y acciones en forma, en
que no se le ha de poner, ni pondrà embaraço por mi parte; y sin embar-
go lo cõfiga por la via, q̃ de derecho lo este judicial, ò extrajudicialmente.*
An autem perseveraverit in dicto pacto, & coventionem dictorum ca-
pitulorum matrimonialium: cum in dicto apochæ dotis instrumen-
to legantur hæc verba: *Y ansi yo he de cumplir, y cumplirè todo lo de-
mas, que en ella està dicho puntual, y llanamente con todos mis bienes,
hacienda, y rentas libres, que tuviere al tiempo de dicha paga, y resti-
tucion: y à falta dellos con los frutos de las rentas de los Estados de Se-
gorbe, Cardona, y Comares, segun està dicho en el capitulo noveno de
la dicha capitulacion, inserta de suso, que à ello me obligo, y quede obli-
gado desde luego para quando llegue el caso de vno, y otro, sin alterar
la fuerça de la dicha capitulacion, y capitulos, que de ella tratan, que de-
xo en su fuerça, y demas escrituras de vinculo, y seguro de la dicha do-
te, y arras atorgada oy dia de la fecha desta escritura.*

13 Quarto, quidquid sit, an stante obligatione bonorum libe-
rorum pro restitutione dotis, & arrharum facta in dictis capitulis ma-
rimonialibus per dictum admodum illustrem Ducem domnum Lu-
dovicum, & in eorum defectum fructuum, & reddituum Statuum
Cardonæ, Sugarbi, & Comares, existentibus pluribus bonis liberis,
dicti admodum illustris Ducis domni Ludovici, per dictam admodum
illustrem domnam Mariam Theresiam de Benavides eius secunda
vxorem magni valoris, & æstimationis, vt fatetur dicta admodum il-
lustris Ducissa domna Catharina Antonia, in schedula resolutiva,
præcipuè numeris 118. 119. & 120. oblata 23. Ianuarij 1672. de-
beat

Regia Provisio.

beat prius agere dicta admodum illustris Ducissa domina Catharina Antonia actione hypothecaria pro restitutione dictarum dotis, & arrharum, contra dicta bona libera, penes dictam admodum illustre Ducissam domnam Mariam Theresiam de Benavides existentia: antequam habeat recursum ad manutentionem tenuræ, & possessionis Ducatus Cardonæ, & aliorum bonorum, quem, & quæ dictus admodum illustris Dux dominus Ludovicus die sui obitus habebat, & possidebat in Cathalonix Principatu maioratui, & fideicommissio perpetuo subiectorum: an autem pro restitutione dotis, & arrharum possit directè agere contra dicta bona maioratui, & fideicommissio perpetuo subiecta absque ec, quod habeat necesse agere contra dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Theresiam de Benavides dictorum bonorum liberorum possessorem.

14 Et quidquid quintò sit, an ut vidua gaudeat beneficio tenuræ simplicis, vel cum fructibus in vim Constitutionum *Hac nostra, & finalis, tit. Dissolt lo matrimoni*, requiratur, quod maritus sit domiciliatus in Principatu Cathalonix, & de quo tempore, an mortis mariti, vel contractus matrimonij: & dato, quod domicilium requiratur tempore contractus matrimonij, an intelligi debeat de domicilio vero, & proprio, cum declaratione animi, vel de domicilio habitationis; & an admodum illustris Dux dominus Ludovicus illud habuit in Cathalonia anno 1630. quo matrimonium contraxit cum dicta admodum illustri Ducissa domina Maria Anna: & an ex verbis capitulorū matrimonialiū num. 12. ibi: *Item, el dicho señor Dō Pedro Antonio de Aragon, en nombre del dicho señor Duque de Segorve su Padre, assienta, y capitula, que queriendo vivir los dichos señores Don Luis de Aragon, & Doña Maria Anna de Sandoval en la casa de los dichos señores Duques sus padres, les darà demàs de los dichos ocho mil ducados de alimentos en cada un año à sus personas, y las de sus hijos su mesa, y les sustentará las Cavallericas: y no queriendo estar en la casa, y compañía de dicho señor Duque de Segorbe su padre, desde luego en su nombre, dà, y señala al dicho señor D. Luis de Aragon, el gobierno del Marquesado de Comares, &c. Et ibi: Queriendo los dichos señores Don Luis, y Doña Maria Ana vivir en qualquier de los demàs Estados, que el dicho señor Duque de Segorbe tiene, y posee en el Principado de Cataluña, y Reyno de Valencia, lo han de poder hazer, y elegirlo à su voluntad, &c.* Et ex verbis admodum illustris domni Henrici de Aragon, de Cordova, & de Cardona Ducis Sugurbi, & Cardone, Locumten. & Capitanei Generalis in Principatu Cathalonix, & Comitatus Rossilionis, & Ceritanix, prolatis contentis in instrumento recepto, & testificato 14. Martij 1631. penes Anticum Ser-

Regia Provisio.

vat Notariū publicum Barcinone, de quo fidē facit Franciscus Gentiscla Notarius publicus dictæ Civitatis, ibi: *Por quanto en las capitulaciones matrimoniales, de vos Don Luis de Aragon mi hijo primogenito, con la señora Doña Maria Ana de Sádorval, hya del señor Duque de Lerma, à que me remito, di poder, y facultad, de que siempre que quisiere des estar, y residir en la Ciudad de Lucena, y Estado, que tengo en la Andaluzsa para exercer jurisdiccion, y todo lo demás tocante à la administracion de justicia de aquellos vassallos, y Estado, como mas largamente se contiene en dichas capitulaciones matrimoniales, à que me refiero, y agora ayais elegido, y determinado de ir allà, y residir con vuestra casa en dicha Ciudad, y Estado. Por tanto, &c. Colligatur, probatum probabili coniectura, quod dictus admodum illustris Dux domnus Ludovicus non esset permanurus in eo loco, in quo habebat domicilium, seu habitationem eo tempore, quo dotis contractus fuit celebratus cum dicta admodum illustris Ducissa domina Maria Anna, sed mutandi domicilium, & habitationem ad Civitatem Lucenæ, & Statum Andalusiæ, & an dicta admodum illustris Ducissa domina Catharina Antonia, vti filia primogenita, & heres ab intestato prætenfa dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ, cùm sit forensis gaudere possit beneficio tenuræ simplicis, vel cum fructibus in vim dictarum Constitutionum *Hac nostra, & finalis, tit. Dissolt lo matrimoni*: & an dicta admodum illustris Ducissa domina Catharina Antonia, vti gaudere possit beneficio tenuræ simplicis, vel cum fructibus in vim dictarum Constitutionum ratione Baroniarū sitarum in præsentì Cathalonix Principatu, quamvis in eo non habitet domicilium habere in illo dicatur.*

15 Sextò, quidquid sit, an instrumento mandati per admodum illustres domnum Ioannem Franciscum Thomam Laurentiū Raymondum Folch de Cardona & de Aragon, olim Fernandez de Cordova & de la Cerda; & domnam Catharinam Antoniam Folch de Cardona & Aragon, olim Fernandez de Cordova Duces Sugurbì, Lerme, & Alcalà cõcessi spectabili dõno Gabrieli de Llupià gerentis Vices Generalis Gubernatoris Cathalonix, & alijs personis 11. Martij 1670. penès Petrum de Vahena Notar. publicum Civitatis Portus Sanctæ Mariæ ad petendam, accipiendam, & apprehendendam possessionem corporalem, realem, & actualem, seu quasi Ducatus Cardonæ, Marchionatus Pallariens. Vicecomitatus de Villamur, & Baroniatum in eo expressarum, vti filiam dictam admodum illustrē Ducissam domnam Catharinam Antoniam dicti admodum illustris Ducis domni Ludovici, & dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ, in quo continentur, hæc verba: *Y por aver muerto el señor*

Regia Provisio.

señor Duque Don Ioachin mi hermano, y ser lo la hija mayor de los Excelentísimos señores Duques, y la inmediata, y llamada à los dichos Estados, y en señal de aver tomado la possession, hagan, y exercen todos los Autos, que denotan, y muestran la aprehension de possession, recibiendo los juramentos, y homenages, assi à los Sindicos de las Universidades de dichos Estados, como de los particulares dellos, y de los Bayles, Consules, Jurados, Paheres, y otras personas que los devan dar, prestar, y hazer, absolviendo, si serà menester, los que le hizieron, y prestaron al dicho Señor Duque Don Ioachin nuestro hermano. Et in epistola per dictum admodum illustrem Ducem Sugurbi scriptam Consulis, Consilio, & Syndicis Castrorum Villæ Cardonæ 11. Martij 1670. in qua leguntur hæc verba: Consules, Concejo, y Sindicos de los Castillos de nuestra Villa de Cardona: Aviendo Dios servidose de llevar para sí el Duque mi señor de Cardona Dñ Ioachin mi hermano, me ha parecido avisaros dello, y de aver sucedido por mi muger en esse Estado de tan gran aprecio, y estimacion; y para tomar la possession del, hemos dado poder à Don Gabriel de Lupian, &c. Et in supplicatione coram nobili Petro Ægidio del Faro Iudici Regiæ Curiæ Villæ Martiti, per Hieronymum Ruyz Samaniego, Procuratorem dictorum admodum illustrium Ducum de Alcalà, & Lerma domni Ioannis Francisci Thomæ, & domnæ Catharinæ Antoniæ coniugum oblata 12. Martij 1670. in qua leguntur hæc verba: Digo, que al derecho de sus Excelencias conviene dar, y que se reciba informacion de testigos, de que el Miercoles, que se contaron cinco dias deste presente mes, y año murió naturalmente à las tres horas de la tarde el Excelentísimo señor Don Ioachin Raymundo Folch de Cardona, y Aragon, Duque de Lerma, y Segorbe, de edad de poco mas de tres años poco mas, ò menos; y que por su muerte sucedió en los dichos Ducados de Cardona, y Segorbe, y en los Marquesados, Condados, Varonias, Señorios, Ciudades, Villas, y Lugarres, Vassallos, Feudos, y Rentas, y todo genero de bienes, y Estados, que por Mayorazgo tuvo, y poseyo, y dexo el dicho Excelentísimo señor Duque Don Ioachin Folch de Cardona, y Aragon, la dicha Excelentísima señora Duquesa Doña Catalina Antonia Raymundo Folch de Cardona y Aragon, por no aver decado el dicho Excelentísimo señor Duque Don Ioachin descendiente alguno, ni ningun hermano, ni hijo, ni descendiente de hermano varon, y ser la dicha Excelentísima señora Duquesa Doña Catalina Antonia su hermana mayor hija legitima primogenita del Excelentísimo señor D. Luis Raymundo Folch de Cardona, y Aragon, Duque, que fue de Cardona, y Segorbe, padre, y predecessor del dicho señor Duque Don Ioachin, &c.

Confessi fuerint dicti admodum Illustres Duces domnus Ioannes
d 2 Fran-

Regia Poviſio.

Franciſcus Thomas, & domina Catharina Antonia, poſt mortem dicti admodum illuſtris Ducis domni Ludovici poſſeſſorem dictorum Statuum adm. illuſt. Ducè domnum Ioachimum, dictę admod. illuſtris Duciffę domnæ Catharinæ Antonię fratrem: ita vt dicta admod. illuſtris Duciffa domina Catharina Antonia ſe ipſam excluſerit à tenuta, & poſſeſſione dictorum Statuum, caſu quo illi competierit.

16 Et quidquid ſeptimò ſit, an ex quo dicta admodum illuſtris Duciffa domina Catharina Antonia per mediã perſonã ſui Procuratoris ad lites ſupplicationibus in Reg. Aud. pro exigendis computis à theſaurarijs coram Mag. Alexio Triſtany, Regio Conſiliario 20. Maij 1670. & 26. Auguſti 1671. oblatis, cõfeſſa fuit ſe heredẽ, & ſucceſſorẽ eſſe hereditatis, & bonorũ dicti admod. illuſtris Ducis domni Ludovici eius patris, viſã ſit renuntiare tenetę, ſi quę illi competebat.

17 Octavò, quidquid ſit, an ex quo Conſtitutio *finalis tit. Diſſolt lo matrimoni*, transferens poſſeſſionem in filios heredes matris, ſi ſunt plures filij heredes matris ex teſtamento, vel ab inteſtato, & aliqui petunt, & alij non: vt in iſto caſu transferat petentibus poſſeſſionem vniverſę hereditatis patris, & mariti, reſpectivè: an verò ſolum pro portionibus hereditarijs, id eſt, vnicuiq; eorum pro ſua portione.

18 Quod attinet ad duodecim mille nummos, vulgò *ducats* arrharum per dictum admodum illuſtrem Ducem domnum Ludovicum dictę admodum illuſtri Duciffę domnæ Marię Annę de Sandoval in capitulis matrimonialibus promiſſos.

19 Attento licet noſtrum ſponſalitiũ, ſive eſcreix nominentur arrhæ, & ſint ad ſimilitudinem arrharum, quę in Regno Caſtellę frequentantur.

20 Ceterum attento, quod dictum noſtrum ſponſalitiũ nõ eſt omninò idem, quod arrhæ Regni Caſtellę, nec rectè procedit argumentum ab arrhis Regni Caſtellę ad noſtrũ ſponſalitiũ: tum quia noſtrum ſponſalitiũ conſtituitur præciſè, & expreſſè, in præmium pudicitię, & virginitatis amittendæ, & non aliàs: Et ita communiter ſolet dici in capitulis matrimonialibus per noſtros tabelliones; arrhæ autem Regni Caſtellę non dantur in præmiũ virginitatis, & pudicitię, & derident Doctores illius Regni eos, qui id dicunt: tum quia ſponſalitiũ noſtrum fieri dicitur ob vnã cauſam tantum defloratę nempe virginitatis, & pudicitię. Arrhæ autẽ in Regno Caſtellę non dantur præciſè in præmium virginitatis, ſed ex quacumque alia cauſa: puta honoris, ſeu nobilitatis, vel remunerationis dotis: tũ quia ſponſalitiũ noſtrum præciſè, & expreſſè donatur in præmium virginitatis, & pudicitię, & non aliàs, vt eſt dictum: Adeò vt nihil donatur viduis: Arrhæ autem Regni Caſtellę etiam viduis dantur: tum
quia

Regia Provisio.

quia nostrum sponsalitiū pro libito voluntatis in quacumq; quantitate per maritū assignari potest: arrhæ autē in Castella assignari nō possunt, lege resistēte, vltra decimam partē bonorum liberorum mariti, prout in nostro casu factum fuit: tum quia sponsalitiū nostrū assignari debet in capitulis matrimonialibus; & postea constante matrimonio assignari non potest: Arrhæ autē in Regno Castellæ nedū in capitulis matrimonialibus, sed etiam constante matrimonio constitui, & assignari possunt: tum quia vt locus sit nostro sponsalitiō, & illius acquisitioni, & exactiōni opus est, quod mulier supervivat viro; aliās mulier præmorta non lucravit sponsalitiū nam ita censetur promissum, & assignatum, si vxor marito supervivat: Arrhas autem Castellæ lucratur mulier, siue supervivat, siue non supervivat marito: tum quia nostrum sponsalitiū acquiritur mulieri in usufructu tantum de vita sua præstita cautione de restituendo post mortem, nisi mulier concordaverit cum heredibus de medietate habenda: Arrhæ autem in Regno Castellæ acquiruntur mulieri in proprietate, & potest de illis disponere sicut de reliquis bonis suis, ex quibus, & alij differentijs inter arrhas Regni Castellæ, & nostrum sponsalitiū, siue escreix fit, quod pro arrhis Regni Castellæ non competit mulieri tenuta, & possessio bonorum mariti, in vim Constitutionum Cathalonix, incipientium *Hac nostra, & finalis, tit. Dissolt lo matrimoni*, sicut competit pro nostro sponsalitiō: & consequentè dictæ admodum illustri Ducissæ domnæ Catharinæ Antonix vti filix primogenitæ, & heredi præsentis dictæ admodū illustri Ducissæ dōnæ Mariæ Annæ eius matris in vim dictarū Constitutionum Cathalonix pro dictis arrhis promissis in dictis capitulis matrimonialibus dictæ admodum Ducissæ domnæ Mariæ Annæ per dictum admodum illustrem Ducem domnum Ludovicum non competit tenuta, & possessio dictorum Ducatus Cardonæ, & aliorum bonorum in præsentis Cathalonix Principatu sitorum per dictum admodum illustrem Ducem domnum Ludovicum die obitus predecessorum, & sic nec manutentio illi pro dictis arrhis competit.

21 Ex alio etiam capite non competit in dictis bonis manutentio dictæ admodum illustri Ducissæ domnæ Catharinæ Antonix pro dictis arrhis, quia dicta admodum illustri Ducissa dōna Maria Anna præmorta fuit dicto admodū illustri dōno Ludovico eius viro; & prædefuncta vxore sponsalitiū non debetur; non obstante, quod quando sponsalitiū est stipulatum in favorem filiorum, filij habeant sponsalitiū, quamvis eorum mater præcedat viro, & prætendatur per dictum adm. illust. Ducissam domnam Catharinā Antoniam duodecim mille nummos, vulgò *ducat*, arrharum stipulatos fuisse

Regia Provisio.

in favorem filiorum dicti admodum illustris Ducis domni Ludovici, & dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ in capitulis matrimonialibus, ibi: *Que la dicha dote, y arras desde luego han de quedar y quedan vinculadas.* Et inferius, ibi: *Porque siempre la dicha señora Doña Maria Anna de Sandoval, y sus hyos descendientes, y herederos, ò las personas que tuviesen su derecho han de poder impugnar, ò impugnar ante qualquier juez, la enagenacion.* Et secundum legem Tauri, existentibus ex matrimonio filijs arrhæ sunt propriæ filiorum, quia arrhæ in dictis capitulis matrimonialibus limitatæ vinculantur durante dicto matrimonio respectivè prohibitionis, alienationis, & secundum pactum expressum in instrumento ratificationis recepto, & testificato 11. Octobris 1630. penès Iacobum Fernandez Notarium publicum Villæ Matriti, soluto matrimonio remansit dictum vinculum nullum, ac si factum non esset, ibi: *Y disuelto este matrimonio el vinculo, y prohibicion de enagenacion ha de ser, y quedar ninguno, como sino se huviere vinculo hecho, y toda la dicha suma de ciento y veinte y quatro mil ducados de dote, y arras à libre disposicion segun derecho de mi la dicha Doña Maria Ana de Sandoval, y de mis herederos, y successores.* Et lex Tauri disponit, quod si mater filios non habuerit, possit disponere de arrhis, & Doctores illius Regni à contrario sensu colligunt, ut habitis filijs nequeat mater disponere; sed arrhæ sint propriæ filiorum, & adhuc excipitur quintum. Respectu autem centum mille nummorum, vulgò ducats, census dictæ dotis, nil prætenditur per dictam admodum illustrem Ducissam domnam Catharinam Antoniam, quia est fundus dotalis, cuius dominum semper fuit dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ eius matris, & sic non indiget recuperatione aliqua, tum etiam, quia constat dictam admod. illustrem Ducissam domnam Mariam Annam successisse in Statu de Lerma, & constat dictam admod. illustrem Ducissam domnam Catharinam Antoniam esse Ducissam de Lerma, & uti talem intitulari duobus instrumentis mandati, vno recepto, & testificato 15. Novembris 1661. & altero recepto, & testificato 11. Martii, 1660. ambobus penès Petrum de Vaena Notarium publicum Civitatis Portus Sanctæ Mariæ. Et constat ex dictis capitulis matrimonialibus fuisse pacto cõventum, ut succedente dicta admodum illustri Ducissa domna Maria Anna in Statu de Lerma cessaret solutio dictorum centum mille nummorum, vulgò ducats. Quo verò ad duodecim mille nummos, vulgò ducats, in iocalibus vestibibus, & supellectilibus domus per dictam admod. illustrem Ducissam domnam Mariam Annam de Sandoval in dotem aportatos dicto admodum illustri domino Ludovico eius viro, constat dictam admo-

admodum illustrem domnā Mariam Annam de Sandoval ab intestato obiisse, superstitibus vnico filio, & quinque filiabus, scilicet dōno Ambrosio, domna Catharina Antonia, domna Felice, dōna Maria, domna Theresia, & domna Francisca, illique de iure equis partibus, & portionibus successisse: & sic vnicuique ex dictis filio, & filiabus pertinuisse, & expectasse bis mille nummos, in dictis duodecim mille nummis dotalibus dictæ admod. illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ illius, & illarum matri. Constat præmortua dicta admodum illustri Ducissa domna Maria Anna de Sandoval, dictū domnū Ambrosium, & dictam domnā Felicem, ab hoc sæculo sine testamento migrasse, superstitibus dicto admod. illustri Duce domno Ludovico illorum patre, & dictis quatuor sororibus domna Catharina Antonia, domna Maria, domna Theresia, & domna Francisca, dictisque domno Ambrosio, & domnæ Felici ab intestato secundum leges Castellæ successisse dictum admod. illustrem Ducem domnum Ludovicum illorum patrem, exclusis dicta domna Catharina Antonia, dōna Maria, domna Theresia, & domna Francisca, illorum sororibus, quamvis dictus admod. illustris Dux domnus Ludovicus convolverit ad secundas nuptias cum dicta admodum illustri domna Maria Theresia de Benavides, quia eo tunc dictus admod. illustris Dux dōnus Ludovicus non habebat filium masculum, ex illo matrimonio, quod contraxerat cum dicta admod. illustri Ducissa domna Maria Anna de Sandoval, & licet pater per transitum ad secundas nuptias amittat proprietatem omnium bonorū ad eum perventorū per mortem vnus, vel plurium ex filijs de bonis primæ vxoris, ea reservata alijs filijs, vel filiabus ex primo matrimonio: retento tantummodò usufructu, tamen quando pater habet iustam causam transeundi ad secundas nuptias non amittit proprietatem bonorū primæ vxoris, sibi obventorum per mortem alicuius ex filijs, nec per hoc acquiritur filijs, vel filiabus primi matrimonij. Ex quibus liquet dictæ admodū illustri Ducissæ domnæ Catharinæ Antonie dumtaxat ex propria persona pertinere, & spectare bis nummos, vulgò *ducats*, in dote duodecim mille nummorum dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ eius matris.

22 Constat instrumento recepto, & testificato 28. Novembris 1671. penès Ioannem Gonçalez Notarium publicum Civitatis Orani exhibito pro partē dictæ admod. illustris Ducissæ domnæ Catharinæ Antonie, schedula oblata 28. Ianuarij 1672. illustres domnum Ferdinandum Ioachimum Faxardo & Requesens, & domnam Mariam Ioannam de Aragon coniuges Marchiones de los Velez inter alia cessisse dictis admod. illustribus domno Ioanni Francisco, & dō-

Regia Provisio.

næ Catharinæ Antonie Ducibus Sugurbi, & Alcalà in solidum omne, & quicquid dictæ illustri domnæ Mariæ de Aragon Marchionissæ de los Velez pertinere, & spectare posset in dictis duodecim mille nummis, vulgò *ducats*, dotis dictæ admod. illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ eius matris, cum omnibus iuribus, & actionibus illis pertinentibus, & spectantibus, vt possent amparari dicti admod. illustres Duces Sugurbi, & de Alcalà in possessione Statuum quos dictus admod. illustris Dux dominus Ludovicus habebat, tam Ducatus Cardonæ, quàm aliorum Principatus Cathalonie; & vigore dictæ cessionis intentare omnia, & quæcumque iura possessionis, & manutentionis, & immixtionis, quæ dicti admodum illustres Duces Sugurbi, & de Alcalà cessionarij prætere possent.

23 Costat instrumento recepto, & testificato 22. Novembris 1670. penes Frãnciscum Castanaçor Notarium publicum Villæ Matriti, exhibito etiam pro parte dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Catharinæ Antonie, schedula oblata 23. Ianuarij 1672. illustres domnum Petrum Damianum de Meneses, & domnam Theresiam de Aragon Duces de Camiña, cessisse dictis admodum illustribus domno Ioanni Francisco, & domnæ Catharinæ Antonie Ducibus Sugurbi, de Alcalà, & de Lerma in solidum inter alia omne, & quicquid dictæ illustri domnæ Theresiæ Ducissæ de Camiña in dictis duodecim mille nummis, vulgò *ducats*, dotis dictæ admod. illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ eius matris pertinere, & spectare, cum omnibus actionibus, & pertinentibus: vt dicti admod. illust. Duces Sugurbi, de Alcalà, & de Lerma, amparari possent in possessione Statuum, tam Ducatus Cardonæ, quàm aliorum, quos in Principatu Cathalonie dictus admodum illustris Dux dominus Ludovicus habebat, & intentare vigore prædictæ cessionis omnia, & quæcumque iura possessionis, manutentionis, & immixtionis, quæ admod. illustres Duces Sugurbi, de Alcalà, & de Lerma prætere possent.

24 Et sic dictæ admodum illustri Ducissæ domnæ Catharinæ Antonie ultra iam dictos bis mille nummos, vulgò *ducats*, ex sua persona in dote duodecim mille nummorum dictæ admodum illustri domnæ Mariæ Annæ eius matris pertinere, & spectare alteros bis mille nummos ex cessione ei factæ per illustres Marchiones de los Velez; & alios bis mille nummos ex cessione ei factæ per illustres Duces, de Camiña, quæ quantitates simul iuncta summam efficiunt sex mille nummorum, vulgò *ducats*, pro quibus dicta admodum illust. Ducissa domina Catharina Antonia potest solummodò prætensam manutentionem instare in Ducatu Cardonæ, & alijs bonis, quem, & quæ die sui obitus dictus admodum illustris Dux dom-

Regia Provisio.

mus Ludovicus eius pater tenebat, & possidebat in præsentis Cathalo-
niæ Principatu.

25 In alijs autem bis mille nummis, vulgò *ducats*, duodecim
mille nummorum dotis dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ
Mariæ Annæ pertinentibus, & spectantibus illustri domnæ Franciscæ
de Aragon, Marchionissæ de las Navas eius filix, nihil petit dicta
admodum illustris Ducissa domina Catharina Antonia.

26 Cæterum quicquid sit, an dicta dos duodecim mille num-
morum restituta, & soluta sit, ac compensari debeat cum expensis
factis in Civitate Lucenæ in funere dictæ admodum illustris Ducis-
sæ domnæ Mariæ Annæ, & in translatione ad Monasterium Sancti
Pauli Ordinis Prædicatorum Civitatis Vallisoleti, & in panno pre-
tioso supra eius sepulchro posito.

27 Et quidquid sit de solutione dictæ dotis, & illius compensa-
tione cum fructibus, redditibus, & emolumentis magni valoris Sta-
tus de Comares, quem dicta admod. illustris Ducissa domina Catha-
rina Antonia possidet à mense Martij 1670, quo admod. illust. Dux
domnus Ioachimus decessit, obligatis in defectum bonorum libero-
rum, simul cum fructibus, & redditibus Statuum Sugurbi, & Cardo-
næ per dictum admod. illustrem Ducem domnum Ludovicum in
dictis capitulis matrimonialibus, etiamsi in vim legis Tauri Regni
Castellæ translata sit possessio Status de Comares ipso iure in dictam
admodum illustrem Ducissam domnam Catharinam Antoniam: cū
ipsa sit in parte heres dictæ admod. illust. Ducissæ domnæ Mariæ An-
næ eius matris, quæ dictam obligationem firmavit.

28 Et quidquid etiam sit de solutione dictæ dotis, ac illius com-
pensatione prætenso per dictam admod. illustrem Ducissam domnā
Mariam Theresiam de Benavides, cum quantitate viginti quinque
mille quadraginta novem nummorum quatuordecim solidorum in
arca trium clavium Thesaurariæ Status de Comares existentium,
iuxta numerum decimum certicatoriæ litteræ D. 31. Maij 1671.
facta per Ioannem Hurtado de Mendoza Notarium publicum Ci-
vitatis Lucenæ, & Villæ de Espejo Status de Comares, & cum alijs par-
titis in dicta certicatoria contentis, quemquidem Statum de Co-
mares de mense Martij 1671. possidet dicta admodum illustris Du-
cissa domina Catharina.

29 Et quidquid præterea sit, an ex instrumento mandati recep-
to, & testificato 30. Maij 1670. penes Petrum de Vaena Notarium
publicum Portus Sanctæ Mariæ, contento in dicta certicatoria lic-
teræ D. facta 30. Maij 1671. per dictam admodum illustrem dom-
nam

Regia Provisio.

nam Catharinam Antoniam de Aragon, & Sandoval Ducissam Sugurbi, Lermæ, & de Alcalà concessi dicto admodum illustri domino Joanni Francisco Thomæ de la Cerda Duci Sugurbi, Lermæ, & de Alcalà eius marito: constituendo eum Procuratorem specialem, & generalem ad exigendum, & recipiendum ex bonis liberis dicti admodum illustris Ducis domni Ludovici, & dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ parentum illius nonaginta mille nummos, vulgò *ducats*, ipsi debitos ex dote sibi promissa per admodum illustrem Ducem dominum Ludovicum eius patrem, & suos redditus, & ad exigendum partem illi spectantem in legitima paterna, & materna dōni Ambrosij, & domnæ Fœlicis de Aragon fratrum suorum, & etiam vt sine præiudicio retentionis, quæ ipsi competeat in exactione dictorum effectuum in bonis liberis dictorum admod. illust. Ducuum domni Ludovici, & domnæ Mariæ Annæ, & aliorum quorumcumq; iurium dictus admodum illustris Dux de Alcalà possit vti quibuscumque medijs in ordine ad satisfactionem dictarum quantitatum, & generaliter ad lites super exactione dictæ dotis, & super partitione dictorum bonorum liberorum, & super alijs quibuscumque, cum generali administratione; resultet sufficiens mandatum ad recipiendam solutionem dictæ dotis. Et an per emptionem in cantu publico factam per Ludovicum Guzman vti Procuratorem dicti admodum illustris domni Joannis Francisci Thomæ de la Cerda Ducis Sugurbi, Lermæ, & de Alcalà instrumento recepto, & testificato 18. Februarij 1671. penès Ioannem Hurtado de Mendoça Notarium publicum Civitatis Lucenæ aliquorum bonorum immobilium, mobilium, gregum, & fructuum ex bonis liberis dicti admodum illustris Ducis domni Ludovici contenta in dicto instrumento, & in dicta certificatoria litteræ D. facta 31. Maij 1671. penès eundem Ioannem Hurtado de Mendoça Not. dictæ Civitatis Lucenæ, pretio sexcentum sexaginta novem mille quadraginta quinque realium decem & octo denariorum monete vsualis Castellæ in dicta Civitate Lucenæ, duabus æqualibus solutionibus in die S. Ioannis mensis Iunij, & in die vltima mensis Decēbris tunc proximè venturis solvendorum, quod quidem pretium fuit solutum dictæ admodum illustri Ducissæ domnæ Mariæ Theresiæ de Benavides, in præsentia, & cum assistentia, & licētia illustris dōni Iñici Melchioris Fernandez de Velasco Comestabilis Castellæ Ducis de Frias, per se, & vti tutrici personarum, & bonorum domnæ Ioannæ, domnæ Margaritæ, & domnæ Angelæ de Aragon filiarum suarum, & dicti admodum illustris Ducis domni Ludovici eius primi viri, modo, & forma cōtentis in apochæ instrumento recepto, & testificato 26. Iunij 1673. penès Ioannem

Regia Pofitio.

nem de Caftañafor Notarium publicum Villæ Matriti, potuerit dicta admodum illuftris Duciffa domina Catharina Antonia fibi fatifacere in dote dictæ admod. illuftris Duciffæ Mariæ Annæ eius matris, ex illis fexcentum quadraginta quatuor mille quatuorcentum quinquaginta fex regalibus, penès dictum admodum illuftram dominum Ioannem Francifcum Thomam de la Cerda Ducem Sugurbi, Lermæ, & Alcalà eius virum, & Procuratorem, cum generali adminiftratione existentibus, proceffis exemptione facta per dictum Ludovicum de Guzman, vti Procuratorem dicti admod. illuftris Ducis Sugurbi, Lermæ, & de Alcalà 18. Februarij 1671. de aliquibus bonis liberis dicti admodum illuftris Ducis domni Ludovici. Et an eū id non fecerit dicta admod. Duciffa domina Catharina Antonia perdidit privilegiū tenuræ, & poffeffionis, quāvis à principio non inuenit in hereditate pecuniā fufficientē ad folutionem dotis, fed poftea obvenit. Et an ex quo de ordine, & provifione nobilis Petri de Salcedo Regij Confiliarij, & Iudicis Domus, & Curie fuæ Regiæ Maieftatis in Villa Matriti Iudicis privati ad hūc effectum nominati, pretium dictorum bonorum liberorum per dictum admodum illuftram Ducem Sugurbi, Lermæ, & de Alcalà maritum, & Procuratorem, cum generali adminiftratione dictæ admod. illuftris Duciffæ domnæ Catharinæ Antonie fuerit folutū dictæ admodū illuftr. Duciffæ dōnæ Mariæ Therefiæ de Benavides: vt illud rectè dicatur folutū, & debitorem folventem excuset, debuiffet dictus admodum illuftris Dux Sugurbi, Lermæ, & de Alcalà, vti aliqua diligentia, & opponere rationes, & exceptiones, quas habebat, ne folutio fieret dictæ admodum illuftri Duciffæ domnæ Mariæ Therefiæ de Benavides, cui dictus nobilis Petrus de Salcedo Regius Confiliarius folvere decernuit. Et an conftet dictum admodum illuftram Ducem Sugurbi, Lermæ, & de Alcalà virum, & Procuratorem, cum generali adminiftratione dictæ admod. illuftr. Duciffæ domnæ Catharinæ Antonie oppofuiffè rationes aliquas coram dicto nobili Petro de Salcedo Iudice privato bonorum liberorum dicti adm. illuftris Ducis domni Ludovici, nec petiffè dotem dictæ admodum illuftri Duciffæ domnæ Mariæ Annæ debitum dictæ admodum illuftri Duciffæ domnæ Catharinæ eius uxori, & confequentè an admodum illuftris Dux Sugurbi, Lermæ, & de Alcalà remaneat excufatus, folvens pretium venditionis dictorum bonorum liberorum dictæ admodum illuftri Duciffæ domnæ Mariæ Therefiæ de Benavides, de ordine, & madato Iudicis. Et an pratentio dictæ adm. illuftr. Duciffæ dōnæ Catharinæ Antonie procedat, quod tanquā turbata per adm. illuftr. Duciffam dōnam Mariā Therefiā de Benavides manuteneda fit in poffeffione bonorū dicti admodum illuftris Ducis domni Ludovici propter tenutam, quæ filia,

lia, & heredi ex parte competit, vt prætenditur ratione dotis dictæ adm. illust. Ducissæ dōnæ Mariæ Annæ eius matris à die 13. Ianuarij 1670. quo decessit dictus admodum illustris Dux domnus Ludovicus: quamvis die 18. Februarij 1671. ex pretio dictorum bonorum liberorum potuerit in dicta dote sibi spectante satisfieri: an verò dicta prætensio solummodò procedat, quando dicta adm. illust. Ducissa dōna Catharina Antonia turbata esset post litem motam, & non quando mulier, seu eius filia heres turbatur ante litem motam; & an ex quo præsens lis super manutenciónem per dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Theresiam de Benavides fuerit mota septima Aprilis 1670. & commissa in Regia Audientia, Magnifico quond. Alexio Tristany Regio Consiliario, & per dictam admodum illustrem Ducissam domnam Catharinam Antoniam fuerit paritèr lis mota 18. Aprilis 1670. & cōmissa Magnifico Iosepho Aleny Regio Senatori: cū dicta admodum illustris Ducissa domna Catharina Antonia articulavit esse filiam dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ de Sandoval die 14. Martij 1671. quæ iam erat in posse dicti admodum illustris Ducis Sugurbi, Lerma, & de Alcalà eius viri, & Procuratoris, cum generali administratione pretium dictorum bonorum liberorum, quamvis dies solutionis medietatis pretij dictorum bonorum liberorum venisset die Sancti Ioannis mensis Iunij 1671. & alterius medietatis pretij die vltima mensis Decembris eiusdem anni 1671. cum dicta adm. illust. Ducissa domna Catharina Antonia probavit esse filiam dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ de Sandoval iam cessaret, & venerat dies Sancti Ioannis mensis Iunij 1671. in quo erat solvenda medietas pretij dictorum bonorum liberorum, & probatio per testes filiationis dictæ admodum illustr. Ducissæ domnæ Catharinæ Antonie fuerit facta 10. Iulij 1671. & exhibita plica in processu 30. Octobris dicti anni 1671. & fides baptismatis exhibitæ fuerit 23. Ianuarij 1672. si de iure heres, vel alius qui iura prætendit mortuo marito capiat realem, & actualem possessionem bonorum defuncti ante mulierem, si venerit mulier, vel eius filia heres, & con queritur de turbatione possessionis, quam transferunt Constitutiones *Hac nostra, tit. Dissol. lo matrimoni*, debeat ea docere de requisitis necessarijs, & inter alia si est filia, docere de filiatione, si ostensis requisitis ei fiat satisfactio, seu obvenit pecunia sufficiens, ex qua provt in isto casu potuit sibi satisfacere in dote, & sponsalitie suo casu debito, & non fecit ad sit aliquid de quo conqueri possit, & an Procurator in omittendo præiudicet domino principali suo.

30 Et quidquid insuper sit de exceptionibus solutionis, & resti-

Regia Provisio.

rentionis dictæ dotis, ac eius compensationibus, cum pensionibus censualium, cum cessione, & sine cessione iutorum per dictum admodum illustrem Ducem domnum Ludovicum super Statu de Comares, cum facultate Regia creatorum, & cum rata fructuum magni valoris, anni 1670. dicti Status de Comares, quod dictam admodum illustri Ducissam domnam Catharina Antonia percepit dicto admodum illustri Duci domno Ludovico spectante, & de exceptionibus creditorum, & alijs per dictam admodum illustri Ducissam domnam Mariam Theresiam de Benavides appositis præsentis deductis, & allegatis.

Attento instrumento publico capitulorum matrimonialium in hito & firmato inter dictum admodum illustrem Ducem domnum Ludovicum ex vna, & dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Annam partibus ex altera, supra calendato. Constat ex dicto censuali centum mille nummorum creando super redditibus, & patrimonio domorum, & Statuum dictorum illustrium Ducum de Lerma, in dotem, inter alia apportato per dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Annam, dicto admodum illustri Duci domno Ludovico promissos fuisse pro illo quolibet anno solvere dicto admodum illustri domno Ludovico quinque mille nummos in moneta vsuali, & corrente in Regno Castellæ, à die quo per verba de præsentis desponsati fuissent dicti admodum illustres Dux domnus Ludovicus, & Ducissa domna Maria Anna duraturos vsque ad diem quo dicta admodum illustri Ducissa domna Maria Anna successisset in Statibus Lerme, & Vcedæ. Constat ex fide desponsationum dictum admodum illustrem Ducem domnum Ludovicum, & dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Annam 21. Octobris 1630. in facie sanctæ matris Ecclesiæ, per verba de præsentis desponsatos fuisse. Constat ex certicatoria litteræ O, facta 16. Septembris 1671. de qua fidem facit Petrus de Villalobos Notarius publicus Ville Matriti, dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Annam 13. Novemb. 1635. successisse in Statibus domus, & Ducatus domus de Lerma; & vnde liquet à die 21. Octob. 1630. quo per verba de præsentis desponsati fuerunt dicti admodum illustres Duces domnus Ludovicus, & domna Maria Anna, vsque ad diem 13. Novembris, quo dicta admodum illustri Ducissa domna Maria Anna successit in Statibus domus, & Ducatus de Lerma, refluxos fuisse quinque annos 23. dies, & pro eis debitas esse quinque pensiones, & ratam summam efficientes plusquam viginti quinque mille nummorum, vulgò *ducats*, in quibus dicta admodum illustri Ducissa domna Maria Anna die 12. Martij 1651. quod dece-

Regia Provisio.

ferit soluta, & satisfacta remansit in dote duodecim mille nummorum, consistente in iocalibus vestibus, & suppellectilibus domus æstivatis, non obstantibus quod in præfenti casu non versemur in solutione, & restitutione dotis, sed in compensatione, quæ in dote admittenda non est, maxime quia dicta adm. illustris Ducissa domna Catharina Antonia vti heres dictæ admodum illustris Ducissæ domnæ Mariæ Annæ eius matris, habebat alia plura credita in dictis capitulis matrimonialibus per dictum admodum illustrem dominum Ludovicum promissa, scilicet pro arrhis, ac impensis Cameræ, & pro lucris, ac quæstus cum quibus dicti viginti quinque mille nummi pensionum decursarum dicti censualis possunt compensari, & non cum dote, tū quia privilegiata est, quia verum est cōpensationem apponi posse mulieri agenti ad recuperationem suæ dotis, in quam causam facta censetur, ita etiam compesatio in graviolem, & duriorē causam duriolem, & graviolem censetur facta compensatio, quæ vim solutionis obtinet, & sicuti solutio in duriolem, & graviolem causam semper fieri debet, & causa gravior, & durior est, vbi agitur de evitanda vsura, pœna, vel interesse: & constat ex dictis capitulis matrimonialibus dictum admodum illustrem Ducem dominum Ludovicum promississe dictam dotem, statim restituere absque dilatione legati, cui renunciavit, & in casu retardationis solvere interesse ad rationem quinque pro centenario, vltra quod lucra, ac quæstus sunt illiquida, & ex eis prætenditur dictum admodum illustrem Ducem dominum Ludovicum dotasse tres filias illius matrimonij, scilicet illustres domnam Mariam, domnam Theresiam, & domnam Franciscam, vnicuique earum in quantitate centum mille nummorum, prout ita in Regno Castellæ factum præsumi dicitur: & impensæ Cameræ, quicquid sit de earum solutione compensari debeant cum sex mille nummis quolibet anno, per dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Annam, in dictis capitulis matrimonialibus solvere promissis dicto admodum illustri Duci domino Ludovico ex fructibus, & redditibus Ducatus Lermæ, à die quo successisset in Ducatu Lermæ; & constat ex dicta certificatoria littera O, supra memorata dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Annam successisse in Statu Lermæ, 13. Novembris 1635. & decessisse 12. Martij 1651. & etiam compensari debent cum alimentis duodecim mille nummorum in dictis capitulis matrimonialibus solvere promissis filio masculino ex dicto matrimonio nascituro, spectantibus dicto admodum illustri Duci domino Ludovico, vti eius patri, & legitimo administratori, & ex eo natum fuisse anno 1650. illustrem dominum Ambrosium Du-

Regia Prōvisiō.

cem Lermæ, qui decessit 29. Decembris 1659. ex dicta certificato-
ria litteræ O. Constat fructus, & redditus dicti Ducatus Lermæ,
fuisse toto dicto tēpore sequestratos, & eis omnibus dictum admo-
dum illustrem Ducem domnum Ludovicum, tam nomine proprio,
quàm vti patrem, & legitimum administratorem dicti illustris dom-
ni Ambrosij Ducis Lermæ, solummodò exigisse, & percepisse cen-
tum quindecim mille ducentum septem nummos, & duo re-
galia compensato credito cum debito, præterditur dictum ad-
modum illustrem Ducem domnum Ludovicum remanere credi-
torem, & arrhæ nummis, ex pensionibus dicti censualis, sed quicquid
sit de prædictis arrhis, ac impensis Cameræ, & lucris, ac quæstus hoc
vnum est, quod cum dicta adm. illustris Ducissa domina Anna Maria
sit satisfacta, & soluta de dicta dote duodecim mille nummorum,
consistente in iocalibus vestibibus, & suppellectibus domus æstimatis,
non competit pro eis in vim dictarum Constitutionum possessio bo-
norum dicti admodum illustris Ducis domni Ludovici, sed solum
retentio pro ea parte, qua bona illius possidet, & pro alia parte, qua
non possidet, & debet dicta adm. illust. Ducissa dōna Catharina An-
tonia venire agendo iudicium petitorium intentado. Denique non
obstat, quod de dicta solutione dotis, ac eius compensatione cum vi-
ginti quinque mille nummis debitis pro quinque pensionibus dicti
censualis fuerit solummodo novissimè appōsita per dictam admod.
illust. Ducissam domnam Mariam Theresiam de Benavides schedu-
la oblata 7. Decembris 1676. quia licet compensatio regularitèr nō
fiat ipso iure, nisi à parte opponatur, & ab eo die dūtaxat, quo oppo-
nitur, tamen vbi agitur de evitanda vsura, pœna, vel interesse prop-
ter moram, vt in nostro casu, fit ipso iure compensatio etiam si non
fuerit in tempore opposita, & post tempus deducta retrahitur.
Idcò, & aliàs sine præiudicio iurium, & prætensionum partium in iu-
dicio petitorio, vel possessorio plenario, pro nunc interim hac lite
pendente, & donec fuerit ius dictum super dicto petitorio, vel pos-
sessorio plenario, factò verbo in Regia Audientia, providet dictam
admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Theresiam de Be-
navides, manutenendam, & conservandam fore, & esse, provt cum
præsenti manuteneri, & cōservari mādāt in possessione, seu quasi Du-
catus Cardonæ, & suorū Castrorū, Civitatis Cellonæ, & suorū Ca-
strorum, Villæ de Tora, & suarum Baiuliarum, Villæ de Sort, & to-
tius restantis Marchionatus de Pallàs, minùs Valle de Aneo, & me-
dio quartali de Llavorfi, Villæ Garcix, de pertinentijs Baronix de
Entenla, Baroniarum de Arbeca, Iuneda, & Oriola, Comitatus de
Pradas, & Molendini de Armentera, de pertinentijs Comitatus Em-
puria-

Regia Provisio.

puriarum; & dictam admodum illustrem Ducissam domnam Catharinam Antoniam manutenendam, & conservandam fore, & esse, prout cum presentibus manuteneri, & conservari mandat in possessione, seu quasi Baroniarum Conchæ Odenæ, Villarum de Tivissa, & Mora, de pertinentijs Baroniarum de Entensa, & Comitatus Empuriarum, minus Molendino de Armentera; & tam dictam admodum illustrem Ducissam domnam Mariam Theresiam de Benavides, quam dictam admodum illustrem Ducissam domnam Catharinam Antoniam cessare, & se abstinere debere à turbationibus, & molestijs respectivè illatis, & forsàn inferendis, & pro his expediantur literæ, & aliæ provisiones oportunæ, iuxta stylum, non obstantibus in contrarium per dictas ambas partes deductis, & allegatis, vtraque pars suas solvat expensas bistracta exequuntur, intimetur.

Cortiada.



SPECVLI

S P E C V L I
 V E R Æ I V R I S P R V D E N T I Æ.
 D. E M M A N V E L I S D E V E D O I A
 I. C. H I S P A N I.
 L I B E R P R I M V S.

S V M M A R I V M.

1. **D**IVINI. Numinis auxilium invocatur.
2. Constitutiones Cathalonie valde favorabiles sunt mulieribus pro dote, & sponsalicio suo, seu *escreix* ultra omnes nationes. Cathalani laudantur.
3. Mulieribus Constitutiones concedunt tantam pro dote, & sponsalicio in omnibus bonis à marito possessis tempore mortis, etiam si sint maioratus dignitatis Regalis.
4. Constitutiones concedunt mulieribus privilegium, ut intra annum luctus ex fructibus honorum mariti alatur, & si intra annum dos, & sponsalitium eis non integre solvantur, faciant fructus suos.
5. Constitutio Hæc nostra refertur. Constitutio fin. tit. dissol. lo. matrimoni refertur.
6. Constitutio non est in Cathalonie transferens possessionem civilissimam bonorum maioratus, sicut in Castella.
7. Introductio huiuslibri.
8. Ducissæ de Frias præfensio.
9. Arrhas, & *escreix*, dictum fuit non esse idem.
10. Definitio omnis disputationis initium est. Definitio explicat essentiam, & naturam rei.
11. Definitio *escreix* Fontanella refertur.
12. Definitio sponsalitiij secundum Franciscum Ferrer.
13. Definitio formalis sponsalitiij, seu *escreix*.
14. Definitio Arrharum secundum DD. Castellanos.
15. Sponsalitium, seu *escreix*, & arrha Castellæ una definitione definiuntur.
16. Sponsalitium Cathalonie non est omnino idem, quod arrha Regni Castellæ: sed refutatur.
17. Idem omnino, ut qualibet res sit cum altera, est necessarium, quod sit idem corpus individuum, & non sufficit esse eiusdem speciei, seu essentia.
18. Similium eadem est disciplina, & dispositio.
19. Ratio ubi eadem est, eadem debet esse iuris dispositio.
20. Arrha, & *escreix* secundo differunt. Arrha dantur in præmium virginittatis, refertur Satyra Iuvenalis.
21. Arrha dantur in præmium virginittatis de iure Casareo.
22. Arrha dantur in præmium virginittatis ex lege Castellæ, & DD. Cathalonie assensu.
23. Arrha, & *escreix* secundo differunt, & refutatur.
24. Arrha, & *escreix* tertio differunt.
25. Refutatur ex doctrina Suarez. Clausula in præmium virginittatis, in Castella solet apponi in capitulis matrimonialibus.

26. Clausula in premium virginittatis sepē in Cathalonia non ponitur in capitalis matrimonialibus.
27. Arrhe, & escreix teniō differunt. Reijcitur ex sententia Miseri, & Molini. Sponsalittium datur ex alia causa, quam virginittatis: & confertur publica concubina.
28. Arrhe, & escreix non differunt.
29. Probatur ex sententia Molini.
30. Voluntarium in initio, ex post facto fit necessarium.
31. Contractus ex partium conventionē vires recipit, & ut lex servatur.
32. Virginitatibus quibus promittuntur Arrhe nihil interest, quōd dentur aliquando viduis.
33. Accidens potest abesse, & adesse, sine subiecti corruptione, & non potest mutare substantiam rei.
34. Accidentalitē evenientia non mutant substantiam rei.
35. Arrhe an debeantur viduis, si illis fuerint promissa, questio rusticorum est.
36. Idem est in Cathalonia.
37. Arrhe dantur in Castella in premium virginittatis; at in Cathalonia in remunerationem dotis, secundum doctrinam Authoris.
38. Sponsalittium in Cathalonia solvitur respectivē ad dotem solutam.
39. Sponsalittium an debeatur in premium virginittatis, vel remunerationis dotis, in Cathalonia, non fuit ausus Fontan. res. sol. vere.
40. Arrhe debentur etiam si dos non sit soluta.
41. Limitatur si mulier dolose marito dotem promisit, & non solvit: & idem in Cathalonia. Virginittas, sicut non est divisibilis, ita nec arrhe, nec escreix. V. contrar.
42. Sponsalittio filia privari non potest ob dolum vel culpam patris non solvendo dotem, quam promisit.
43. Arrharum, & escreix quarta differentia.
44. Sponsalittium taxatum est consuetudine Barcinonę, & in Castella lege.
45. Sponsalittium esse taxatum consuetudine, vel lege nihil interest. nam lex, & consuetudo eandem vim habent.
46. Magis, aut minus non differunt species.
47. Arrharum, & escreix quinta differentia.
48. Arrhe constante matrimonio assignari possunt, & ratio.
49. Sponsalittium, seu escreix in Cathalonia post contractum matrimonium promitti potest.
50. Leges adaptantur ad ea, quę frequentius accidunt.
51. Sponsalittium promitti non potest constante matrimonio: sed contrarium est verius.
52. Arrhe, & escreix sexto differunt.
53. Sponsalittium, si ve escreix debentur de iure mulieri, si ve super viduat viro, si ve non.
54. Sponsalittium, quod debeatur mulieri etiam si proximatur viro, & quod in omni casu sit totum uxoris potest deduci in partem in Cathalonia, & num. 57.
55. Lege fieri potest, quod per pactum.
56. Argumentum valet de lege ad pactum, & e contra.
57. Vide 54.
58. Arrhe, escreix sexto, & septimo differunt.
59. Arrhas, & sponsalittium esse idem, probant DD. Cathalani num. 60. & 61. Verba æqua lance omnimodam equalitatem inducunt. Equalitas est in omnibus servanda. Equiparatorum eadem est dispositio.
60. Error in summario Fontanellę refertur, qui dedit causam mala intelligentię suę doctrine.
61. Fontanella videtur parum sibi constans.
62. Fontanellę loca concordantur. Legum correctio vitanda est.
63. Exclamatio pro mala intelligentiā terminatur.
64. Exemplar Barcinonę, in quo mulieri Castellane concessa fuit tenentia pro arrhis in Castella promissis.
65. Exemplar hoc doctrina Antonij Gomez corroboratur.
66. Capitalis in matrimonialibus positum fuit pactum cautē, que las arras se han de restituir conforme à las leyes de Castilla.
67. Sponsalittium, & escreix nominantur Arrhe.
68. Essentia rei nomine probatur.
69. Nomina debent convenire rebus, & qualitatem rei probant.
70. Argumentum non valet de arrhis ad escreix, sed reprobat.
71. Simile non est idem: sed explicatur.

74. Arrha in diversis Regnis diversis nominibus nominantur.
75. Substantia, & essentia rei debet attendi, non sonus verbarum.
Essentia sponsalitij, & arrharum in obligatione consistit.
76. Arrhas non deberi ex alio motivo.
77. Sponsalitiū, quod sit stipulatum in favorem filiorum heredum, non requiritur in Constitutionibus Cathalonie, nec quod mulier supervivat viro: & quod debeat, auctoritate, & ratione probatur.
78. Lege quod nō cavetur, in practica non habetur.
Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.
79. Sponsalitiū non deberi mulieri, si pater promissit dotem, & non solvit, tenet Ferrer; sed refutatur num. 80. & 81.
82. Sponsalitiū deberi, etiam si dos non interveniat, potest accidere in casu proposito.
Matrimonium sine dote esse potest.
Ad positionem alicuius actus non sequitur positio alterius contractus.
83. Sponsalitiū deberi mulieri, etiam si decedat vivente marito, ratione, & auctoritate probatur, num. 84.
85. Fontanella anceps, & dubius hanc questionem non resolvit, num. 86.
87. Exemplis indicandum non est sed legibus.
88. Veritas difficile invenitur, sed ubique investiganda est.
89. Legis mens magis attendenda est, quam verba.
90. Fraudibus via non est apperienda.
Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.
Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.
91. Sponsalitiū lucratur filij heredes, si maritus occiderit mulierē, etiam si promoviat maritus, & non sit stipulatum in eorum favorem.
92. Arrhae debentur filijs, seu heredibus uxoris, ex testamento, & ab intestato.
93. Matrimonium, si celebratur adiecto pacto, quod celebratur iuxta statuta alicuius loci, debet servari.

94. Arrhae debentur filijs, lege, consuetudine, & auctoritate Doctorum, sicut sponsalitiū in Cathalonia.
95. Sponsalitiū Cathalonie debetur mulieri Cathalonae, quae contraxit matrimonium cum Castellano ipsius Regni incolae, pariformiter, ac debentur, & solvantur arrhae, licet capitula matrimonialia in Cathalonia sint facta.
96. Sed tantum debebitur regulatum ad decimam partem bonorum viri, iuxta leges ipsius Regni.
97. Brevitati studendum est, gaudentque brevitate moderni.
98. Brevitas non debet generare obscuritatem.

DISCURSUS PRIMVS.

DE ARRHIS.

Utrum Arrha Regnorum Castella, quae sponsus sua promittit sponsae, sint idem cum sponsalitiū, seu escreix, quod similiter in Principatu Cathalonie sponsus sponsae promittit. Et mulier pro suis arrhis possit gaudere in Cathalonia remedio summarissimo possessorio retinenda in bonis viri, virtute Constitutionum Hac nostra, & final. tit. dissol. lo. matrimoni: Et e contra sponsalitiū, seu escreix Cathalonie in Castella gaudeat privilegij arrharum.



INFLORATO prius Divini Numinis auxilio Sanctissimae, & individuae Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, qui illuminet sensus, & corda nostra, ut ab illo incipiat sapientia, quae est timor Domini; opus perdifficile aggredior meis debilibus humeribus inaequale. Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Tu, qui inter maio

ra mirabilia tua (vt Propheta enarravit)
*habitare facis sterilem in domo : matrem filio-
rum latantem*, in pręmium laborum suo-
rum in matrimonio a te instituto , atque
a matre sic nominato , quia ante partum
oñerosa , in partu dolorosa , & post par-
tum laboriosa, Constitutiones in Catha-
lonia condere fecisti , quia es Rex Re-
gum, & Dominus Dominantium :

*Tu mites legum monitus, sacrosq; Prophetas
Humano imperis generi : servasq; nepotes.*
(Aufon. Burdigal. Elylio 1.) Illumina
iterum sensum , & cor meum , vt de istis
Constitutionibus , in quibus natus non
sum , & nondum per biennium degusta-
vi valde mulieribus favorabilibus , per-
tractare queam.

u Mirabiles † equidem sunt , ad suas do-
tes, & spösalitia repetenda : tantum, atq;
tam irregulare illis privilegium conce-
dunt, quantum in orbe terrarum non in-
venitur concessum (excepto Regno Sar-
dinie, vbi etiam viget, vt modo a Quesa-
da Pilo *controver. cap. 33. nu. 7.* cognovi.)
Taceat Imperator Iustinianus, qui post
multum laborem, & diligentiam mulie-
ribus consulens, in suo Codice *sub tit. de
rei vxor. act.* ex stipulatu actionem, maxi-
mis prerogativis munitam, introduxit; &
cū Hercule videtur dixisse : **NON PLUS
VLTRA.** Harum Constitutionum D. Pe-
trus Aragonie Rex, Comesque Barcino-
næ, & Catholicus Dom. Philippus II.
vtriusq; Orbis Monarcha in Regijs Cu-
rijs Cathalonie celebratis, fuerunt con-
dictores, qui **PLUS VLTRA** invenerunt,
meo videri ad supplicationem Brachio-
rū Militarium, & Regaliū, qui in illis in-
terfuerunt, & approbarunt; moti gene-
roso affectu charitatis, amoris, & reve-
rentiæ, qua fidelissimi Cathalani suas
vxores pertractant : in quo maxima cum
laude ceteras nationes præcellunt.

3 Repeto † cum Iustiniano in l. 1. c. de rei
vxor. act. in princip. *Rem in presenti nõ mini-
mā aggredimur, sed in omni penē corpore iuris
effusam.* &c. Nam in causā Ducatus Car-
done totum ferè iuris corpus est revolu-
tum. Ab hoc privilegio incipio, quod
mulieri, eiusque filijs hereditibus conce-

dit, vt ab instanti mortis mariti, ipso iu-
re, & sine facto hominis per hypothecam,
quam habent in omnibus bonis, quæ ma-
ritus reliquit, possessio civilis, & natura-
lis, quā nos civilissimā appellamus, in eos
transferatur : ad similitudinem maiora-
tuum Regnorum Castellę, in quibus vir-
tute legis 45. *Tauri*, possessio civilis, &
naturalis in successorem transfertur : ma-
iorique cum privilegio mirabili : nam
non solum illis hoc remedium summa-
rissimum possessorium retinendę in bonis
liberis, & patrimonialibus mariti con-
cessit; sed etiam in bonis maioratus ab
ipso possessis, deficientibus bonis liberis,
etiam si maioratus sit Dignitatis Regalis
Ducatus, Marchionatus, & Comitatus.

Et adhuc † magis hoc privilegiū exten-
ditur : nam in anno luctus ex fructibus
bonorum mariti ; quę ipsa possidet, est
allenda : & si in prædicto anno dicta dos
& sponsalitium ei nõ solvitur integrè, in
posterū facit fructus suos, etiam si ingētis
valoris sint : & vt omnibus istę memora-
biles Constitutiones innotescant, sic se
habent lingua materna Cathalana.

Ab aquesta † nostra Constitucio per tottepl
valedora sancim, que la muller mort lo marit,
encontinent apres la mort de aquell sie vista
totz los bens de son marit possehir, e dins lo
any del plor de aquells bens en totes coses a la
sua vida necessarias sia provehida, apres lo
die any, empero del plor los fruits de aquells
bens fassa sens, fins a tant, que a ella en lo dot,
esponsalica seus sie integrament satisfet : ex-
ceptades empero las mullers, a les quals per
llurs maries certs llochs, o rendes, o altres bens
de ahont rendes annuals, o es de venimentz pro-
vehir, per seguretat de llur dot, o esponsalici
seran assignats, en lo qual cas, aquells tant so-
lamente llochs, o rendes, o bens sie vista possehir,
e sobre aquells, haja la sua provisio, e los fruits
seus fassa de aquells. Ajustant, que la muller en
lo primer cas, eo es a saber, quant totz los bens
del marit seu possehir sie vista, in ventari co-
mensar, dins un mes apres que la mort de son
marit sabia comptador, e dins altre seguent
complir de tot en tot sie tenguda, en altre ma-
nera de la provisio del any del plor, e del pro-
fis de fer los fruits seus fretur, ipso facto: Per-
ço

en empero no entenem los estrets à fer inventaris de fer aquell en ninguna manera esser desflaurats.

Et Latinè.

Hac Constitutione nostra perpetuò valitura sancimus, quod mulier mortuo viro, confestim post mortem eiusdem censeatur omnia bona viri sui possidere, & intra annum luctus de bonis ipsius in omnibus vitæ suæ necessarijs provideatur, post annum verò fructus ipsorum bonorum suos faciat, donec libi in dote, & sponsalitijs suis fuerit integrè satisfacta: exceptis tamè vxoribus, quibus per suos viros certa loca, aut redditus, aut alia bona, vnde annui redditus, vel proventus pervenire possent pro securitate suæ dotis, & sponsalitijs fuerint assignati, quo casu ipsa dumtaxat loca, & redditus, & bona possidere censeatur, & super ipsis provisionem suam habeat, & fructus suos faciat eorundem. Adiecto quod vxor in primo casu, videlicet, quo omnia bona viri sui possidere censeatur, inventarium infra mensem postquam viri sui mortem sciverit computandum, incipere, & infra alium sequentem complere omninò teneatur, aliàs provisione anni luctus, & commodo faciendi fructus suos careat ipso facto. Per hoc non intendimus adstrictos ad faciendum inventarium ab ipsius confectioe aliquatenus liberari.

Constitutio finalis.

Declarant la Constitució del Rey en Pere III. en la Cort de Perpinyà cap. xxxij. comensant: Ab aquesta nostra Constitució, &c. com la dita Constitució sia hu dels mes principals privilegis que las donas viudas tenan en los bens del marit en lo present Principat de Catalunya, y Comptats de Rosselló y Cerdanya, ab consentiment, y aprobació de la present Cort statuhim, y ordenam, que la mulier mort son marit, sens altre aprehensió corporal de possessió dels bens del dit son marit, sia

vista possedir los bens de aquell; de tal manera, que la possessió dels ditz bens, immediadament, y sens ministeri de persona alguna sic vista esser transferida en favor de la dita dona; è si dins lo temps de fer inventari, ò apres de aquell esser fet, algu pendrà dita real possessió dels bens del marit, ò part de aquells, puga la viuda contra aquell tal intentar los remeys de spoli, com si realment, y de fet ella los hagués possedit; T mes declarant la mateixa Constitució, per llevar tot dupte, que poria ocorrer sobre la hipoteca, y tenuta dels bens del marit, haventhi fills del primer matrimoni, y sobre vi vint segona muller, ò fills de aquella, ab consentiment de la present Cort statuhim, y ordenam, que en tal cas, los fills que sian hereus de la primera muller hajan de ser presents, quant als privilegis, y benefici de dita Constitució, ò la segona muller, ò fills, y hereus de aquella, sian sian integrament satisfets de la dot, y sponsalitijs de llur mare.

Latinè.

Declarando Constitutionem Regis Petri III. in Curia Perpiniani cap. xxxij. incipientem: *Hac nostra Constitucione, &c.* cum dicta Constitutio sit vnum ex principalioribus privilegijs, quæ mulieres viduæ habent in bonis viri in præsentè Principatu Cathalonix, & Comitatus Rossilionis, & Ceritanix, cum contentu, & approbatione presentis Curix, statuimus, & ordinamus, vt mulier vita functo viro suo, sine aliqua corporali possessionis apprehensione bonorum dicti viri sui, illius bona possidere videatur; ita vt dictorum bonorum possessio immediatè, & absque alicuius persone ministerio, in eius favorem translata videatur, & si intra tempus conficiendi inventarij, vel eo confecto, aliquis accipiat dictam realem possessionem bonorum mariti, vel partis illorum, possit vidua contra illum ipolij remedia intentare, ac si realitè, & de facto, ipsa illa possidisset. Item eandem Constitutionem declarando, ad removendum omne dubium, quod posset occurrere circa hypothecam, & tenutam

bonorum mariti, filijs primæ matrimonij existentibus, & secunda vxore supervivente, vel eius filijs, cum consensu præsentis Curix, statuimus, & ordinamus, vt eo in casu filij heredes primæ mulieris præferantur, quoad privilegia, & beneficium dictæ Constitutionis secundæ vxori, vel eius filijs, & heredibus, quovsque in dote, & sponsalitijs suæ matris integrè sint satisfacti.

6 Cum igitur † hoc remedium summarissimum concessum sit, & in Cathalonia non habeatur constitutio, quæ in bonis maioratus transferat civilem, & naturalem possessionem in successorem, sicut in Castella est *lex 45. Tauri*, sed in iudicio petitorio contendatur de successione, vt testatur Fontanel. *de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. part. 4. nu. 20.* Ideo † alijsquè rationibus moti Advocati Ducissæ de Medina-celi, quæ in Ducatu Cardonæ successerat, pro adipiscenda actuali, & reali possessione, hoc remedio possessorio retinendæ constitutionum vsi fuere, pro dote, & arthi suæ matris, vt sic in actuali, & reali possessione constituta, in posterum suo Statu absq; contradicere frueretur. Sed proh dolor! in hoc summarissimo iudicio plures amaritudines gustarunt. † Nam Ducissa de Frias, vxor secunda Ducis mortui, vt tutrix D. Ioachimi fratris Ducissæ de Medina, qui in infantili ætate vitam cum morte commutavit, tutorio nomine, possessionem Status apprehendit; & eo mortuo, tutelæque finita, per suos Procuratores iterum possessionem, vel potius detentionem Status proprio nomine armis occupavit, atque violentè illum retinuit, & in eo existit per novem annorum curricula, prætextu creditorum tutelæ filij sui, qui patri quadraginta diebus supervixit; pro illisque retentionem Status competere prætendit, donec tutelæ rationem reddat, additis postea innumerabilibus creditis imaginarijs. Post septem igitur annos, quibus causa summarissima fuit agitata, in qua similiter remedium summarissimum, retinendæ interim prætendit, quia tempore litis motæ possidebat, dicens prædo-

nem etiam in hoc iudicio esse tuendum, cõtra Ducissam de Medina fuit dictum: † *Quod Artha Regni Castelle non sunt omninè idem cum escreix Cathalonie, nec pro illis beneficio suarum Constitutionum gaudere debeat; & ideò disputandum prius venit, an sint idem, & pro his privilegium tenetæ competat: ad cuius quæstionis examen procedam, incipiendo à definitione more philosophorum: † Nam definitio omnis* 10

Fontan. † *de pact. nupt. claus. 7. glos. 1. part. 1. num. 3.* sic ait: *Appellamus in Cathalonia sponsalitijs, & escreix, quasdam donationes, quas sponsi solent in capitulis matrimonialibus facere sponsis suis, si virgines sunt; in præmium virginitatis, quæ amissura sunt per contractum matrimonij.* 11

Franciscus Ferrer † *in Const.* Hac nostra temp. 3. declarat. 1. num. 3. sic definit: *Di-ci quendam remunerationem, refectionem, seu reparationem ab sponsis viris suis virginibus desponsatis elargitam, factam, & assignatam, de bonis sponsi in præmium (& vt Sazri dicunt) in præmium virginitatis deservatæ.* 12

Et vt † ex doctrinis traditis cõgruam, & formalè definitionè deducamus, debemus sic definire sponsalitiũ, seu escreix: *Est donatio quadam remuneratoria facta ab sponso sponsæ in præmium virginitatis: Hæc enim est bona definitio, quæ constat genere, & differentia; nam donatio quadam, est genus, quæ cum cæteris donationibus convenit: remuneratoria est loco differentia, cum qua differt à donatione intervivos, & causa mortis, cæterisque donationibus inter virum, & vxorem factis, à iure prohibitis; reliqua verò verba loco etiam differentia ponuntur, quibus absolutè ab omnibus donationibus distinguitur.* 13

Hæc est definitio sponsalitijs, seu escreix à Doctoribus Cathalonie assignata, † Videamus ergo nunc, quam Docto-

Res Castellani arrhis tradunt, Roderic. Suar. titul. de las Arras num. 1. sic ait: *Alie sunt Arrhe, de quibus loquitur ista lex, quas maritus promittit mulieri in honorem virginitatis, quæ verba redacta ad definitionem formalem, sic se habet, est promissio facta à marito mulieri in honorem virginitatis.* Et hanc definitionem substantialitè affert Gomez Arias in l. 49. Tauri n. 8. Paredilla authent. res qua num. 31. C. commu. de legat. Dom. Covarrub. in 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 7. num. 12. Villalob. in communibus opinionibus lit. A verb. Arrha. num. 25. Ant. Gabriel. tom. 1. communi. lib. 1. verb. Arrha. Ludov. Lopez 2. part. instruct. de matrim. cap. 36. in fine. Ant. Gomez in leg. 31. Tauri num. 12. Thomas Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 1. num. 1. & disput. 27. num. 3. Palacius Rub. in rubr. de donation. §. 12. num. 1. *Verf. Quæquidem donationes.* AZEV. l. 2. tit. 2. lib. 5. recop. num. 7. ad fin. Gutier. practica. lib. 2. q. 1. 24. n. 2. & de matrim. cap. 19. num. 1. Petrus Barbosa l. si cum dotens. §. transgrediamur. ff. solut. matrim. num. 30.

15 His ergo definitionibus inspectis manifestè constat, † Arrhas, & escreix vna definitione definiti; Ergo vna est substantia, & essentia arrharum, & escreix.

16 Sed nihilominus inter arrhas, & escreix multæ differentiæ fuerunt constitutæ; † Et primò fuit dictum: *Sponsalitiū non est omninò idem, quod arrha Regni Castella, quæ verba magnam impropriètatem inducunt; Nam † ad hoc, vt aliqua res omninò sit altera, non sufficit, quòd sit eiusdem speciei; sed est necessarium, quòd sit idem corpus individuum, sicut docuit Imperator Iustinianus in §. si frumentum, instit. de rer. di. visione, qui loquens de tritico dixit, quòd singula grana in sua substantia durant, & tamen non potest dici, quòd vnum granum sit omninò idem cum altero; & nihilominus sunt eiusdem substantiæ, & essentia, licet accidentalitè differant in eo, quòd vnus sit albior, vel maior altero: Ergo arrhæ, & escreix sunt idem substantialitè, & omninò similes:*

18 & similitum † eadè est disciplina, & dispositio text. in principio inst. quod cum eo, & ibi glos. verba idem intellectus. l. 3. §. proinde,

& §. quoties. ff. de in rem verso. Nam † vbi 19 eadem est ratio, debet esse eadem iuris dispositio, l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. si postula verit. §. 2. ff. ad leg. Jul. de adulter. Et ita fuit dictum in altera regali provisione Senatus Cathalonix in prædicta lite inter Ducillas de Medina, & de Frias, die 28. Septembris anni 1677. referente eruditissimo, nobilique, & integerrimo D. Michaelè de Cortiada, facto verbo, ibi: *Militant namque pro nõ expeditione mandatorum pro instrumētis extrahendis, & compulsandis eadem motiva, quæ pro non recipiendis testibus in occurrenti casu fuerunt tradita; & propter hanc rationem fuit idem ius decisum.*

Secunda differentia † sic assignatur: 20 *Quia sponsalitiū constituitur præcisè, & expressè in præmium pudicitia, & virginitatis amittenda, & non aliàs: & ita solet communitè dici in capitulis matrimonialibus per tabelliones Cathalonix; arrha autem Regni Castella non datur in præmium virginitatis, & pudicitia: & derident UD. illius Regni eos, qui id dicunt. Prima pars, quæ ait arrhas Regni Castellæ in præmium virginitatis, & pudicitia non dari, certa non est: nam vt supra in definitione arrharum ostendimus, in præmium virginitatis, & pudicitia dantur, & non est mirum, nam Iuvenalis † Satyr. 6. dixit, *Esse quod pro prima nocte datur.* Et Imperator in l. res vxoris, C. de donat. inter vr. & vxor. ibi: *Quia pudicitia premio cessit,* & ibi Bald. *Quin † potius Franciscus Ferrer Cathalanus Iurifconsultus super Constit. Hac nostra 3. temp. declarat. 1. num. 22. contra aliquos DD. Castellanos insurgit, qui affirmarunt nullam legem in Castella inueniri, in qua dispositum existat, vt arrhæ cedant in præmium deflorationis, & virginitatis, & sustinet, ita expressè esse decisum in l. 1. tit. 11. parti. 4. vbi ad longum probat. Et si iste doctor suæ nationis, ita nervosè tenuit, nõ potest contrarium definiti aduersus illius, communemque Doctorum resolutionem.**

Melius † & clarius, parvis, & contentivis verbis alter Cathalanus Franciscus Molino de ritu nupt. lib. 3. section. 1. q. 1. n. 1.

179. qui postquam tradidit nomina quibus vocantur arrhe pluribus in nationibus, sic ait: *Sciendum igitur quod via nomine apud nos, & exteris gentes donatio propter nuptias nominetur, conuenire verò omnes hic, & vbiq; locorum fieri in præmium pudicitia virginalis amissa.*

23 Secunda differentia pars, † quæ ait: *Et ita per Cathalonie Tabelliones solet dici in capitulis matrimonialibus, nihil refert: nam etiam in capitulis matrimonialibus Castellæ ista clausula per Tabelliones solet apponi, vt testatur P. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 27. num. 3. ibi: ducunturque, quia in contractu arrharum stylus Tabellionum habet dicere: Os señalo estas arras por razon de vuestra virginidad, & idem tenet Roderic. Suar. tit. de las arras, vers. Alia sunt arrha.*

24 Tertia pars † prædictæ secundæ differentia in qua dicit: *& derident DD. silius Regni eos, qui id dicunt, parum habet rationis: nam licet Fontanel. ita dicat claus. 7. glos. 1. part. 1. nu. 10. & referat Rodericum Suarez, & Aluarum Velasum; vt est videre, † Suarez non deridet DD. sed Tabelliones, eo quod apponunt in capitulis matrimonialibus illam clausulam, in honorem virginittatis; nec deridet illos, sed dicit imperitos esse: nam non est necessaria illa clausula, & sine illa sufficit promissio, & donatio arrharum, in qua est subintellecã illa clausula, ibi: Communiter imperiti Tabelliones in contractu apponunt hæc verba: Maritus promissit dicte vxori suæ, seu sponsæ in honorem virginittatis suæ centum nomine arrharum: sed hoc non est necesse. Sufficit enim simplex promissio, & donatio arrharum sine dicte additione: † Et sicut in Cathalonia, communiter solet dici in capitulis matrimonialibus, sic similiter in Castella, & ita nulla differentia potest constitui. Et sæpè numero † hæc clausula in Cathalonia deficiet, vt asserit Fontanel. claus. 7. glos. 1. part. 1. num. 9. ibi: Dixi fieri in præmium pudicitia, & virginittatis amittende istas nostras donationes, quia ita solet communiter dici in capitulis matrimonialibus, licet sit in nostris omis-
sum. Ergo nihil refert, quod in Cathalo-*

nia, vel in Castella hæc clausula in capitulis matrimonialibus apponatur, vel omittatur: nam implicite, & virtualiter inest.

27 Tertia differentia † constituta fuit. *Quia sponsalitiu fieri dicitur ob vnã causam tantum defloratæ nempe virginittatis, & pudicitia; arrha autem in Regno Castella nõ dantur præcisè in præmium virginittatis, sed ex quacumque alia causa, puta honoris, seu nobilitatis, vel remunerationis dotis. Tum quia sponsalitiu præcisè, & expressè donatur in præmium virginittatis, & pudicitia, & non aliat, vt dictum est; adeò vt nihil donatur viduis; arrha autem Regni Castellæ etiam viduis dantur.*

Primum † enim dicit sponsalitiu fieri ob vnã causam tantum defloratæ nempe virginittatis. Quod quidem est contra doctrinam Thom. Mier. & Francisci Molin. Cathaloni de ritu nuptiar. lib. 3. sect. 1. qu. 1. num. 180. qui postquam numero antecedenti firmavit, in Cathalonia sponsalitiu dari in præmium pudicitia virginalis amissa, sic ait: *Rursus, & ad aliu quoque finem hanc solere in hac regione constituti donationem affirmat Thom. Mier. supra, vt ea cautius sit vxori consultum in dotis suæ conseruationem, & securitatem. Ergo in Cathalonia sponsalitiu fit non tantum ob vnã causam defloratæ nempe virginittatis, sed etiam ob alteram ab his Authoribus assignatam. Dicit etiam Molin. loco citato num. 199. † Quod potest assignari sponsalitiu puellæ, quæ antea fuit alii cuius publica concubina, & quæstum suu corporis fecit; ergo potest promitti in Cathalonia aliàs quam in præmium virginittatis.*

28 Vltèrius hoc motivum † omninò corruit ex sequentibus. Primò, nam vt supra probatum remanet, in Castella dantur arrhe in præmium virginittatis, sicut in Cathalonia. Secundò, licet aliquando in Castella arrhe viduis promittantur, idem forsàn accidit, vel accidere potest in Cathalonia: nam vtrobiquè hoc fieri potest ex pacto, & partium conventionem, cum non sit à iure prohibitum: vt expressè in terminis tenet Francisc. Fer-

ret super Constit. Hæc nostra solut. matrim.
temp. 3. declarat. 1. num. 25. ibi: Nec refraga-
tur dicere hoc ex eo fieri, quia dantur in illis
Regnis (loquitur de Regnis Castellæ)
Arrhæ viduis sicut & virginibus, quia for-
tân hoc fit ex partium conventionione: nam cum
non debeantur ipso iure, sed per pactum, ut
max. cum fundam. nris docemus, poterit fortân
quis iuri suo renunciare. & ad libitum de re-
bus proprijs disponere, cum non sit in actu pro-
hibiti vo.

29 Idem tenet Molino † *de ritu nupti. lib.*
3. quest. 1. nu. 196. ibi: Verum hæc ratio nul-
lius momenti est, cum ex pacto, & con ven-
tione possit maritus hæc facere sciens in rem
virginem non esse, si ve illa impudica antea
fuerit, aut vidua; cum conventione id fieri
possit; & rariu sit, quia non sit contr. um
iur. Illi duo DD. sunt Cathalaniz ad quid
ergo aliud testimonium desideramus?
Suaque sententia falcitur: nam vbi que
matrimonium contrahatur, & Arrhæ, leu-
esereix promittantur viduis, hoc ex par-
tiu n voluntate procedit: & quod † ini-
tio est voluntarium, ex post facto fit ne-
cessarium, l. sicut ad initio. c. de act. & obli-
gat. cum multis concordantibus. † Et
contractus ex partium conventionione re-
cipit vires, & ut lex servatur, l. 1. §. si con-
veniat. ff. de positi, l. contractus, ff. de regulis
iuris.

32 Tertiò, † hæc differentia, etiam si
fuisse vera, est accidentalis, nam nihil
interest virginibus, quod arrhæ dentur
aliquando viduis, cum non tollat præ-
mium pro virginitate collatum; & quod
33 est † accidentale in quolibet Regno po-
test abesse, & adesse sine subiecti corrup-
tione, nam accidens non potest mutare
34 substantiã rei. † *l. naturaliter §. §. pa. vonu,*
ff. de acquir. re. d. min. Div. Thom. in 4. dis-
tinct. 41. quest. vnic. art. 1. ad 2. Gutjer. pract.
quest. 16. num. 91. & potest mutari, non
vitiata substantia, Cardin. Tusc. litera A.
conclus. 82.

35 Hanc questionem, † scilicet an arrhæ
promissæ viduis, illis debeantur, damnat
Roderic. Suar. *d. tit. de las Arrhas num. 1.*
ibi: Et ex dictis verbis (hoc est in præmiu
virginitatis) vulgares falso opinantur, quod

si aliquis contrahit matrimonium cum vidua,
non valetet promissio arrharum, & multoties
super hoc sui interrogatus, & mirabantur vul-
gares ex responsione mea, dum affirmarem
arrhas deberi viduæ, si essent sibi promissæ, si-
cut, & virgini: Credo quod illa falsa opinio
originem duxit ex dictis verbis Tabellionum.
Et idem tenet Anton. Gom. in l. 32. Taur. 36
num. 13. in fin. † Ex his inferitur, indubi-
tatũque videtur, idem in Cathalonis
accidere, quod in Castilla accidebat:
nam non est contrarium ius, siue illius
Principatus Constitutio: & vulgares si-
ne causa mirantur, & opinantur promil-
sionem non valere.

Itẽrũ atque iterũ asseritur † spon- 37
salitium Cathalonis fieri ob vnam cau-
sam tantum defloratæ nempe virginita-
tis, & pudicitie: Arrhas autem in Regno
Castellæ non dari præcisè in præmium
virginitatis. Et ego assero, firmiterque
tenco, & defendo Arrhas in Regno Cas-
tellæ dari in præmium virginitatis: in
Cathalonis autem non dari in præmium
virginitatis amissæ; sed in remuneratio-
nem dotis; quod ita probo. † Si in Ca- 38
thalonis pater dotavit filiam, debet sol-
vi illi esereix respectivè ad dotem solu-
tam: si tota integra dos est marito solu-
ta, totum sponsalitium vxori debetur: sed
si tantum aliqua pars soluta est, respecti-
vè debetur sponsalitium solvi, ita asserit
Pontanel. *de pactis, claus. 7. glos. 1. part. 2.*
num. 39. ibi: Restat tractemus aliam quæstio-
nem in praxi quotidie contingibilem, quam
promissimus. An sponsalitium in casu resti-
tutionis exigatur, & exigi possit totum inte-
grum, si ve soluta sit dos in totum, siue in
parte, si ve non sit aliquid profus. solutum, an
verò exigatur, & exigi debeat ad vnam do-
tis soluta. Quæ in re communiter tenent DD.
& resolvant, quod si tota dos est soluta, tu-
tum sponsalitium debetur, ad quod possero tot;
tantosque Doctores adducere, ut multas memo-
branas implere valerem. Et in numeris seqq.
multas sui Senatus decisiones refert, &
num. 52. suam proferre sententiam inci-
pit, & propter reverentiam tanto Sena-
tui debitam, ab illis non recedit. & num.
59. quandam decisionem anni 1513. ip-
sus

fius Senatus affert, in qua vnus ex Senatoribus, contrariam sententiam fuit amplexus, motus ea ratione à me relata, scilicet, quòd si non solvebatur sponsaliti-
 39 ginitatis non dari, sed in remunerationem dotis: Et tandem † resolvere istam quæstionem non fuit ausus, illamque in fine num. 60. considerationi lectoris reliquit.

40 Hoc iplo argumento † Pater Thom. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 37. num. 1. vitur: vbi movens hanc quæstionem, an scilicet maritus, cui non solvitur dos, arrhas solvere teneatur, decisivè resolvit, integra solvere teneri, etiam si nec tota, nec in parte dos ei soluta sit.

41 In fine num. 2. † limitat prædictam conclusionem, si mulier se ipsam dotavit, dotemque dolosè promissit, ac eam non solvit: & idem tenet Fontan. loco citato num. 60. versic. Iuxta que. Itaque in Castella, & in Cathalonia idem ius versatur, quando mulier se ipsam dotavit, dolosèque non solvit; quòd tunc, nec arrhæ nec sponsalitiū debentur; in Castella autem, si pater dotavit illam, arrhæ integre debentur, etiam si dos non solvatur; in Cathalonia verò non debetur sponsalitiū, nisi respectivè ad dotem solutam. Ergò in Castella debentur arrhæ præcisè in remunerationem, & præmium virginitatis, & pudicitie amissæ: in Cathalonia autem debetur sponsalitiū in remunerationem dotis solutæ: & si non est soluta, vxor suam virginitatem sine præmio amittit: & exindè vnus sequitur absurdum, quòd si dimidia dotis pars solvitur, altera dimidia pars virginitatis sine præmio remanet, & altera cum illo, ac si virginitas divisibilis fuisset: nisi iocosè dicas cum Poëta Cæcilio in carmine nuptiali.

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,

Tertia pars matri data, pars data tertiæ patri,

Tertia sola tua est: noli pugnare duobus.

Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Et tandem est accidentale.

Et si dicas † propter dolum patris in non solvendo dotem, filiam sponsaliti-
 42 esse privatam, aliud etiam absurdum sequitur, quod filia puniretur pro dolo patris, contra illud Ezechiæ cap. 18. *Filius non portabit iniquitatem patris, & totum titulum. C. ne fil. pro patre, & quod ait Ovidius Trist. Eleg. 2. lib. 1. de naufragio dolens.*

*Fingite me dignum tali nece non ego solus
 Hac vehor, immeritos cur mea pœna tra-*
hit!

Quarta † differentia, dictum fuit: 43

Tum quia nostrum sponsalitiū pro libito voluntatis in quacumque quantitate per maritum assignari potest; arrhæ autem in Castella assignari non possunt, lege resistente, ultra decimam partem bonorum liberorum mariti. Ad hoc autem respondeo, certum esse in Castella quantitatem arrharum esse à lege taxatam; sed ad libitum potest maritus minorem dare. Et in hoc † æquale ius in Cathalonia versatur, si Fō-
 44 tanellæ credimus de pact. nupt. claus. 7. par. 1. num. 14. in fin. vbi de consuetudine Barcinonæ attestatur, & dicit sponsalitiū tertiam partem dotis esse: & num. 20. affert in dotibus parvis, ac mediocribus dimidiam partem dotis dari; sed in dotibus magnis puta 20. & 30. mille librarum, ne restitutione, ac solutione domus destruitur, ad libitum partes pacisci, & iuxta conventionem obligari. Et idem tenet Ferrer super Constit. Hac nostra, declarat. 9. temp. 1. num. 31. & temp. 3. declar. 1. num. 59. & 223. & præsertim num. 98. Ergo in Cathalonia consuetudine est sponsalitiū taxatum, sicut arrhæ in Castella, nullaque differentia invenitur: cum lex, consuetudo, & pactum inter partes inhitum æqualem vim habeant, l. diuturna. ff. de leg. Et quòd lex iubet, † consuetudo, & pactum disponere potest, l. vlt. C. de fideiussor. † Et magis, aut minus non differunt specie, l. fin. ff. de fund. instruct. l. sed & si manente, ff. de præt. l. si is cui, ff. quemad-
 45 ser vi. amitt. Surd. cons. 305. num. 66. & cons.

368. num. 13. & hoc est accidentale, quod substantiam non mutat, vt satis probatum manet.

- 47 Quinta differentia † constituitur his verbis: *Tum quia sponsalitiū nostrum assignari debet in capitulis matrimonialibus, & postea constante matrimonio assignari non potest: Arrha autem in Regno Castella nedum in capitulis matrimonialibus, sed etiam constante matrimonio constitui, & assignari possunt.* Hoc motivum nulla Cathalonie constitutione probatur, quia non invenitur prohibitum. Ratio legalis, in qua fundari videtur est, quia donatio inter virum, & uxorem constante matrimonio est à iure prohibita, vt in toto titulo, ff. *C. de donat. inter vir. & vxor.* † Et hac ratione moti aliqui DD. tenuerunt, arrhas constante matrimonio donari non posse, quos refert P. Thom. Sanchi, de matrimonio lib. 6. d. sp. 28. num. 1. sed nu. 2. contrariam sententiam tuctur, ea iuridica, & legali ratione, nam donatio remuneratoria inter coniuges non est à iure prohibita, & donatio arrharum est remuneratoria virginittatis amissæ, & ita potest fieri constante matrimonio, si ante nuptias non fuit facta: & ita pluribus Doctoribus probat, & tenet.

- 49 In Cathalonia † hoc ipsum accidere, & seruari poterit, nam hæc donatio sponsalitiij remuneratoria est, vt asserit Ferrer in Constit. Hæc nostræ, tem. 3. declar. 1. num. 3. ibi: *Dicitur quadam remuneratio, resectio, seu reparatio, &c. vt supra num. 1. 2. ad longam relatum est.* Ergo simili modo potest fieri contracto iam matrimonio, si in capitulis matrimonialibus fuit omissum, vel fortè capitula matrimonialia non præcesserunt, vt in multis casibus accidere solet, præsertim, cum quis ab Episcopo compulsus matrimonium contrahit, & post matrimonium contractum, & consummatum fiunt capitula: tunc enim licitum, & æquum est, vt vir in remunerationem amissæ virginittatis vxori sue promittat sponsalitiū, quod non est iure prohibitum. Et in hoc casu non deficit definitio sponsalitiij, seu eicreix, in qua diximus dari in præmium virginittatis

amittendæ: † Nam ad ea, quæ frequen- 50
tius accidunt leges adaptantur, l. nam ad ea, l. 6. l. neque leges, Liura constitui, ff. de legibus. Et nihil refert, quòd sponsus promittat sponsalitiū in præmium virginittatis amittendæ, vel iam ab ipso amissæ.

Hanc questionem † suscitavit Ferrer loco citato 3. temp. declar. 1. num. 263. plurimisque auctoritatibus comprobavit, licere post contractam matrimonium arrhas constituere, & tandem num. 272. in sponsalitiio Cathalonie recedit à communi resolutione Doctorum, si aliqui illius Principatus sunt, negativamque sententiam tenet, sed sine ratione, & fundamentis: quibus non possum adherere, nec à communi Doctorum sententia resillire. Quin potius Molino de ritu nupt. sect. 1. quest. 1. num. 187. tenet, post perfectum matrimonium, maritum per uxorem cogi posse, vt sibi donationem propter nuptias constituat in dotis securitatem, & pudicitie amissæ præmium: & idem tenet loco citato num. 234. ibi: *Septimo queritur, an donatio hæc propter nuptias possit fieri mulieri constante matrimonio. & licet videretur non posse quoniam sapit donationem, quæ inter viram, & uxorem constante matrimonio est omnino prohibita, quia tamen fit in dotis securitate, & in remuneratione virginittatis pudoris, licita est constante matrimonio, quasi remuneratoria, quæ inter coniuges valida est vt dixi supra.* Ergo ex sententia DD. Cathalonie eicreix constante matrimonio constitui potest.

Sexta differentia † sic se habet, *Tum 52*
quia vt locus sit noster sponsalitiio, & illius acquisitioni, & exactiōni, opus est, quod mulier supervivat vivo; aliàs mulier præmorsua non lucratur sponsalitiū, nam ita censeretur promissum, & assignatum, si vxor marito supervivat; arrhas autem Castelle lucratur mulier, si ve supervivat, si ve non supervivat marito. Hoc motivū † nullum habet fundamentum in iure communi; quin potius iuxta illud, debetur mulieri hoc sponsalitiū, si ve mulier supervivat marito, 53
si ve non; quia si datur in præmium, & remunerationem virginittatis, vt constantè asseritur: hæc donatio pro virginittate amissa

amissa debetur omni casu, & est pura, & non conditionalis, nec invenitur aliqua ratio propter quam intelligatur tacite adesse conditionem in simili promissione. Et in Cathalonia † nulla invenitur constitutio, quæ hoc disponat; quin potius asserit Fontan. *claus. 7. glos. 1. part. 1. n. 47.* quod ita consuetudine est receptum, & quod potest apponi pactum inter coniuges, quod in omni casu, & in perpetuum mulier lucretur sponsalitiū, sive supervivat maritus, sive non, ibi: *Imò generaliter pascisci potest inter contrahentes, quod in omni casu, & semper sit tota donatio propter nuptias uxoris.* Idem tenet Molino referens Mier. *de ritu nupt. lib. 3. sect. 1. qu. 1. nu. 239.* Imò ait, solere stipulari, maritum eam donationem sibi, aut suis post mortem suam reverti: ergo si maritus non stipulatus fuit, non revertetur. Repetit idem *lib. 3. qu. 61. num. 3.* Ergo, quod in Castella lege dispositum est, non est contrarium constitutionibus Cathalonix, & idem potest in pactum deduci per contrahentes, & tanquam lex erit servandum. Nam per legem † potest fieri, quod per pactum, *l. fin. C. de fideiuss. & pacta legi æquiparantur.* † Et valet argumentum de lege ad pactum, & è converso Everar. *in loc. legal. loco 89.* Cardin. *Tusc. lit. A. concl. 510. nu. 18. l. 2. §. si con veniat, ff. de posit. l. contractus, ff. de reg. iur.*

Idem respondetur † septimæ differentix, quæ sic ait: *Tum quia nostrum sponsalitiū acquiritur mulieri in usufructu tantum de vita sua, prestita cautione de restituendo post mortem, nisi mulier concordaverit cū heredibus de medietate habenda; arrhæ autem in Regno Castella acquiruntur mulieri in proprietate, & potest de illis disponere sicut de reliquis bonis suis.* Font. *in loco supracit. loquitur etiam in his terminis; † quod potest pacisci inter partes, & ita hæc duo motiva, seu differentix non sunt essentielles, ad hoc ut substantialiter differant, & si quæ esset differentia est accidentalis.*

Quod autem † arrhæ Regni Castella, & sponsalitiū Cathalonix sint idem, probat expressè Franciscus Ferrer *super constitutionem solut. matrim. 3. temp. declar. l.*

num. 25. qui postquam defendit nihil interesse, quod arrhæ dentur aliquando viduis, ut ex hoc intelligatur, differre ab sponsalitiū Cathalonix, sic ait: *Cum igitur alius effectus ex tribus supererit, non cessat ut introductum de donatione propter nuptias, ut per solam illam causam introductum fuerit, ut sponsalitiū, arrhæ, & antiphatum, seu escreix assimilentur æquaque lance concurrant.* Et ista verba, æqua lance, æqualitatem omnimodam inducunt absque ulla differentia tex. elegans, singularis, & expressus in *l. non tantum, ff. de re iudicata,* ibi: *Non tantum dotis nomine maritus quantum facere potest, condemnatur; sed ex alijs quoque contractibus ab uxore iudicio conventus, in quantum facere potest condemnandus est ex Divi Pij Constitutione: quod in persona mulieris æqua lance servari æquitate suggerit ratio.* Et est ratio legalis; † quia æquiparatorum eadem est dispositio, *l. 1. ff. delegat. 1. Menoch. de arbitr. cas. 88. nu. 8. Card. Tusch. lit. E. concl. 308. Farin. fragment. criminal. 1. part. tit. E. à num. 202. † Et æqualitas in omnibus servanda est, l. final. C. de procurat. l. non debet auctori, ff. de reg. iur. Aluar. Velasc. de privileg. paup. part. 1. quæst. 55. num. 4.* Idem tenet † Molino *de ritu nuptiar. lib. 3. qu. 1. num. 196.* nullo modo permittens differentiam inter arrhas, & sponsalitiū.

Fontanel. † *de pact. claus. 4. glos. 1. incipit disputare; an donatio propter nuptias, quam ius commune cognovit, differat ab arrhis Regni Castella & sponsalitiū Cathalonix, & num. 11. asserit, dissimilem esse, & sic ait: In Cathalonia habemus sponsalitiū, & augmentum dotis, quæ vocatur escreix, quæ lucretur vxor supervivens marito, daturque ei propter laudabilem virginitatem, quæ cum illo amisit ad similitudinem arrharum, quæ frequentantur in Regno Castella & num. 12. iterum asserit: & in terminis legum Castella inter arrhas (quæ sunt de nostrum sponsalitiū, ut diximus) & donationem propter nuptias, eandem differentiam agnoverrunt Didacus, & Gomez &c. Itaque iste Doctor ponit differentiam inter donationem propter nuptias, arrhas, & escreix sed non inter escreix, & arrhas, quin potius*

tius geminatè ait esse similes.

62 Et quamvis † hæc doctrina, eiusque intelligentia tam certa sit, in summario, *prædicta claus. 7. glos. 1. part. 1. num. 27.* falsè contraria conclusio fuit posita, atque deducta, quæ sic ait: *Argumentum ab arrhis Regni Castella ad nostrum sponsaliticum non rectè procedit; & in corpore dicti numeri tantum asserit; arrhas in Regno Castella etiam viduis dari;*

63 † & tandem videbitur alicui parum constans *claus. 7. glos. 1. part. 2. n. 7.* à sua prima doctrina decessisse, cū dixit; *Essentialitèr nō regulabo hanc nostram materiam cum materia arrharum, quæ frequenter tantur in Regno Castella, quia non omninò idem sunt, quòd nostrum sponsaliticum.* Ex quibus verbis translatis, cōtradictionis motivum sumptum fuisse videtur; sed cum iste Doctōr contrarium sibi ipsi

64 videatur asserere: † hæc duo loca concordare necessarium duxi, nam legum correctio semper vitanda est, *l. 1. C. de inoffic. dotibus, Surd. cons. 163. nu. 11. Cephal. cons. 294. num. 63.* quando enim dixit, *arrhas similes esse sponsaliticis: & quæ sunt vt nostrum sponsaliticum, essentialitèr, & substantialitèr intellexit; quando verò dixit, non sunt omninò idem, de aliqua differentia accidentali locutus fuit, quæ illi in mentem occurrit, sed illā nō fuit perscrutatus, nec adscripta reddaxit; vt est illa differentia supra disputata, quòd in Castella arrhæ aliquando promittuntur viduis, quam DD. Cathalonix supra citati spreverunt. Hæc est intelligentia, quæ vitio caret, & accipienda est, leg. in ambigua, ff. deleg. ibi; In ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret: præsertim, cū etiā voluntas legis ex hoc colligi possit. Et ita auctoritas Fontanel. nihil obest.*

65 O bone Deus! † Quæritur an Petrus sit homo, & an Ioannes sit homo, & Petrus est animal rationale, & Ioannes est animal rationale, vtérque vna eadèmq; definitione definiti. Et ex eo tantum quod Petrus habet duos oculos, & Ioannes est monoculus. Pe-

trus habet duos pedes, & duas manus, Ioannes vnum pedem, vel vnam manum, potestne dici, quod essentialitèr, & substantialitèr non sint omninò idè? Duo enim sunt corpora, seu individua, sed non differant specie, nec potest dici, quod omnia prædicata hominis, quæ Petro conveniunt, Ioanni non conveniant, ex hoc quod Ioannes vnū oculum tantum, vnam manum, vel vnum pedem habeat; hoc inquam est per accidens; similiq; modo negari nō potest arrhas, & escreix essentialitèr, & substantialitèr esse omninò idè, licet in aliquo accidenti distinguerentur.

Sed objicies cum Carlev. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 8. sect. 4. n. 1176. circa finem, ibi: Quicquid sit apud Dialecticos, apud Legistas tamen ex parva, & levi differentia species constitui, secundum quod iura loquuntur, licet in liquiditate, & essentia non videantur differre.* Cui respondeo: Arrhas, & escreix in nihilo differre, nec in essentia, nec in accidenti, nec in eo quod individua naturæ differunt; sed in nomine tantum; v.g. Latine vocatur, *iriticum*, in Castella *irigo*, in Cathalonia *blat*: & ita debet intelligi mea conclusio: & quod dixi, tantum est explicationis gratia. Vtèrius, Carleval loquitur in casu in quo causa de qua agit est diversæ qualitatis, & speciei, in qua differunt vna ab alia: nos autem agimus in casu, in quo nec in substantia, nec in specie, nec in aliquo accidenti differunt, sed nomine. Itaque pari privilegio debent frui Arrhæ, sicut dos Castellæ fruitur sine contradictione beneficio constitutionum Principatus. † Et ita invenitur 66 decisum in vna causa, quæ Barcinonæ fuit tractata, in qua quædam mulier Castellana, virtute capitulorum matrimonialium in Castella celebratorum suam dotem, & arrhas sibi promissas petijt, iuxta observantiam Cathalonix, illiusque privilegia; & obtinuit tenutam pro arrhis, & dote, vt refert Ripoll. *resolus. iur. cap. 10. de dotis recuperat. num. 15. & reddidit rationē, ibi*

Quia hoc casu non disputatur de substantia capitalium, sed de dotis recuperatione, & solutione, que debet fieri iuxta observantiam loci ubi instatur, & fit.

67 Et hoc alia ratione fulcitur, † quam affert Antonius Gomez in l. 31. Tauri, num. 75. ubi ait: *Quæro tamen pro declaratione prædictorum, si diversa leges, statuta, vel consuetudines sint in loco, & domicilio uxoris, vel in loco ubi contractus matrimonij, & instrumentum dotale celebratur circa lucra ista dividenda, vel dotis exigenda, vel arrhis, vel donationibus applicandis quod domicilium, vel locus debeat inspicere? & breviter, & resolutivè dico in causa dotis, arrharum, vel aliarum donationum indistinctè quo ad omnia inspicitur locus, & domicilium mariti.* Ergo iuxta istam doctrinam in repetitione arrharum inspicere debet in præsentem litem domicilium mariti, quod est in Catalonia; & iuxta privilegia constitutionum cõcedere pro illis tenentam, ut refert Ripoll mulieri Castellanz esse concessam.

68 In Catalonia † valdè inter DD. disputatur, an sponsalium debeat filijs heredibus, si mulier præmoriatur viro, & non sit stipulatum in favorem eorum: & ad removendam hanc questionem attentè fuit provisum in capitulis matrimonialibus huius causæ, & in pactum expressè deductum, que las arras se han de vestituir conforme à las leyes de Castilla, ut inferius satis elucidabitur.

69 Dicitur etiam fuit: † Licet nostrum sponsalium, si ve escreiz nominentur arrhas. Et ex his verbis probatur sponsalium, & arrhas esse omninò idem: † Nam essentia rei nomine probatur, Aymon. Craveta conf. 400. num. 33. lib. 3. Surdus conf. 311. num. 28. unde exiit adagium, nomine si priveris, nec rem habere mereris, Meotill. de tragua,

71 & pace quest. 76. num. 7. † & nomina debent convenire rebus, §. est & aliud, instit. de donat. ibi: *Et consequentia nomina rebus esse studentes.* † Et nomen qua-

litem rei probat Cap. Michael. de filijs Presb. Cap. per tuas, de probationib. Petrus Barb. ad l. cum Prætor 12. §. final. nu. 243. ff. de iud. Ergo legitimè sequitur unam essentiam, & substantiam habere, in omnibusque suis qualitatibus convenire, & esse omninò idem.

Dicitur etiam fuit: † *Et sint ad similitudinem arrharum, que in Regno Castellæ frequentantur: Caterum attentò, quod nostrum sponsalium non est omninò idem, quod arrha Regni Castellæ, nec rectè procedit argumentum ab arrhis Regni Castellæ ad nostrum sponsalium; & si ad rationem legalem recurramus, videretur hoc motivum ab una conclusione, seu axioma vulgari originem sumpsisse, † videlicet, simile non est idem, quam explicat Cardin. Tusch. tom. 7. lit. S. conclus. 247. & ait: Quod licet simile non sit idem, tamen de facili transit ad idem: Ideò contractum dubium iudicari esse idem ex pluribus, quibus magis similis est. Invenimus arrhas in pluribus esse similes sponsalium, imò in omnibus, ut probatum extat; & quod sponsalium, & escreiz nominantur arrha: ergo quamvis simile non sit idem, iam transit ad idem, & debet dici, quod sunt omninò idem, & debet esse eadem disciplina, l. 3. §. proinde, ff. de in rem verso, ibi: Ergo idem erit in filio.*

Deniq; † concludo, hanc esse questionem nominis, propriè loquendo: nam in Catalonia vocatur, sponsalium, escreiz, donatio propter nuptias, dotalium, augmentum dotis: in Castellæ Arrhas: in Francia Donaire: in Aragonia Hereditamentum maritorum, firma dotis: in Valentia Creix: in Regno Neapolis Donatum, donum, antiphatum: in Lombardia Mogum, ut docet Fontanel. clas. 7. glos. 1. part. 1. num. 8. Leo decis. 9. & num. 32. & decis. 184. num. 2. ad 12.

Et non debemus † ad sonitum verborum, & nominum attendere, sed ad substantiam, & essentiam rei, l. qua extrinsecus, de verb. obligat. l. ab eo ff. de susp. pel.

pelle legat. Camil. Gali. de verb. signific. lib. 2. cap. 6. per totum. † Essentia enim sponsalitiij, escreix, arrharum, & antiphati in obligatione consistit, in qua maritus se constituit, sponsæ illam quantitatem in præmium virginitatis promittens, cui attendendum est, non autè nomini: nam si nomini attendere- tur, constitutio Cathalonix spòsalitio tenutà cōcessit, nō autè escreix, & posset moveri alia quæstio, an esset cōces- sa escreix, donationi propter nuptias, & dotalitio, quia nomine differunt, & nunquam disputationibus finis impo- nereur: sed Francisc. Ferrer supra cit. agnoscens, sponsalitiium, escreix, & ar- thas, & antiphatum esse idem, omnes equalitèr æstimavit & dixit, *ut sponsa- litium, arrha, & antiphatum, seu escreix assimilentur, æquaque lance concurrant.*

76 Alio motivo §. 2 † tenutam consti- tutionis non deberi Ducissæ de Medi- naceli fuit dictum ibi: *Ex alio etiam capite non competit in dictis bonis man- tentio dictæ admodum Illustri Ducissæ Domna Catharina Antonia pro dictis ar- rhis, quia dicta admodum Illustris Ducissæ Domna Marianna præmorta fuit dicto admodum Illustri Domino Ludovico eius viro; & prædefunctæ uxore sponsalitiium non debetur, non obstante quod quando spò- salitiium est stipulatum in favorem filio- rum, filij habeant sponsalit. um, quam vis eorum mater præcedat viro.*

77 Hoc inquam motivum † in iure certum non est: quin potius valdè dubium, & contrarium sustineri debet: nam Cathalonix Constitutio finalis *est sol. disol. lo. m. irimani*: nec altera Con- stitutio requirit qualitatem, quod maritus præmoriatur uxori, nec quod sponsalitiium in favorem filiorum sit stipulatum: † & quod lege non cave- tur, in practica non habetur. Bald. *in cap. nihil circa finem, de elect.* Ludovic. Rudolphin. *variar. quæstion. lib. 2. quæst. 42. num. 39.* Et quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. si seruum. §. non dixit, ff. de acquirend. heredit. l. illum, c. de collationibus.* *Surd. conf. 51. num. 7.* &

conf. 340. num. 2. cum alijs plurimis probatur etiam ratione. Sæpè nume- ro asseritur, sponsalitiium dari in præ- mium virginitatis amittendæ, purè, & simpliciter, nullaque abiecta condi- tione: sed sic est, quod mulier ex hoc præmota, suum corpus tradidit viro, amissitquè suam virginitatem; ergo hoc præmiū de iure, & ex pacto ei de- betur eo ipso quod virginitatem a- missit: illudque acquisivit ab illo in- stanti irrevocabilitèr, sive supervivat viro, sive præmoriatur. Et consequen- tèr tanquam bona propria, & in remun- erationem suæ pretiosæ virginitatis donata in filios, & heredes transferet, sicut alia bona ab ipsa alia causa ad- quisita. Aliàs enim pretiosorem do- tem virginitatis amitteret, deterior- que, & in miserabili statu invenire- tur, *ut scriptum reliquit Publ. Terent. act. 3. Scena 1.*

Peiore res loco esse non potest, quam in quo nunc sita est.

Primum indotata est: tum præterea, quæ secunda ei dos erat,

Perijt: pro virgine dari nuptum non potest.

Non me latet † Franciscum Ferrer ⁷⁹ *super Constit. Hac nostræ temp. 3. declar. 1. ex nu. 237.* post exagitatam hanc quæ- sitionem, contra alium Franciscum Ferrer additionatorem *ad decis. 274.* *Quid Pap. & considerationes Fontanel- læ claus. 7. glos. 1. part. 1. num. 52.* firmè tenuisse, mulieri non deberi sponsali- tiium, si pater promissit dotem, & nō solverit, vel respectivè, tantū ad dotem solutam deberi, etiam si defloratio fuisset sequuta. Ex quo inferri posse vi- detur, sponsalitiium non lucrari mu- lierem ipso facto, quo suā virginitatē amissit, vel amittendam tradidit viro suo, & ita non deberi suis filijs here- dibus, si in eorum favorem non fuerit stipulatum. Sed certè debiles sunt ra- tiones in quibus contra suos DD. Cat- halanos nititur.

Non urget † prima tradita *nu. 242. 80* *vbi arguit de dote promissa à se ipsa*

marito, ad promissam à patre; nam longè distat primus casus à secundo. In primo enim mulier promittens solvere dotem, in dolo est non solvendo; & tunc iustum est, vt ex sua malitia cōmodum non reportet, nec lucretur sponsalitiū. In secundo non inuenitur hęc ratio; & ob dolum, vel paupertatem patris non debet iure suo privari, vt supra ostensum est num. 40. & 41.

81 Non secunda † num. 245, dicens dotem, & sponsalitiū haberi inter se quasi comparativum, & positivum, & de referente ad relatū, non deberi esse melioris conditionis referens, & comparativum, quam relatū, & positivum: nam hoc potest procedere in dote à muliere viro promissa, † sed non in promissa à patre. Et potest dari casus, in quo inueniatur sponsalitiū, & debeatur sine dote: v. g. si maritus mulierem indotatam recepit, & nihilominus ei sponsalitiū in pręmium virginitatis promissit; quia matrimonium potest esse sine dote, l. *ultima, C. de donat. ante nupt.* ibi: *Sine nuptijs quidem nulla dos intelligitur, sine dote autem nuptię possunt celebrari.* Bossi. de dote cap. 2. num. 140. Molin. de ritu nupt. lib. 3. sect. 2. quęst. 1. num. 120. & 123. *vers. septimo in fin.* virtus, atque boni mores maxima dose est, vt dixit Plautus in Aulul.

Dummodo morata restē veniat, dotata est satis.

Poteritne aliquis sanę mentis dicere, sponsalitiū integrum mulierem non lucrari, etiam si dos non interuenisset, & mulier pręmoreretur viro? Nam omnes DD. concorditè tenent, tam in Castella, quàm in Cathalonia dari in pręmium, & remunerationem virginitatis, & in ordine ad illud, pactum nudum inter sponso intervenit, scilicet, do, vt des, & eo ipso, quod mulier ex sua parte pactum adimplevit, hoc pactum nudum vestitum est, & vir adimplere tenetur, quod promissit; argumento *tir. de condit. caus. dat. caus. non sequ.*

Probatür vltcrius, quia ad positionem alicuius actus, non sequitur positio alterius contractus, qui ab ipso actu potest esse remotus, & separatus, l. *pro herede, §. 1. l. Papinianus, & §. fin. l. cum bonis, de acquir. heredit.* Bossi. de dote cap. 8. num. 79. *vers. hinc probatur.* Sed contractus donationis, & promissionis sponsalitiij est remotus, & separatus à promissione dotis, quia matrimonium sine dote esse potest; & dotem pater promittit, sponsalitiū autem promittit vir: ergo cum dos, & sponsalitiū sint duo actus distincti, & separati, & matrimoniū sine dote esse possit, poterit sponsalitiū deberi, & per se existere sine promissione, vel solutione dotis. Quare falsum est sponsalitiū esse accessorium dotis, illique annexum, eo quod accessoriū sit, quid inseparabile à suo principali, Menoch de *presump. lib. 3. presump. 6. n. 63.* & Bossi d. num. 79. Ecce DD. Cathaloni inter se pugnant; multę decisiones Senatus, & doctrinę, quę inter se videntur contrarię, omnes venerandę: & suis Constitutionibus nihil inuenitur decisū cōtra mulierem suum sponsalitiū in filios heredes transferre volentem, etiā si pręmoriatur viro, & non sit stipulatum in eorum favorem: quare ergo stare prohibetur? cū potius sua cōstitutio videatur ita sensibile, vt refert Fontanel. in loco statim citando num. 85.

Rationem à priori, † quare in Cathalonia hęc anceps, & dubia quęstio ita anxie torqueat Iudices, & DD. investigare desideravi, & eam inveni in nostro doctissimo Ant. Gom. in *leg. 51. Tauri num. 14. vers. vnum in fin.* vbi dubitavit de ratione, qua mota fuit *l. 51. Tauri*, vt mortua vxore arrhę promissę pertineant heredibus eius etiam extraneis, & non marito superstiti, & sic respondet: *Secunda subtilis, & ratio non va dubitandi potuit esse, quia donatio facta inter maritum, & vxorem confirmatur morte donantis: non verò donata vj recipientis. Text. est in l. cum hic status,*

§. si mulier in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. text. in l. etiam. C. eodem tit. expressior ceteris in l. a marito, eod. tit. & ibi communiter DD. unde videtur in proposito, quod si mulier, quæ recipit arrhas decedat vivente marito, eo ipso revocetur talis promissio, vel receptio arrharum, & applicatur marito; sed contrarium determinat nostra lex 51. quia longè differunt donatio arrharum, & donatio simplex inter maritum, & uxorem, ut patet ex superioribus.

84 Hæc ipsa ratio, & doctrina adaptari potest ipsimet quæstioni in Cathalonia motæ inter DD. eademque responsio, ut ex ea inferatur, sponsalitiu[m] promissu[m] à marito uxori suæ pro laudabili sua virginitate deberi filiis heredibus, etiam si mulier præmoriatur viro, stipulatūque non sit in eorum favorem; quia longè differunt donatio sponsalitiij, & donatio simplex inter maritum, & uxorem. Et licet dicta lex 51. non vigeat in Cathalonia, ut lex, viget tamen, ut responsa prudentum, qui in illa condenda interfuerunt, qui non sunt minoris auctoritatis, quam cæteri DD. ut in alio loco latè fundavimus.

85 Probatu[m] & etiam auctoritate Font. de pact. claus. 7. glos. 1. part. 1. qui postquā latissimè hanc quæstionem disputavit multasque decisiones Senatus retulit, Constitutionem finalem attentè consideravit, & inter illam, & decisiones constitutus, quò se vertat nescit, & sic ait num. 69. Ad veru[m] post hæc scripta dispositionem Constitutionis finalis sub titulo subueto matrimonio, quæ videtur totam machinam superius structam unico verbo destrueret. Ex ea enim colligi videtur, quod mulier non super viuens lucratur sponsalitiu[m], & quod filij illius heredes, uti heredes possunt illud prætere, & petere sine aliqua conventionione, quæ sit in favorem illorum facta. Latè discutit hanc controversiam, decisionemque Senatus assert, in qua concessum fuit sponsalitiu[m] filiis heredibus, etiam si vxor præmorta fuerit (ut rationis est) & tã-

dem propter reverentiam Senatus suæ non profert sententiam, & indecisam quæstionem relinquit.

Tanta anxietate & Fontanella tor- 86 quebatur, ut modò cõtra constitutionem insurgere, dicebatque errorem continere, modò contra decisiones Senatus: & tandem suam sententiam dicere non fuit ausus: licet motus fuit ratione, & constitutione, Senatūque decisione ad ita sentiendum in favorem mulieris, suorumque heredum, de lucrando sponsalitiu[m], sive mulier præmoriatur viro, sive stipulatū, vel non stipulatū sit in favorem illorū. Et tãdem num. 76. refert pactum quod in Cathalonia apponitur in capitulis matrimonialibus, cuius virtute filijs debetur, etiam si mulier præmoriatur; & nihilominus illo in cõflictu positus dicit etiam per errorem Notariorum consuetum esse apponi. Itaque constitutionem dicit esse erroneam, pactūque inter partes celebratum esse errore ductum, & decisiones sunt contrariae inter se, cui ergo credemus?

Non enim & Fontanella me in reverentia Senatus præcellit; sed iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum unicuique tribuendi, & mea voluntas est iustum, veritatem, atque iustitiam defendendi. Et primo invenio præceptum, quod ait exemplis nõ esse iudicandum, sed legibus, sed licet, ff. de off. Præs. l. nemo, C. de sentent. & interlocut. omnium iud. l. non possunt, ff. de leg. Cap. 1. de postul. pralat. Surd. cons. 34. num. 21. Menoch. cons. 996. num. 27. vol. 10. & ut asserit Divus Basiliius Magnus in Proëmio de Spiritu sancto & 88 Difficilis est in ventu[m] veritas, ubique nobis est investiganda.

Et si legis mens & magis est attendenda quam verba, l. non aliter, ff. delegat. 3. l. scire leges, ff. deleg. l. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. signific. Quare ergo diligenti studio veritatem huius decisionis non investigabimus; & firmitè tenebimus, ut ego teneo, sponsalitiu[m] uxorem, seu eius

heredes filios lucrari, five præmoriatur viro, five non; & si in favorem illorum non sit stipulatum: cum vxori sit datum in præmium, seu pretium sue virginittatis: aliàs enim remaneret læsa, fraudata, & seducta, quod equitas, nec ius villo modo permittit; † nam fraudibus via non est aperienda, l. in fundo, ff. de rei vindicat. Stephan. Grat. discept. forens. tom. 5. cap. 851. num. 12. & cap. 875. num. 5. Et quando invenimus, vt refert Fontanel. Senatam in contrarias iuisse sententias, ratio suadet, & lex præcipit, vt iuxta rationem, & legem, quæ legis mens est, nonstram proferamus. Invenio Constitutionem Cathalonie indistinctè iuventem, tenutam esse concedendam vxori, & eius liberis heredibus pro dote, & sponsalicio, donec integrum sit solutum: † ergo nec nos distinguere debemus: *Non distinguimus ff. de recept. arbit. cum vulgatis.* † Et lex generalitèr loquens, generalitèr est intelligenda, l. de pretio, ff. de publicis in rem act. Aliàs idem erit observandum in dote, cum nulla sit ratio differentie; quod absurdum est, ab omnique ratione alienum. Et si verba Constitutionis, & mens ita disponit: temerarium erit absque ratione ab illa recedere.

91 Confirmatur vltèrius † mea sententia. Si maritus occiderit suam vxorem, filij heredes lucrantur sponsaliticium, etiam si in eorum favorem non fuerit stipulatum, vt tenet Fontanel. claus. 7. glos. 1. part. 1. nu. 77. Ergo sponsaliticium debetur in isto casu, & lucrantur heredes, pro eoque habent tenutam, etiam si mulier præmoriatur viro, & non sit in favorem filiorum heredum stipulatum. Et hoc non provenit ex lege, seu Constitutione, sed ex istius Doctoris opinione fundata in ratione: & nulla maior invenitur in in isto casu, quam in morte naturali præventa mulieris.

92 Et si debetur † sponsaliticium filijs, quando in eorū favorem fuit stipulatum: propter hanc eadem rationem debentur

arrhæ filijs heredibus Ducissæ de Lerma; quia in suis capitulis matrimonialibus in pactum expressè fuit deductum: *Que las arras se han de restituir conforme a las leyes de Castilla.* In quibus verbis continetur stipulatio, & obligatio restituendi arrhas suis filijs heredibus: nam legibus Castellæ est dispositum, quod arrhæ solvantur heredibus mulieribus, iuxta legem 51. Tauri, ibi: *Si la muger no huviere hijo del matrimonio, en que interviniese promission de arras, y no dispone expressamente de las dichas arras que las ayga el heredero, ò herederos de ella, y no el marido, ò ora la muger haga testamento, ò no.* Iuxta quam legem Castellæ debentur arrhæ filijs heredibus, etiam si in eorum favorem non fuerint stipulatæ. † 93 Et quando contrahentes celebrant matrimonium, & adjicitur pactum, illud celebrari iuxta statuta domicilij mulieris, illa statuta debent servari iuxta pactum appositum, vt probat Petrus Barb. in l. exigere dorem ff. de iudic. num. 107. Alderanus Mascardus de general. statut. interpret. conclus. 7. num. 61. ibi: *Si nedum expressè de aliquo loco circa restitutionem faciendam fuisset conventum inter partes; sed etiam si fuisset actum, quod secundum formam statuti illius loci expressè dos restitui deberet, quia tunc haberet locum limitatio ad legem exigere dorem, eo quia aliud fuisset conventum inter partes.* Itaque iuxta legem Castellæ debentur arrhæ heredibus vxoris, etiam si stipulatio non interveniat: sed Dux Cardonæ expressè se obligavit restituere illas secundum leges Castellæ; ergo idem est ac si expressè stipulasset, illas filijs heredibus restituere. Ergo iam stipulatæ sunt in eorum favorem, tenet urque ex isto capite eis restituere, competitque pro illis remedium constitutionum Cathalonie.

Contra istud argumentum † videtur tacitè ita respondisse: *Et leg. Tauri disponit, quod si mater filiorum non habuerit possit disponere de arrhis: & DD. illius Regni à contrario sensu colligunt, vt habent*

his filijs mater nequeat disponere; sed arrha sint propria filiorum. Quali diceret, legem in Castella non inveniri, cuius virtute, & pacto in capitulis matrimonialibus appposito, possent filij heredes has arrhas repetere: cui objectioni respondetur, neque in Cathalonia constitutionem expressam inveniri, qua iubeatur, mulierem superviventem viro lucrari sponsalitiū; sed tantum consuetudine interpretativa constitutionis finalis, & doctrina auctōrū istius Provinciae ita observari, vt dicit Fontanel. claus. 7. glos. I. part. 1. num. 47. & idem servatur quando intervenit stipulatio: & in his duobus casibus filij habent tenutam constitutionis, non equidem illius, nec alterius vigore, sed in vim interpretationis, opinionisque Doctorum; idēque ius servari debet in arrhis Castellae, cum consuetudo, interpretatio, & opinio Doctorum istius Regni non minori auctoritate resurgant: † nam non solum homines, sed bruta irrationabilia consuetudine ligantur, vt dixit Lucretius Carus de rer. natura lib. 4.

Vsq̄ aded magni refert studium, atque voluntas.

*Et quibus in rebus consuevit esse operati
Non homines solum, sed vero animalia cuncta.*

Quippē videbis equos sortis, cum membra iacebunt

*In somnis sudare tamen, spirareque saepe,
Et quasi de palma contendere vires.*

Tunc quasi carceribus patefactis, saepe quiete.

*At consueta domi Catullorum blanda
degere propago.*

Et Publius Cyrus de consuetud.

Gravissimum est imperium consuetudinis.

95 *Ex his omnibus sequitur. † Si versa vice mulier Cathalana Barcinonae contrahat matrimonium cum viro Castellano, ipsius Regni domiciliario: & in capitulis matrimonialibus in Cathalonia celebratis promittat sponsae suae sponsalitiū, seu escreix, & conferat se cum viro suo in Castellam, vt acci-*

dit modò Domnæ N. de Rocaberti filix Baiuli Generalis Cathaloniae, quae in dicta vrbe matrimonium contraxit cum D. Antonio de Leiva & de la Cerda, filio Comitis de Baños: siue ista vxor premoriatur viro suo, siue non, siue sponsalitiū sit stipulatum in capitulis matrimonialibus in favorem filiorum, siue non, siue dictum sit in illis dari in praemium virginitatis, vel non, siue promissum sit in dictis capitulis, siue constante matrimonio, siue virgo, siue vidua foret, absque dubio lucratur illud sponsalitiū, seu escreix in proprietate, & de illis disponere poterit ad libitum, sicut de ceteris bonis suis, virtute legis 51. Tauri, vt asserit Anton. Gomez supra citatus num. 83. & 84. Quod procedit ex eo; quia sponsalitiū Cathaloniae, & arrhae Castellae sunt omninò idem substantialitèr, & omninò stimabuntur sicut arrhae: quamvis in Cathalonia sit instrumentum dotale celebratum, vt tenet etiā Gomez supra num. 67. In posterum ergo arrhae, & escreix aequalitèr à Iudicibus tractentur, & quaque lance concurrant.

96

Aliud est † si contenderetur, an sponsalitiū promissum esset regulandum secundum leges Castellae ad decimam partem bonorum viri praesentium, vel futurorū, quam excedere maritus non potest; etiam si maiorem quantitatem promississet, iuxta consuetudinem Barcinonae, vel partium conventionem. In qua quaestione existimo, dictum sponsalitiū Barcinonae promissum esse regulandum ad decimam partem bonorum viri praesentium, & futurorum: quia vt asserit Gomez supra num. 67. in causa arrharum indistinctè, quo ad omnia inspicitur locus, & domicilium mariti, & idem tenet Molino de rit. nupt. lib. 3. sect. 1. num. 242.

97

Admodum longus † fortè, amantissime lector, hic discursus tibi videbitur, cum brevitati studendum sit, gau- deantque brevitatem moderni, vt docet Imperator Iustinian. in l. ampliore, §,

20 Speculum vere Jurisprudentiæ.

in refutatorijs, C. de appel. glos. in l. 1. ff. quod metus causa. Card. Tusc. 1. tom. lit. B. conclus. 127. nu. 1. Horat. lib. 1. serm. Satyr. 10. ibi: Est breuitate opus. Et Ovidius.

*Omnia longa solent, cunctis fastidia ferre,
Quæ comprehensa breui sunt, bene cuncta placent.*

98 Fateor equidem, † sed etiam est necessarium, quod breuitas obscuritatem in discursu non generet, vt animadvertit Ioannes Andr. in proemio decretal. verb. Gregorius in principio. & mirificè Plinius iun. epist. lib. 1. epist. ad Cornelium Tacitum, ibi: Frequens mihi disputatio est cum quodam docto homine, & perito, cui nihil æquè in causis agendis, vt breuitas placet, quam ego custodiendam esse confiteor, si causa permittat; alioqui prævaricatio est transire dicenda: prævaricatio etiam cursim, & breuiter attingere, quæ sint inculcanda, infringenda, repetenda. Et Martial. de distichis 29.

Disticha, qui scribit, puto, vult breuitate placere

Quid prodest breuitas, dic mihi si liber est?

Librum etiam scribo, & breuitas non prodest; patienter ferre memento. Et licet Castellanus, hanc defensionem contexui cupidus tibi placere.

DISCVRSVS II.

De Constitutione dotis.

SVMMARIVM.

1. **C**asus proponitur.
2. **S**uppositum incertum est.
3. **M**atrimonium celebrare tantum se Ducissa obligavit: & pater eius dotavit illam.
4. **S**tylus Cathalonie constituendi dotem in capitalis matrimonialibus.
5. **D**otem in Cathalonie constituit, promittit, & donat mulier viro suo, postquam à patre recepit.
6. **I**n Castella non sic constituitur.

7. **F**undamentum sue intentionis quilibet probare tenetur.
8. **D**otem, qui dicit, sibi à muliere promissam, debet id probare.
9. **M**ulier an constituat de iure dotem viro suo, quam pater illi dona vit, & vigore illius constitutionis remaneat illi obligata ad solutionem dotis, & Usurarum, & teneatur de evictione.
10. **P**ro parte affirmatiua affertur lex ex morte, veri. Similique modo, C. de pact. convent. ubi probatur alio pro muliere dotem offerente ipsa eam pro se videtur offerre.
11. **D**otem quando pater promissit pro filia, ipsa videtur promississe.
12. **D**ote in testamento filia relicta, illam constituisse, & promississe censetur.
13. **M**ulier, quæ firmat capitula matrimonialia, tenetur ad omnia in illis contenta.
14. **M**ulier tenetur de evictione dotis à patre promissa.
15. **P**romissio de constituenda dote sequitur matrimonio operatur eundem effectum, ac si verè esset constituta.
16. **S**ubscribens se in scriptura, videtur approbare omne quod in ea continetur, ac si se ipsum obligaret.
17. **U**suras dotis debet mulier solvere viro suo, si ipsa constituit dotem.
18. **M**ulier de iure non est obligata ad solutionem dotis, & Usurarum, nec de evictione in dote promissa à patre.
19. **D**uo casus distinguuntur. Primus, quando pater, mater, vel extraneus promittit dotem pro filia. Secundus, quando se ipsam dota vit. 20. 21.
Mulier non remanet obligata viro suo quando pater, mater, vel extraneus dota vit illam.
Mulier quando se ipsam dota vit ad omnia prædicta tenetur.
22. **M**ulier de evictione tenetur si ipsa promissit dotem viro suo, & exponitur lex 1. C. de iure dotium. 23.
24. **M**ulier se dotans, & non solvens committit dolum, sed contra eam actio de dolo locum non habet.
25. **M**ulier se ipsam dotans, & non solvens

Vens marito dotem, privatur arrhis, seu sponsalicio.

26. Mulier se dotans, incipiens à promissione dotis tenetur de evictione.
27. Mulier se dotans equiparatur patri, vel extraneo illam dotanti.
28. Pater dotans filiam intra sua legitima quantitatem, tenetur de evictione; Ultra legitimam non tenetur.
29. Mulier dotata à patre, non tenetur de evictione, secundum Fontanellam.
30. Evictio, ut censeatur promissa debet legi oculis corporeis.
31. Evictio non venit in contractu dotali, nisi specialiter promittatur.
31. Mulier, & maritus ca veri faciunt de evictione.
33. Fontanella interpretatur.
34. Mulier se ipsam dotans, de evictione non tenetur, quando ipsa incepit à traditione dotis, & non à promissione.
35. Mulier non est in obligatione solvendi dotem, & usuras, nec de evictione quando pater eam dotavit; nec maritus potest illam compellere ad constituendam sibi novam dotem causati ve etiam si sit dives.
36. Mulier propter constitutionem dotis à se factam, à patre verò promissionem, ad nihil erga maritum se obligavit.
37. Matrimonium sine dote celebrari potest.
38. Mulier licet sit dives, si nupsit sine promissione dotis, non presumitur tacite sibi dotem constituisse, nec maritus potest illam cogere, ve dotem sibi constituat.
39. Compensatio non potest fieri cum dote, quam mulier non promissit se dotando.
40. Dotis constitutio facta à muliere viro suo operatur, ut possit consequi omnes effectus favorabiles ad recuperandam dotem.
41. Dotis constitutio quam mulier in Cathalonia facit viro suo, illam donando, est multum proficua mulieri, & marito.
42. Usuras dotalis tenetur solvere qui do-

tem promissit.

43. Pactum inhiatum inter partes, ut maritus recipiat fructus certi fundi, vel aliquam quantitatem pecunie interim quod dos ei non solveretur, debet servari.
44. Lex ex morte, vers. Similique modo, Cod. de pact. convent. explicatur.
45. Lex est valde favorabilis mulieribus ad recuperationem dotis.
46. Decij auctoritati respondetur. Afferitur doctrina D. Olea, & de illa auctorior dubitat.
47. Legatum dotis à patre, vel extraneo factum presumitur mulierem in dotem constituisse viro suo, quia censeatur habita relatio ad testamentum.
48. Firma adhibita in instrumento censeatur ad observantiam contentorum in eo, pro vi quilibet est obligatur.
49. Maritus tenetur restituere mulieri quod habuit ratione evictionis dotis.
50. Mulier de aliquo non tenetur, quando pater illam dotavit.
51. Mulier non se dotavit, sed pater.
52. Firma mulieris non est attendenda in capitulis matrimonialibus, in quibus pater dotavit illam.
53. Mulier si se dotavit tenetur de dote, & usuris, & de evictione.

Quando pater, vel extraneus filiam dotavit, an ipsa remaneat obligata viro suo ad solutionem dotis, & usurarum; & teneatur de evictione?



VIT oppositum contra tenentam Excellentissimæ Ducissæ de Medina, quòd dos matris suæ ià erat soluta, illam compensando cum 25 p. ducatis, quos supponitur vxorem debere Duci viro suo ex redditibus census dotalis cum Regia facultate super Statum Ducatus de Lerma creati, decursis per quinque annos computatos ex anno 1630, usque

vsque ad 1635. asserendo dictam Ducissam de Lerma in capitulis matrimonialibus, vt de illis constabat, viro suo promississe solvere dictas pensiones annuas; & virtute illius promissionis, & obligationis ad illarum solutionem esse obligatam, & ideò ex officio fieri debere cum dote compensationem, retrotrahens ad tempus mortis Ducissæ.

2. Suppositum factum † obligationis Ducissæ omninò incertum est: nam ex capitulis matrimonialibus Matrimonii celebratis constat, Ducem de Lerma patrem suum illam dotasse, & se obligasse constituere, & creare censum dotalem cum Regia facultate super Ducatu, illumque solvere, vt creauit, & soluit: † vxoremque tantum ad matrimonium contrahendum se adstringere.

3. Huius æquivocationis † causa potuit procedere, existimando in Castella capitulationes formari, sicut in Cathalonia celebrantur, iuxta istam formam à Fontanella assignatam de pact. nupt. claus. 6. ibi: *Dicta N. domicella faciens hæc de expressis consensu, & voluntate dictorum parentum suorum, &c. donat, constituit, & adfert pro dote, &c. dictis N.N. & N. soceris, & viro respectiue dictas tres mille libras.* † Itaque sponsa postquam acceptavit à parentibus suis donationem, & recepit, suo expressissimo consensu, & voluntate donat, & constituit viro suo prædictam dotem, vt ipse Fontanel. loco citato gloss. 1. part. 1. num. 23. his verbis testificatur. *In nostra Cathalonia iam est maior ratio, quod id obseruetur, cum soleat semper procedere nedum tacita donatio in favorem filia, & alterius cuiuscumque mulieris, que donatur. sed imò expressissima de ea re, quæ postea ipsa in dotem constituit, quæ ei directo fit, licet solutio pro ea viro promittatur, vt in nostris capitulis est videre.* † In Castella autem non his clausulis celebrantur scripturæ, vel capitula matrimonialia, nec in capitulis Ducissæ inveniuntur, & ita non potuit dici; quod

ex illis in facto esset obligata. † Et cū 7. quilibet teneatur probare fundamentum suæ intentionis, l. actor, C. de probat. l. qui accusare, C. de edendo. Iosephus Ludovic. tom. 3. commun. opin. tit. de probat. conclus. unica, Cæsar Argelus de legit. contradiet. quest. 13. num. 64. † Et in terminis † constitutionis dotis, is qui dicit, dotem sibi à muliere promissam, debet id probare iuxta legem 2. ff. de probat. expressè Angelus conf. 335 num. 1. ad id adducens legem doce ancillam, C. de rei vindicat. Corneus conf. 282. nu. 39. & seq. lib. 1. Carpanus ad statutum Mediolani cap. 455. num. 47. Mantie. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 13. num. 21. Bosio de dote cap. 8. num. 85. Petrus Barb. ad l. 1. part. 3. num. 48. vers. Sed et qui. ff. solut. matrim. Mascard. de probat. conclus. 566. Hinc est, quod cum in capitulis matrimonialibus talis obligatio Ducissæ non inveniatur, omninò corrumpit istud motivum, & sententia in eo fundata.

Sed quamvis in facto † dicta Ducissa in capitulis matrimonialibus non appareat obligata, venit inuestigandum, an de iure mulier constituat dotem viro suo, quam pater illi donavit, & vigore illius constitutionis remaneat illi obligata, non solum ad solutionem dotis, sed etiam usuratum dotalium, teneaturque de evictione dotis, quam pater promissit, & solvit.

Pro parte affirmativa, † quod mulier ad hæc omnia teneatur, sic insurgit. Primò, ex textu expresso leg. ex morte 9. § hoc autem, vers. Similique modo, C. de pact. con vent. ibi: *Similique modo, si ve pater pro filia, si ve mater, si ve ipsa pro se, sui iuris videlicet constituta, si ve quilibet alius pro ea vxorem ducturo dotem dederit, seu promissit; quoniam, & alio pro ea offerente dotem, ipsa tam pro se videtur offerre. Quod adeò verum est, vt & ipsa ab alio pro se oblatam dotem in lucrum suum reposcat: nisi forte is qui eam obrulerit statim (id est tempore oblationis, seu promissionis) stipulatus, vel pactus sit, vt sibi dos prædicta reddatur.* Ergo Ducissa

illa remansit obligata viro suo pro dote, vsuris, & evictione, ac si ipsa pro se offerret, & constitueret; etiam si pater pro ea dotem obtulisset, & dedisset.

¶ **11.** Secundò, † probatur ex sententia Decij *conf. 35. num. 4.* qui reddens rationem huius legis, sic ait: *Quia quando pater dedit, vel promissit dotem pro filia, ipsa videtur dedisse vel promississe.*

¶ **12.** Tertiò, † si pater, vel extraneus aliquam quantitatem ad dotem filie in testamento reliquit, etiam si mulier in capitulis matrimonialibus viro suo illam dotem non constituat, nec promittat, illam constituisse, & promississe cèsetur, ex doctrina Rotæ post Merlin. *de pign. decis. 62. nu. 5. & 6.* Posth. *de manut. resol. 152. n. 50. & seq. Cyriac. cõtro vers. 30. num. 1. & seq. Bonden. collect. legal. 11. num. 17.* præ ceteris magistratè Bossi. *de dote cap. 8. nu. 101. ibi: Tertia coniectura est, si pater reliquit filie in testamento quantitatem, vel aliqua bona nomine, seu causa dotis, & ipsa postea nupsit, nulla dote expressè constituta: tunc enim tacitè intelligi, eam quantitatem, seu ea bona in dotem dedisse, tradidisse, Ruin. *conf. 224. num. 5. & 6. volum. 1. Socin. iun. conf. 8. num. 14. & sequ. lib. 2. Phan. d. glos. 10. nu. 45. vers. Alio autem casu, Menoch. dict. præsumpt. 6. num. 89. & seq. Ludovic. Ioseph. dict. decis. 99. num. 14. Mantica. dict. tit. 13. num. 6. & à Phenu. & Menoch. relati. Et idem esse si mulieri dos ab aliquo, quam à patre relicta esset in testamento, vel alia dispositione etiam in perfecta, notat ibidem Ludovic. Ioseph. post Socinum iuniorem *conf. 8.* Ratio autem cur in hoc casu dotis relicta mulieri in testamento à patre, vel ab alio præsumatur quantitas, & bona nomine dotis relicta à muliere data in dotem, iuxta Socinum iuniorem dicto *conf. 8. num. 18. & Menoch dicta præsumpt. 6. num. 94. in fine: est, quia in huiusmodi casu censetur habita quadam relatio ad testamentum patris, vel alterius, qui dotem legavit.***

¶ **13.** Quartò, probatur: † nam in capitulis matrimonialibus firmavit Ducissa

(non intelligo de subscriptione, quia in Cathalonia contrahens non subscribit, sed manum supra papyrum ponit in signum consensus;) & quoties mulier firmat capitula, tenetur ad omnia in illis contenta, ut asserit Fontan. *de pact. claus. 13. glos. vnic. num. 1. & Ferrer. in Constitut. hac nostra temp. 3. declar. 10. nu. 16. & 23.* Ergo obligata remansit ad solvendum dotem à patre promissam, & illius vsuras.

¶ **14.** Quintò, † si pater dotavit filiam, tradiditque dotem marito, & solvit, si evincatur, tenetur filia de evictione, Guzman *de evictio. quest. 26. num. 56.* Bossi. *de dote, cap. 17. §. 2. num. 23. vers. Sed his casibus: ergo.*

¶ **15.** Sextò, † sic probo, in capitulis matrimonialibus hoc referitur: *La dicha Señora Doña Mariana de Sandobal ha de traer a este matrimonio, y el dicho Señor Duque de Lerma su padre la dote en cien mil ducados para su caudal, y dote. Quibus verbis Ducissa se in dotem viro suo allaturam dictam quantitatem promissit: Sed sic est, quod promissio de constituenda dote matrimonio sequuto idem operatur, ac si vere ipsa dotem constituisset. Ergo Ducissa in capitulis matrimonialibus verbis expressis constituit viro dotem, & redditus annuos census dotalis, cui remansit obligata, & virtute illius constitutionis facta fuit debitor marito de redditibus census decursis, & iustè potuit fieri compensatio, cum sua dote. Maior patet ex instrumento: minorem probat in terminis Cyriac. *controvers. 429. num. 2. ibi: Et in specie, quod promissio de constituenda dote operetur, sequuto matrimonio eundem effectum, ac si verè esset constituta, tradit Afflict. decis. 61. in princip. ubi refert ita iudicatum, Michael. Cras. in suis commun. opinionibus, lib. 1. cap. 6. quest. 20. Bursa. d. *conf. 100. sub num. 11. vers. Vt in promissionem, Seraph. de iuram. pri. vile. 23. num. 15. Surd. *conf. decis. 457. sub num. 13. vers. Et in specie, volum. 4. Cephal. *conf. 192. num. 35. volum. 2. & *conf. 625. num. 14. volum. 5. multos citulat Cancer. var.******

viar. resolut. lib. 3. cap. 15. num. 253. Sicut è
converso promissio mariti de se obligando
pro restitutione dotis, habetur pro obligatio-
ne, & contra eum agi potest, ac si se obli-
gasset. Gratian. discept. 964. num. 24. &
25. Idem tenet Tondut. tom. 1. lib. 2. cap.
57. n. 34. Olea de cess. sur. tit. 1. quest. 6. n.

26 5. Consequentia est clara, & legitima.

Septimò probatur; nam Ducissa se
subscripsit in dictis capitulis matrimo-
nialibus, vt in Castella moris est: sed
qui se subscribit in scriptura videtur
approbare omne, quod in ea continetur,
ac si se ipsum obligaret: Ergo Ducissa
est obligata ad omnia, quæ in
scriptura continetur. Maior est indu-
bitabilis. Minor probatur ex doctrina
Grat. decis. 157. à num. 8. Cancer. part. 1.
cap. 22. num. 1. & 3. & part. 3. cap. 4. num.
262. Burat. decis. 419. num. 13. &
14. Leo decis. 30. num. 3. Salg. de retent.
Bullar. part. 2. cap. 30. §. vnico, à num. 15.
Consequentia est clara.

27 Octavò, † sic insurgo, si mulier con-
stituit dotem viro suo debet illi
solvere vsuras donec sit soluta: ergo
Ducissa remansit obligata solvere v-
suras viro suo, vel pensiones census
dotalis, & iusta fuit compensatio pro
illis facta. Antecedens probat Cyriac.
contro. 30. n. 4. in qua mota fuit quæ-
sio: an mulier cui assignata fuit dos, &
nuplit, dos, quæ nõ fuit soluta, debeat
viro vsuras dotales, & sic ait: Hinc fit,
vt pro ea donec fuisset soluta, debita fuerint
inter vsuria viro sustinenti onera matrimo-
nij in ea honorificentia, quæ nota est Capit.
Salubritèr 16. extra de pignoribus, l. insu-
lam 13. §. vsuras ff. solut. matrim.

28 Sed his minimè obstantibus † con-
trarium proculdubiò est tenendum:
scilicet dictam Ducissam viro suo ex-
pressis verbis, dotem non constituisse,
nec promississe: nec iure obligatam
ad solutionem dotis, & vsurarum, seu re-
dituum census dotalis remansisse: nec de
evictione teneri. Et vt clarius hæc ma-
teria pertractetur aliqua notabilia
præmitam.

29 Primum, † quod duobus modis dos

à muliere suo viro constitui potest;
Primus, quando pater, mater, vel ex-
traneus promittit dotem pro illa, eam-
que dotat cum obligatione dotem
solvendi. Secundus, quando mulier si-
ne interventu patris, matris, vel extra-
nei se ipsam dotavit, & obligavit sol-
vere dotem viro suo, illam expressè
stipulando, & promittendo cum vsu-
ris, vel sine expressione vsurarum.

In primo casu † mulier non reman-
et obligata viro suo ad solvendum
dotem, nec vsuras, nec tenetur de e-
victione de his rebus, quæ pater, ma-
ter, vel extraneus solvit, vel tradidit;
sed solum isti promittentes dotem ad
hæc omnia tenentur.

In secundo vero casu † quædo mulier
se ipsam dotavit pollicitatione, pro-
missione, seu stipulatione interposita,
& se ad solutionem obligavit, tenetur
hoc adimplere: maritòque remanet
obligata, tam ad solutionem dotis,
quam vsurarum dotalium, & de e-
victione, etiam si res tradita, vel soluta
fuerit evicta.

Incipiendo, † ab isto secundo casu
illud probo textu eleganti, & expresso in
leg. 1. C. de iur. doti. ibi: Evicta re, quæ
fuerat in dotem data, si pollicitatio, vel pro-
missio fuerit interposita, gener contra soce-
rum, vel mulierem, seu heredes eorum cum
ditione, vel ex stipulatione agere potest.
Vbi probatur, quod mulier de e-
victione tenetur, si ipsa pollicitavit, vel pro-
missit; quia stipulatio præcessit, ex qua
orta fuit actio ex stipulatu, qua mari-
tus agere potest.

Pondero † verba textus, ibi: Gener
contra socerum, vel mulierem. Quibus pro-
batur duos casus Imperatorem confi-
derasse; vnum quando socer dotem
promissit; alterum quando mulier si-
ne focero promissit, se ipsam dotando,
interposita stipulatione, pollicitatio-
ne, promissione: & cum in utroque
casu nascatur æqualis obligatio respec-
tivè, æquali iudicio fuit resolutum à
legislatore, generum, seu maritum
contra socerum, seu mulierem ex sti-
pula-

pulatione de evictione agere posse; hoc est contra illum qui promissit, ut is ex sua obligatione teneatur; non verò alter pro altero, id est filia pro stipulatione, & promissione patris; & ideò loquens Imperator disiunctivè dixit, *contra socerum, vel mulierem*, qui obligatus appareret: aliàs enim si ex promissione patris mulier obligata remaneret, non disiunctivè locutus fuisset, sed vtrùmque in obligatione cõprehenderet, & diceret copulativè, *contra socerum, & mulierem, & heredes eorum conditione, vel exstipulatione agere potest*; quod esset iniquum, & contra titulum, *C. ne filius pro patre.*

24 Probatur ulterius, † nam quando mulier se ipsam dotavit, & dotem non solvit, dolum committit: sicut pater quando ipsam dotavit: sed cum hac distinctione, quod pater, mater, vel extraneus de dolo tenentur, & aduersus illos maritus de dolo agere potest: sed contra mulierem propter reverentiam matrimonij, non potest agere de dolo, text. expressus in dict. l. 1. *C. de iur. doti. in fine, ibi: Dolo autem interposito, de dolo actio aduersus eum locum habebit, nisi à muliere dolo interpositus sit.* Tunc enim ne famosa actio aduersus eam detur, in factum actio competit. Et ita tenet Bossius *de dote cap. 17. num. 14.*

25 Sed tamen † propter hunc dolum mulieris in non solvendo marito dotem, quam promisserat, se ipsam dotando, privatur etiam sponsalicio, seu arrhis, quas maritus illi in præmium virginitatis promissit, ut dixi supra cù Patre Sanchez, & Fontanel. *discurs. 1. n.*

41.
26 Quod mulier † teneatur de evictione, quando se ipsam dotavit, promittens marito dotem, probatur auctoritate Bossii, cum pluribus ab eo relatis in tractatu de dote cap. 17. num. 19. ibi: *Conveniunt DD. in hac materia evictionis, quod si dos, seu dotatio (sicut, & donatio) incipiat à promissione rei, & ea tradita marito fuerit evicta, maritus contra dotantem, si ve sit ipsa mulier, si ve eius*

pater, aut alius extraneus, potest agere de evictione. Et reddit rationem, quia ex promissione rei facta resultat in promittente obligatio iustitiæ illam adimplendi efficaciter.

Et ut facilius intelligatur, † istum 27 Authorem, ceteròsque ab ipso relatos locutos fuisse de muliere se ipsam dotante, & promittente dotem marito, ut illi remaneat obligata ad solutionem, & evictionem, videndus est num. 20. vbi sic ait: *Et quod dictum est, quando extraneus dotat, idem dicendum, quando mulier se ipsam dotat.* Vbi æquiparat patrem, vel extraneum dotantem mulieri se ipsam dotanti, viroque dotem promittenti, ex quo melius intelligitur, quod supra num. 22. dixi circa explicationem legis primæ. *C. de iur. dot.* vbi asserui legem de muliere se dotante loqui.

Eandem differentiam † ex Doctoribus Cathalanis constituit Fontanel. 28 *de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 14.* vbi disputat, quis teneatur de evictione in dote, & distinguit inter patrem, & extraneum dotem promittentem, & tenet, ex num. 16. quod pater dotans filiam intra suæ legitimæ quantitatem de evictione teneatur, quia est donatio ob causam, in qua evictio locum habet: in excessu autem ultra legitimam, quia est donatio voluntaria, & liberalis, non teneri de evictione, sicut non tenetur extraneus, qui voluntariè dotavit, ut asserit num. 31. quia est mera donatio: sed hoc intelligit, quando incipit à traditione dotis, & nõ à promissione; nam si incipit à promissione, de evictione tenetur; & qua ratione hæc differentia constituitur longè discutit, cui te remitto.

Mulierem autem † non dicit Fontanella de evictione dotis teneri, nec de illa mentionem facit, unde est dicendum, secundum suam sententiam de evictione nunquam obligatam remanere: nam, ut asserit num. 13. ut † evictio censeatur promissa, legi debet 30 oculis corporeis; & num. 2. tenuit,

31 † evictionem non venire in contractu
dotali, nisi specialiter promittatur; &
32 *num. 5.* consulit, † quod sibi mulier, &
maritus de evictione cavere faciant,
ut ita multas amaritudines subter fu-
giant, quas pati necesse est eum, qui
evictionem in dotem præterdit: Ergo
iuxta suam doctrinam, mulier in nullo
casu de evictione tenetur, cum de illa
nullam mentionem faciat.

33 Sed iste Doctor † intelligendus est,
idem sensisse de muliere, se ipsam do-
tante, dotemque promittentem viro,
quæ de evictione tenetur, iuxta *d. l. 1. C. de iure dotorum*. Ne aliquis dicat, virum
tam doctum dicæ legis immemorem
fuisse.

34 In vno verò casu † mulier se ipsam
dotans de evictione non tenebitur, sci-
licet quando ipsa nõ viro dotem pro-
missit, sed incepit à traditione rei do-
talis; quia tunc non habet animum ul-
terius, seu ad aliud se obligandi; ut
accidit in extraneo; qui à traditione
dotis incepit, & non à promissione, ut
docet Bossius *dict. tract. de dote cap. 17. num. 20.* ibi: *Et quod dictum est quando extraneus dotat, idem dicendum quando mulier se ipsam dotat, & dos incipit à traditione, ut res dotalis fuerit evicta, maritus non possit contra eam agere de evictione, ut expressè sentit Petrus Barbosa in dict. lege astimatis num. 18. Verbo Ex quibus. Non enim mulier tenetur se dotare, cū possit esse matrimonium sine dote, ut supra numero 15. notatum est: unde sicut extraneus dotans, ubi dotans incipit à traditione rei, non habet animum se ulterius obligandi, ita nec mulier se dotans incipiens à traditione rei dotalis habet animum ad aliud se obligandi. Et ideo, maritus, qui, ut rem accepta vit, non potest ulterius muliere molestare.*

35 Primus casus, † supra num 19. à me
propositus fuit, quando pater, mater,
vel extraneus dotavit mulierem: an
ipsa remaneat obligata ad solutionem
dotis, & usurarum ab alio promissam,
& de evictione teneatur: in qua quæ-
stione invenio noviter in terminis il-

lam tractantem summa eruditione, &
claritate, Angelum Bossium in *tract. de dote dict. cap. 17. num. 23.* ubi sic quæstio-
nem proponit: *Vbi re dotali evicta do-
tans non tenetur de evictione, an maritus
possit per indirectum agere contra mulie-
rem, si ipsa sit dives, ut cogatur novam
dotem sibi constituere. Et in fine sic ait: Quod verò non possit molestare mulierem licet divitem, & per indirectum cogere eam ad dandam novam dotem, denegando illi alimenta, vel illam expellendo à domo etiam patet, quia quando pater, aut extraneus do-
tem dedit, ipsa nullo modo ad aliquid erga maritum se obligavit; ac proinde mulier censenda est, ac si nupsisset indotata, seu marito nullam constituisset, aut promississet dotem; quo casu maritus illam licet divitem non potest uxorem cogere ad consti-
tuendam sibi dotem causativè, illam à do-
mo expellendo, vel ei alimenta denegando: tenebitur igitur maritus de suo uxorem sustentare.*

Ex hac igitur auctoritate † clarè 36
deducitur mulierem nullo modo ad
aliquid erga maritum se obligasse,
quando pater, aut extraneus dotem
dedit; ac proinde censendam esse, ac
si indotata nupsisset, seu marito nullam
constituisset, aut promississet dotem:
& maritum non posse illam, licet divi-
tem, cogere ad constituendam sibi do-
tem causativè, illam à domo expel-
lendo, vel ei alimenta denegando: te-
nerique maritum de suo uxorem suf-
sultentare, etiam si indotata remaneat,
eò quod dos à patre promissa, vel so-
luta sit evicta, nam ipsa propter con-
stitutionem dotis à se factam, à patre verò
promissam, ad nihil erga maritum se
obligavit.

Hoc enim, † quod est, mulierem di- 37
vitem non teneri novam dotem mari-
to dare, provenit ex alio fonte, seu
principio, scilicet: nam matrimonium
sine dote celebrari potest, ut supra
discurs. 1. num. 82. satis probatum ma-
net: † & licet mulier sit dives, & ha- 38
beat bona, & nubat, si nulla expressa
dotis mentione, & conventionem ma-

trimonium fuerit contractum, nō prae-
sumitur tacitè sibi dotem constituisse,
vel marito promississe; nec maritus po-
test illam cogere, vt dotem sibi consti-
tuat: nam ad dotis constitutionem, &
vt maritus post matrimonium possit
uxorem habentem bona, & quantum-
cumq; divitem cogere ad sibi dandam
dotè, oportet, vt inter vtrūque ante
matrimonium expressè sit conventum
de dote, vt probat Bossius plurimis
citatis authoribus de dote, cap. 8. n. 79.
Cum ergo mulier nihil promississet vi-
ro in dotem expressè quando matri-
monium cum illo celebravit, sed pater
illam dotavit, hinc legitimè sequitur,
illam, licet divitem, non teneri ad no-
vam dotem marito constituendam, cū
ipsa nullo modo ad aliquid erga ma-
ritum se obligavit: ac proindè cen-
senda est, ac si nupsisset indotata, seu
marito nullam constituisset, aut pro-
misset dotem.

39 Ex his omnibus † manifestè proba-
tur, quod cum Ducissa non se ipsam
dotasset, sed pater pro illa dotem pro-
misset, nullo iure teneri ad solutio-
nem dotis, & usurarum à patre pro-
missarum, nec iustè cum sua dote
posse compensationè fieri, cū ipsa nul-
lo modo ad aliquid erga maritum se
obligasset, nec ei constituisset, aut do-
tem promississet.

40 Et si dicas, quod mulier videtur
constituisse dotem viro suo, quando
pater illam promissit, sicut asserit Fon-
tanel. de pact. claus. 6. glosa 1. part. 1. num.
23, & probatur ex dict. l. 1. C. de iur. dot.
& ita mulierem remanere obligatam:
Respondeo cum Fontan. claus. 6. glos. 1.
part. 4. nu. 41. quod ista constitutio do-
talis à muliere facta viro suo, tantum
operatur, vt consequi mulier possit
omnes effectus favorabiles ad repeten-
dam dotem à marito cum hypotheca,
ibi: *Pro totali intelligentia, & declaratio-
ne huius materiae Constitutionis dotalis est,
quod animadvertas, ac notes, mulierem
censeri dotem constituisse viro suo nedum
quando re vera illam constituit formiter*

post donationem sibi à patre factam, pro vt
hic: sed & quando partes existissent in
sola, & nuda donatione, quam pater filia
fecit, & pro ea eius viro, quam vis enim
aliam constitutionem dotalem filia non fe-
cisset, vel si facta legeretur in instrumento
capitulum, in illo tamen non firmasset.
pro vt non semel vidi, nihilominus consecur
filiam dotem illam constituisse, vt omnia
iura acquireret, qua si re vera eam consti-
tutionem fecisset, pro vt sunt hypotheca in
bonis viro, prioritas temporis, & iuris prio-
ritas, & similia.

Per istam † autem constitutionem
dotis, quam mulier facit viro de dote
à patre promissa, eam illi donando,
pro vt dicit Fontan. moris esse in Ca-
thalaria, mulier ad solutionem dotis
non remanet obligata, sed tantum pon-
itur in capitulis matrimonialibus,
quia ea est multum favorabilis, pro-
ficua, & utilis, nedum marito, cui fit,
sed etiam uxori constituenti, vt docet
idem Fontan. de pact. claus. 6. glos. 1. part.
1. n. 1. & per totā illam partē refert v-
tilitates, quas pro dicta constitutione
dotali mulier, & maritus consequun-
tur, tam ad exigendam dotem à patre,
vel ab alio illam promittente, quam
ad recuperationem ipsius dotis; sed
nullibi dicit, mulierem pro illa con-
stitutione dotis, quam facit viro suo
ad illam solvendam teneri; nec vllus
Doctor hucusque tale dixit.

De usuris † autem dotalibus, quod
cas debeat solvere, qui dotem, & usū-
ras promissit, tenet idem Fontan. loco
cit. num. 19. vbi etiam dicit, quod si ob
retardatam dotis solutionem, conven-
tum inter partes fuisset, non quod cer-
ti fundi fructus interim maritus reci-
peret, & suos faceret, iuxta text. in cap.
Salubriter extra de Usur. Sed imò, quod
certum quid in pecunia interea ei sol-
veretur quotānis, valet illud pactum,
& debet servari, vt accidit in capitu-
lis matrimonialibus Ducissae, in qui-
bus pater promissit dotem, & solvere
quotannis pecuniae quantitatem inte-
rea quod eis solveretur. Itaque iste

28 Speculum veræ Iurisprudentiæ.

Doctor docet, Ducissam propter constitutionem dotis, quam fecit viro suo (etiam si fuissent celebrata iuxta morem Cathalonix) non teneri, neque ad solutionem dotis, nec usurarum, sed illum debere solvere, qui promissit, hoc est, pater Ducissæ.

44 Quibus præmissis, † non obstat argumenta supra in contrarium adducta; non primum deductum *ex lege ex morte, vers. Similique modo, C. de pact. convent.* Nam dicta lex mulieribus favorabilis est, non damnosa, nec illa vult gravare cum obligatione solvendi dotem marito, quam pater pro ea promissit: quin potius illarum favorem respiciens in tempore recuperationis dotis, considerans legislator, quod quando pater, vel mater, sive extraneus pro ea dotem dedit, vel obtulit marito, poterat dubitari; an soluto matrimonio ipsa posset dotem ab alio oblatam repetere, seu exigere cum ipsa non promissit, sed pater, mater, seu quilibet alius marito promissit, cui videbatur actionem tantum competere, ideò dixit: *Si ve pater pro filia, si ve mater, si ve ipsa pro se sui iuris, videlicet constituta, si ve quilibet alius pro ea uxorem ducturo dotem dederit, seu promissit, quoniam, & alio pro eo offerente dotem, ipsa eam pro se, videtur offerre: quod adeò verum est, ut & ipsa ab alio pro se oblatam dotem in lucrum suum reposcat.*

45 Itaque lex † aperte utilitatem mulierum prospexit, ut possent suas dotes exigere, seu repetere propria actione, sine cessione mariti, vel heredum, etiã si fuissent à patre, vel matre, vel ab extraneo promissæ, sicut poterat repetere, cum ipsa pro se sui iuris constituta promississet: & ideò dixit, *ipsa eam pro se videtur offerre.* Ac si brevi manu dotem datam, vel promissam ab extraneo reciperet, vel in sui favorem stipularet, & postea marito daret, vel promitteret, ut expressis verbis in Cathalonia fit, ut supra num. 4. & 5. Et sicut si mulier traderet, vel promitteret dotem marito, posset ipsa proprio iu-

re repetere eam à marito, vel suis heredibus soluto matrimonio: simili modo si extraneus pro muliere promissit dotem, & nondum solvit, potest ipsa propria actione, & iure sine cessione mariti, heredumve suorum petere illam à promittente, ac si ipsa in sui favorem ab illo stipulata fuisset: & hanc stipulationem favore dotis supplet Imperator in hac lege, & ideò dixit: *ut & ipsa ab alio pro se oblatam dotem in lucrum suum reposcat: vbi clarè, & expressè docet mulierem sine cessione ex proprio iure, & directò posse non solutam dotem à promissore reposcere. † Vbi Imperator proptissimè usus fuit illo verbo reposcat, cum meminisset, filium non posse agere contra patrem, nisi præmissa venia: nec contra extraneum, qui illam dotem ex urbanitate, & gratitudine; & ideò dixit, reposcat, quasi diceret, poscat prius extra iudicium, & reposcat in iudicio. † Apud veteres ergo iurisperitos summus circa verborum proprietatem labor fuit, ut dixit Fabius, & refert Duaren. in comment. ff. de pact. l. 4. vers. huius rei: & Calepin in verb. Reposco, dicit Hispanè tornar à demandar, idest, iterum petere: & ita intelligit Cuiatius prædictam legem in rubrica tituli, ibi: *Nec ei (idest patri) supponit actio rei uxoria, cum mulier, pro qua dedit dotem, contraxisse intelligatur, non ipse. Similiter, & glosa, ibi: Si verò extraneus pro muliere dotem dederit: ipsa eam repetere potest: propter rationem legis, quia ipsa eam pro se, videtur offerre.**

46 Minus obstat † secundum argumentum deductum ex sententia Decij in illis verbis: *Quia quando pater dedit, vel promissit dotem pro filia, ipsa videtur dedisse, vel promississe; quia ista verba referuntur ad privilegium concessum mulieribus in dicta lege ex morte, ad recuperandas suas dotes, seu promissas exigendas, ut numero antecedenti expositum extat, & idem dixit Fontanel. claus. 6. glos. 1. part. 4. num. 42. vbi etiam respondet doctrinæ Decij, & sic ele-*

ganter ait. Ratio est, quia pater constituen-
do dotem pro filia censetur à iure, constituif-
se, & promississe ipsam dotē à patre datam
marito, pro vt pulchrè in terminis docet Phi-
lippus Decius in cons. 35. incipienti. Prastā-
tissimè Doctōr, nu. 4. qui id probat per tex-
tum, qui ad litteram id dicit in *Lex morte*,
C. de pact. conuent. in illis verbis: Quoniam,
& alio pro ea offerente dotem, ipsa pro se of-
ferre videtur. Cuius rei rationem Decius red-
dens in citato cons. 35. dicit esse, quia ius
ita disponit in favore filie absentis, &
supplet pro ea secundum legem prædictam,
conducit additator ad Decium in dic. cōf-
35. in illis verbis: Sed certè dic. §. accedit,
loquitur de ipso contractu dotis, vt ex eo
queratur mulieri, etiam si absit, quia ex quo
consensit in matrimonium, satis censetur ac-
ceptare pacta dotalia, de quib. confitit is, qui
vice illius tractant, &c. Per quæ habes, quod
non debes curare in istis materijs, si mulier
fuit quæ dotem constituit, & instramen-
tum capitulorum firmavit, vel pater solus:
Vtroque enim modo iusti mulieri volenti re-
petere dotem, aut aliàs, illa sua remanent om-
nino sua iura, & præseruata.

Inuenio Doctissimū D. D. Alphons.
de Olea de cessione iur. tit. 4. quest. 8. qui ex
num. 35. movet quæstionem, an possit
mulier dotem non exactā à marito so-
luto matrimonio absque vlla eius ces-
sione exigere à promissore? Et ait quod
licet constans, certūque sit, marito
pro dote sibi, vel vxori promissa, pe-
tendi executionem ius esse: tamen non
satis liquet, an soluto matrimonio ma-
ritus ipse, vel eius hæredes dotem non
solutam exigere valeat: & cum distin-
ctioe respondet, vt si ex stipulatio-
ne, & promissione marito facta, mulier
executive agere intendat, non aliter id
efficere possit, quàm si ab heredibus
mariti cessionem habuerit; via tamen
ordinaria, etiam sine cessione rectè age-
re possit. De equitate tamē viā executi-
vā vxori cōpetere, maximè si promif-
sioni iuramentū, vel stipulatio Notarij
accesserit, vt tenent DD. quos refert

In numer. 35. Sententiam Schi-
fordeg. & Fabri retulit tenentes soli

marito, non verò mulieri soluto matri-
monio ius exigendi dotem compete-
re, & reprobantes doctrinam aliorum
DD. tenentium ex Privilegio legis
vnicæ, C. de rei vxor. act. §. accedit. mulie-
ri tantum actionem competere: vt post
Iustineaneam decisionem, dotis non-
dum solutæ exactionem vxori conce-
dant, quin cessionem mariti, vel here-
dum eius indigeat. Quàm sententiam
merito non amplectitur, nam pro ea ni-
hil facit d. §. accedit, vt magistralitèr
textum ponderat. Vndè reiecta opinio-
ne Fabri, & Schifordeg. ait, iuxta iu-
ris regulas soluto matrimonio, non alij
quam marito, cui dos promissa fuit, vel
eius heredibus exigendæ dotis non-
dum solutæ ius esse, mulieremque, vel
eius heredes, non alitèr, quàm cassis
iuribus aduersus promissorem agere
posse.

Ex iusta verò, & rationabili causa
mulier è sine cessione admitteret. Quā
sententiam libentissimè sequeretur, cum
sit admodum venerandi viri, cuius do-
ctrinæ me subijcerem, si nō inuenissem
d. legem ex morte, §. hoc tamen, vers. Simi-
lique modo. Quæ ni fallor expressè mu-
lieri concedit actionem exigendi do-
tem sine cessione mariti, cuius non me-
minerunt Fab. & Schifordeg. nitentes
tantum in d. §. accedit, qui in alio casu
valdè distincto loquitur. Hic magnus
Magister meum dubium videbit, & re-
solvet sua solita eruditione, à qua non
recedam, sed interim Divum Augusti-
num sequor, lib. 3. de Baptismo, cap. 3. sic
me docentem: Nec nos deterret auctori-
tas cuiuscumque Doctōris etiam sublimis,
vt intra illam veritatem non indagemus.
Ego veritatem huius quæstionis inda-
gando inveni dictam l. ex morte: & mi-
ror equidem, quod nec Fontanel. de
pactis, claus. 6. glos. 1. part. 1. ex num. 20.
nec Amato, resol. 13. ex nu. 50. Nec ali-
quis ex innumerabilibus DD. quos re-
fert in hac quæst. investiganda, huius,
l. meminerint.

Dicit etiam hic integerrimus Sena-
tor, num. 40. quod ultra prædicta iura,

& rationes (vt in suam sententiam descendat) quoad illud etiam cum movet alia ratio, scilicet, ne mulieri dotis exactio permittatur citra cessionem incōsulto fortè, & ignorante marito, vel eius heredibus, quibus expedire poterat, ne mulier dotem exigeret, cuius retinendæ iustam causam habebant. Et in hac doctrina recipienda, valdè etiam dubito; nā vt infra, *discurs. 3. n. 4. cum seq.* & 20. *præcipuè, n. 62.* & probabo virtute legis, *vnica, §. taceat, C. de rei vxor. act.* Imperatorem omnem prorsus causam retentionis contra dotem marito prohibuisse; vndè videtur nullā iustā causam habere ad retinendam dotem, & impediendum, quod mulier non exigat suam dotem, etiam ignorante marito, & eius heredibus.

47 Ad tertium argumentum, † respondetur, Doctores locutos fuisse ad inducendam præsumptionem, quando mulier, quæ sine mentione dotis nupsit, intelligatur bona viro in dotem dare: & dicunt esse coniecturam, quando habebat bona à patre, vel alio in testamento relicta, nomine dotis. Tunc enim dicunt præsumi illam dotem in testamento relictam in matrimonio esse constitutam, licet in capitulis matrimonialibus nullam mentionem fecisset, vt potest videri in loco Bosij citato de dote, *cap. 8. num. 101.* qui in titulari sic ait: *Tertia coniectura inducens præsumptionem, quod mulier, quæ sine mentione dotis nupsit, bona viro in dotem dederit, est, quando ea bona à patre, vel alio in testamento relicta nomine dotis.* Sed nemo dixit, quod mulier teneatur solvere dotem marito; sed tantum, quod præsumitur illud dotis legatum viro constituisse, vt sine cessione actionis possit maritus illud petere, & consequi, quāvis mulier sine mentione illius legati dotis nupisset. Ratio est (dicit Bosius) cur in hoc casu dotis relicta mulieri in testamento à patre, vel ab alio præsumatur, quantitas nomine dotis relicta, à muliere data in dote, est, quia in huiusmodi casu cesserit habita quadam relatio ad testamentum

patris, vel alterius, qui dotem legavit. Et inferius concludit: *Quare non solum quando filia, cui pater in testamento dotem reliquit actiones sibi competentes cedit sponso, seu marito, vt petere, & consequi posset, quod sibi dotis causa fuit relicta, intelligitur mulier ea bona relicta dotis nomine dedisse marito; verum etiam, quando filia mortuo patre relicta sibi causa dotis non petit, & nupsit viro, nulla dote expressè promissa, præsumi mulierem bona illa dedisse in dotem.*

Quartum non vrget, † nam locum 48 Fontanellæ tantum probat, necessariam esse firmam mulieris, vt contractus vires recipiat in illis rebus in quibus ipsa se voluit obligare; namper illam firmam (ait) *conferatur adhibitur consensus partium, quo obligati remanent ad observantiam contentorum in instrumento.* Si enim Ducissa se ipsam dotasset, & obligaret ad solutionem dotis, & illam obligationem firmasset, nulli dubium est, per illam firmam obligatam remanere ad observantiam contentorum in instrumento; sed tantum se obligavit ad contrahendum matrimonium, cæterasquè res ad solutionem dotis non pertinentes; & ita non tenetur dotem, nec vsuras solvere, vt satis probatum remanet.

Quintum argumentum † in authoritatibus, *Guzm. & Bos* nitens est spernendum: nam *Guzm.* tractans, quando maritus teneatur restituere vxori, quod habuit ratione evictionis; ait, quod maritus tenetur restituere, quod habuit ratione evictionis dotis: *Quando id quod datur nomine evictionis, maritus ab ipsa muliere recuperat, agendo adversus eam de evictione: ita vt videatur esse in damno: & hoc evenit, quando se ipsam dotavit, iuxta tex. in l. 1. C. de iur. dot. quem supra, num. 22. latè exposuimus.* Quæ ratio non concurrit in nostro casu; quia Ducissa non se ipsam dotavit, sed pater eius.

Authoritas autem Bosij † contra 50 adversam partem, quæ illam attulit manifestè retorquetur: nam Bosius in loco citato contrarium tenuit, scilicet, mu.

mulierem ad nihil teneri, quando pater illam dotavit, vt supra num. 34. ostensum est.

51 Ad sextum argumentum, † respondetur, per illa verba capitulorum matrimonialium, Ducissam non se ipsam dotasse, nec ad dotem tradendam, & vsuras solvendas se obligasse, sed patrem suum, vt ex illis patet.

52 Septimum argum. † ex subscriptione Ducissae deductum, omninò dissolvitur ex doctrina Fontanellae supra relata, num. 46. nam vt ait, in istis capitulis matrimonialibus parum est curandum si mulier fuit, quae dotem constituit, & instrumentum capitulorum firmavit, vel pater solus, quia filia non egit de se ipsam dotando, nec pro dote obligando, sed tantum de matrimonio contrahendo; in qua obligatione non potest dubitari ipsam esse adstrictam.

53 Octavum argum. † omninò dissolvitur cum omnibus supradictis, multotiesque repetitis: nam loquitur quando mulier se ipsam dotavit; nam si non soluit dotem ad vsuras etiam tenetur.

54 A me etiam cōtra praetensam compensationem respondebatur, quod post contractum inter Duces matrimonium, marito fuerūt soluti 115 y. ducati, pro se, & vt patri, legitimòque administratori Domni Ambrosij filij sui primogeniti pro suis alimentis. Et soli Duci fuerunt soluti 100. y. Et si debitor census ostendit tres apochas conformes trium posteriorum annorum, superiorum annorum apochas non tenetur ostendere tex. expressus in l. quicumque, C. de Apoch. publi. lib. 10. Parlad. veru. quotidi. cap. fin. 5. part. 8. 11. n. 33. Avend. de cens. cap. 98. num. 14. Felici. de cens. 2. part. lib. 3. cap. fin. num. 5. vers. Sed an probatis, Cancr. vari. lib. 1. cap. 14. nu. 71. Et idèd praesumebatur solutae illae pensiones census superiorum annorum, & cum illis non poterat fieri compensatio cum dote.

DISCVRSVS III.

De compensationibus.

SVMMARIVM.

1. **O**bjectio ponitur, quae dedit causa dubitandi.
2. Imperator Iustinianus laudatur.
3. *Litera text. leg. fin. C. de compensa-
tionib. refertur.*
4. *Compensatio an opponi possit contra
mulierem agentem pro dote.*
5. *Compensatio non admittitur contra do-
tem, etiam si debitum sit liquidum, &
num. 25.*
6. *Compensatio non admittitur contra
depositum, & num. 15.*
7. *Dos, & Fiscus à pari procedunt.*
8. *Compensans quasi soluendo alterius
debitum perimit.*
9. *Retentio facta à marito, quae est prohi-
bita, non extenditur ad compensatio-
nem, sed contrarium verius, vt num.
2. & seq.*
10. *Ex diversis non solet fieri bona illa-
tio*
11. *Maritus non potest retinere res dota-
les pro debito; nec pro expensis in re-
bus dotalibus factis, num. 35.*
12. *Compensationem maritus obijcere po-
test.*
13. *Contrarium aliqui tenent.*
16. *Compensationem in dote admittit
Petrus Barb.*
17. *Contrarium tenet Author ex Iafone,
& alijs cum num. seqq.*
25. *Solutio dotis in Cathalonia debet fe-
ri pecunia, auro, vel argento.*
26. *Compensatio illiquida non admittitur
contra dorem.*
27. *Compensatio dotis cum redditibus cen-
sus dotalis non potest admitti remis-
si vè.*
28. *Compensatio, vt admittatur debet
respicere causa ex qua compensatur li-
quida sit, & non quantitas.*
29. *Indaginem altiore perunt, quae libri
aper.*

- aperis statim terminari non possunt.
Compensatio, & si sit admittenda, si non est liquida, & ampliorem exposcit indagationem alij iudicio est reservanda.
30. Actio hypothecaria realis, & mixta per 30. annos in Castella Regno præscribitur.
31. Iudex ex officio debet repellere actiones præscriptas, etiam si à parte non fuerit præscriptio opposita.
32. Maritus si tempore sui matrimonij non petierit vsuras dotales, illas donasse intelligitur.
33. Argum. 1. in contrarium opposita respondentetur.
34. Argum. 2. respondentetur.
35. Retentio non conceditur marito pro expensis necessarijs in rebus dotalibus factis.
36. Similium eadem est disciplina.
37. Questio 2. proponitur.
38. Questionis 1. pars alio loco remittitur.
39. Maritus, si tempore sui contracti matrimonij vsuras dotales non petierit præsumitur illas donasse, & remisisse.
40. Probatur autoritate Doctorum.
41. Surdi sententia afferatur qua comprobatur.
42. Dilema fit, quo probatur Ducissam nõ teneri viro suo pro vsuris dotalibus.
43. Probatur etiam decisione Senatus Cathalonie.
44. Vsura dotales non intelliguntur remissa, quando filij ex matrimonio remanserunt, sed contrarium probatur autoritate Fontanelle.
45. Fontanella anceps fuit in resolutione huius questionis, & eam resolvere non fuit ausus.
46. Doctrina Amati, & Vrceoli respondentur.
47. Vsura dotales an debeantur, quando matrimonium morte mariti dissolvitur.
48. Vsura dotales ve intelligantur remissa, requiritur mors mariti, & tempus decem, vel viginti annorum: sed contrarium est veritas.
49. Vsura non intelliguntur remissa à marito, quando eas constante matrimonio non petierit, si fuerunt promissa à patre, matre, vel extraneo; secus vero si fuerunt promissa ab vxore se ipsam durante.
50. Limitatur si aliquo iudicio constaret de contraria voluntate mariti.
Laudatur Dux Cardona, eiusque Ext. domus.
51. Censur dotalis redditus intelliguntur remissi, si à marito non fuerunt petiti tempore constantis matrimonij ad similitudinem vsurarum.
52. Causa finalis dicitur principium intentionis, & qua animum, & intentionem disponentis movet.
53. Compensatio fit ipso iure vbi agitur de evitanda vsura, pœna, vel interesse propter moram, etiam si non fuerit in tempore opposita, & post tempus deducta, retrotrahitur, sed intellige, ve in numer. 56. & 57. explicatur.
54. Limitatur quando compensatio non est liquida.
55. Compensatio non admittitur contra dotem.
56. Compensatio an fiat ipso iure, discutitur, & an à parte sit opponenda, & certius est quod debet opponi à parte, & à die quo fuit opposita, & non ante.
57. Compensatio, qua fit ipso iure, quando agitur de evitanda vsura, intelligitur de vsuris odiosis, sed non in favorabilibus, qua debentur ex causa onerosa.
58. Dotis solutio facta post turbationes factas non impedit tenentiam constitutionis Hac nostra, & multò minus compensatio.
59. Solvere debitam non potest extraneus contra creditoris voluntatē, si hæc solutio in damnum creditoris cedit.
60. Compensatio est odiosa, & stricti iuris, & debet restringi, & non ampliari.
61. Compensationem licet maritus possit opponere ex aliquorum doctrina, creditor vero mariti non potest.

62. Compensationes, & retentiones contra dotem omninò sunt reiicienda.
63. Verboſitas eſt repellenda.
64. Retentio non debet admitti, quando alio auxilio à legibus introducto intentans illam poteſt invari.
65. Retentio non conceditur ob res donatas, cum ſit donatori facultas per aliã actionem ſuo iure mederi.
66. Retentio non conceditur ob res amotas à muliere.
67. Retentio contra dotem non datur, ob liberos ſuperſtites.
68. Retentio contra dotem non datur ob culpam mariti.
69. Retentio contra dotem marito non datur ob impenſas etiam neceſſarias in res dotis factas.
70. Retentio contra dotem omninò exploſa eſt à iure.
71. Exceptiones compensationis, & aliæ, quæ altiorem indaginem petunt non ſunt admittende in iudicio ſummariſſimo, retinendæ, ſed aliò iudicio referenda ex doctrina Ramon.
72. Sententia Ferrer referatur.
73. Compensatio dotis, & diſſimilitudo arrharum, & eſcreix deficiunt in hac lite, & ideò pro illis tenuta eſt concedenda, etiam pro vno denario.
74. Sententia, quæ in cauſa fundatur ceſſat ceſſante cauſa.
75. Sententia, quæ variatur non eſt reprehendiſſibilis.
76. Compensatio dotis cum fructibus dotalibus ad virum ſpectantibus non eſt admittenda.

An maritus, vel creditor mariti poſſint opponere compenſationem contra dotem mulieris, & à quo tempore: & an retrahatur, & cenſeatur facta ipſo iure, etiam ſi non fuerit oppoſita.

Fuit oppoſitum † quod: Soluta, & ſatiſfacta remanſit in dote duo decem mille nummorum, conſiſtente in iocalibus, veſtibus, & ſuppelleſtilibus domus æſtima-

ta. Non obſtante, quod in præſenti caſu nõ verſemur in ſolutione, & reſtitutione dotis, ſed in compensatione, quæ in dote admittenda non eſt: Quia verius eſt, compensationem opponi poſſe mulieri agenti ad recuperationem ſui dotis, inquam cauſam durioſam, & grauiorem cenſetur facta compensatio quæ vim ſolutionis obtinet, & ſicuti ſolutio in durioſam, & grauiorem cauſam factam cenſetur: ita etiam compensatio in grauiorem, & durioſam cauſam ſemper fieri debet. Et cauſa grauior, & durior eſt, vbi agitur de evitanda uſura, pœna, vel intereſſe. Quia licet compensatio regularitèr non fiat ipſo iure, niſi à parte opponatur, & ab eo die dantur taxat, quo opponitur: tamen vbi agitur de evitanda uſura, pœna, vel intereſſe propter moram, vt in noſtro caſu, fit ipſo iure compensatio, etiam ſi non fuerit in tempore oppoſita, & poſt tempus deducta retrahatur.

§. 1. Hic diſcurſus cauſam præbet plurimas exagitandi quæſtiones, & ſit prima: an contra mulierem agentem ad recuperationem ſuæ dotis compensatio opponi poſſit?

§. 2. Secunda: an compensatio uſurarum dotalium, ſeu reddituum census dotalis contra ipſam dotem poſſit opponi: Et ſi maritus conſtante matrimonio non illas petierit, cenſeantur remiſiſæ?

§. 3. Tertia: an compensatio fiat ipſo iure, à iudicè que fieri poſſit, etiam ſi non fuerit in tempore oppoſita: & ſi poſt tempus fuerit in iudicio deducta, an retrahatur?

§. 4. Quarta: an extraneus mariti creditor poſſit opponere compensationem contra dotem in illius recuperatione?

§. I.

AN CONTRA MULIEREM agentem ad recuperationem ſuæ dotis compensatio opponi poſſit?

Antequam † ad diſcuſionem harum quæſtionũ accedamus, opo-

re pretium duxi, in contrapositionem verborum adversantium alia efficaciora, maximæque autoritas in medium afferre, quæ quasi stella Magorum ad portum securitatis nos perducere valeant: & licet autoritatibus Doctorum etiam fruamur, non enim illis utemur, quia simpliciter sunt necessaria, sed tantum secundum quid, ad probationem, & exornationem materiæ: nam Magnus Magister, qui illa protulit, doctrinis eorum, nec Senatum decisionibus indiget, quia à suo iustitiæ fonte omnes illam exauriuit: habuit potestatem leges condendi: & videtur nihil Doctoribus voluisse relinquere disputandum. Is inquam Imperator Iustinianus est, in l. fin. C. de compensat. qui sic profert, quasi se ipsum in eloquentia, atque mirabili sententia literis aureis scribenda præcellendo.

Compensationes tamen ex omnibus actionibus ipso iure fieri sancimus, nulla differentia in rem, vel personalibus actionibus inger se observanda. Ita tamen compensationes obijci iubemus, si causa ex qua compensatur, liquida sit, & non multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilem exitum sui præstare. Satis enim miserabile est post multa fortè, variaque certamina cum res iam fuerit approbata, tunc ex altera parte, qua iam penè convicta est apponi compensationem, iam certo, & indubitato debito, & moratorijs ambagibus spe condemnationis excludi. Hoc itaque iudices observent, & non procliviores ad admittendas compensationes existant, nec mole animo eas suscipiant; sed iure stricto utentes, si in venerint eas maiorem, & ampliorem exposcere indagacionem, eas alij iudicio reservent: litem autem pristinam iam penè expeditam sententia terminabili componant: excepta actione depositi secundum nostram sanctionem, in qua nequè compensationi locum esse disposuimus. Possessionem autem alienam perperam occupantibus compensatio non datur. Attende quæso ad hanc legem, quam ad nostram causam videtur condidisse, ut illam per singulas partes ponderabo.

Ad primam ergo quæstionem deveniendo tamen scilicet: *An contra mulierem agentem pro recuperatione suæ dotis compensatio opponi possit.* pro parte negativa sic videtur dicendum. Primò, si maritus dicat se velle retinere res dotales, donec ei satisfiat de debito, hodie non non audietur, l. unica, §. taceat. C. de rei vxor actione. Vbi aperte probatur, quod maritus non potest retinere res dotales eo prætextu, quod mulieraliquid ei debeat: per quem textum glos. in l. 1. verb. Semper ad finem. ff. de iur. doti. cõcludit; quod licet regulariter de debito liquido ad liquidum admittatur compensatio legis fin. C. de compensat. tamen speciale est favore dotis, ne de debito liquido ad res dotales admittatur compensatio, & ita etiam tenet, glossa legis, si filios familias 26. in princ. verb. Præstandum in fine. C. eodem extollit Baptista de Sancto Blasio de Privileg. dotali. cent. 1. num. 54. & defendit Romanus in l. rei indicat. §. 1. nu. 8. ff. de iur. doti.

Secundò, probatur tamen certum est favore depositi non admitti compensationem, l. penultima in fin. C. de compensation. ibi: *Excepta actione depositi secundum nostram sanctionem, in qua nequè compensationi locum esse disposuimus, §. in bona fidei. instit. de actioni.* Ergo nequè admittenda est in causa dotis, quæ favorabilior censetur, quàm causa depositi. Et quod sit dos magis privilegiata, quàm depositum, eoque favorabilior probatur, tamen quia dos, & Fiscus à pari procedunt, iuxta notata cum multis privilegijs dotis à Petro Barb. in l. 1. ff. soluto matrimonio, 1. part. Andreol. contra vers. 9. num. 14. & non solum quoad se, sed quoad alios, nu. 24. Et ita pro his fundamentis tenuerunt plurimi relat. à Petro Barb. in l. divorcio 8. §. ob donationes. ff. soluto matrim. num. 1. 2. & 3.

Pro contraria tamen parte, scilicet, compensationem opponi posse, sic insurgo. Primò, nam qui compensat, quasi soluendo, alterius debitum perimit. l. debitum 4. ff. qui potiores in pignore

ve habeantur; sed soluendo dotem maritus, debitum perimit. ergo compensatio debet admitti contra dotem, cum loco solutionis habeatur.

- 9 Secundò probatur, † ex sententia glosæ marginalis in *l. diuortio* §. ob donationes, verb. Compensationes, ff. soluto matrim. quæ asserit, quod *dic. l. unica*, §. taceat. C. de rei uxoris actione, loquens in retentione, quam non potest facere maritus de rebus dotalibus eo prætextu, quod aliquid ei debeat, non potest extendi ad compensationem, quæ prohibita non invenitur, † & ex diversis non solet fieri bona illatio, *l. vltim. in fin.* & ibi Bart. ff. de calumniatoribus, *l. inter stipulantem*, §. Sacram. ff. de ver. obligation. ibi: Sed hæc dissimilia sunt, Stephan. Grat. discept. foren. tom. 3. cap. 516. num. 6. & cap. 524. nu. 58. Et quod hodie possit obijci compensatio de debito liquido ad res dotales, consistentes in quantitate sentit, glos. in *dic. §. ob donationes*, & in *dic. §. taceat*, & *l. nequæ*, C. de compensat. *l. si constante*, §. si vxor, ff. soluto matrim. & ibi Alexander, num. 3. vers. In eadem glos. & plurimi relati à Petro Barb. in *dic. §. ob donationes*, num. 2. propè finem; † qui omnes tenent, quod si maritus dicat se velle retinere res dotales, donec ei satisfiat de debito, hodie non audietur, ex *dic. §. taceat*.
- 10 † Si autem dicat se obijcere compensationem de debito ad debitum dotale, audiendus est; quia non invenitur prohibitum in causa dotis obijci compensationem, vt tenet Angelus in *l. rei iudicatæ*, §. 1. num. 1. ff. solut. matrim.
- 11 Hanc autem resolutionem † impugnant Iason. in *dic. l. diuortio*, §. ob donationes, num. 4. ad finem, Duarenus in *dic. §. ob donationes*, & verius putat Novel. de dote, 8. part. privileg. 1. colum. 2. Carond. lib. 2. verisimilium cap. 10. Anton. Costanus de dote, cap. 7. num. 16. qui tenent, quod non potest hodie admitti compensatio. Moventurque ex iuridica ratione, quia *dic. §. taceat* generalitèr prohibet in dote retentionem prætextu debiti: ergo comprehendit etiam

compensationem, cum & qui compensat retineat, iuxta *legem 4. ff. de compensat.*

Probant etiam suam sententiam, † & impugnationem, nam *dic. §. taceat*. Videtur comprehendere leges, quæ loquuntur de compensatione: ergo per *dic. §. taceat*, compensatio est prohibita.

Vltèrius probant † cum *d. l. penulti. C. de positi. l. fin. C. de compensat.* Vbi favore depositi non admittitur compensatio; & cum causa dotis favorabilior sit, quam causa depositi, vt supra probavi num. 6. & 7. ergo indote non admittitur compensatio.

Sed his minimè obstantibus † Petr. Barb. in *dic. l. diuortio* §. ob donationes, nu. 3. propè finem, contrariam tenet sententiam, videlicet compensationem in dote admittendam esse, & eam communem dicit, & sic probat; quia Iustinianus in *§. in bonæ fidei insit. de action. admittit compensationem in omnibus contractibus bonæ fidei, & solum excipit depositum; & cum in §. fuerat præcedenti, Imperator dotem inter contractus bonæ fidei cõnumerasset, & solum excepisset depositum, inde inter, etiam in causa dotis esse compensationem admittendam, & nu. 4. tradit differentiam supra relatam, inter retentionem, & compensationem, tenens retentionem rerum dotalium non esse admittendam; quia est prohibita in *d. §. taceat*, compensationem autem posse fieri: ibique differentiam lato calamo reddit. Et cum hæc quæstio valdè sit anceps, & dubia, Senatus Cathalonix alij iudicio reservare debuit, vt iubet Iustinianus.*

Sed salva tantè viro pace, ego sententiæ Petri Barb. non assentio, securioremque, ac veriore sequor, quam tenet Iason, & cæteri supra citati; scilicet compensationem contra dotem non admitti. Et ultra motiva & fundamenta supra allata, in quib⁹ fundamentalitèr nititur pondero textum in *d. l. fin. C. de compens. in illis verbis. Hoc itaq;*

36 Speculum veræ Jurisprudentiæ

Iudices observent, & non procliviores ad admittendas compensationes existant, nec molli animo eas suscipiant; sed iure stricto
 18 **venientes.** Ex quibus probatur, † compensationes stricti iuris esse, & non molli animo ampliandas, sed restringendas; cum ergo in d. §. taceat, sit exclusa retentio dotis prætextu alicuius crediti, & etiam cōmunitè Doctores teneant, in retentione compensationem contineri, esseque comprehensam in d. §. taceat. Et † cum compensatio stricti iuris sit, debeatquè restringi, & non ampliari: dos autem sit favorabilis, & amplianda, rationem non invenio, quæ meam mentem convincat ad credendum, & tenendum contrariam opinionem; quæ mihi equidem nō placet.

20 **Quoadiuvatur ulterius:** † nam differentia, in qua Petrus Barb. suam opinionem fundat, inter retentionem, & compensationem, dicens: *Atque ita tota vis consistit in modo proponendi: nam si maritus dicat, se velle retinere res dotales, donec ei satisfiat de debito, non audietur, ex dic. §. taceat. Si autem dicat, se obycere compensationem de debito ad debitum dotale, audiendus est.* Mihi displicet; nam hic modus, & vis proponendi, in verbis consistit: & animus, & factum mariti est, non restituere mulieri bona dotalia; & nihil inter est suffragio quis voluntatem suam declarat, an rebus suis, vel factis, l. de quibus, ff. deleg. Quid ergo in proposito interest, quod maritus dicat se velle compensare, vel se velle retinere res dotales, donec ei satisfiat de debito, suam voluntatem verbis declarando, vel facto retinendo, cum idem sit iudicium? Et sic compensatio, & retentio idem sunt.

21 **Teste Pascha.** † de virib. patria potestatis, part. 3. cap. 9. num. 41. qui agens de retentione tutoris pro creditis tutelaribus, retentionem, & compensationem promiscuè connectit, & sic ait. *Pro harum oppinionum concordia animadvertendum est, quod aut agitur de restitutione pecuniæ in inventario descriptæ, & sine dubio præcedit prima opinio: nam pecu-*

nia recipit functionem in genere suo, & pro inde cum in redditione rationum esse possit, quod tutor remaneat creditor, omni iure convenit, quod prius discutiantur rationes sue administrationis, nam si illis discussis remanet creditor datur retentio, seu compensatio vnius quantitatis cum alia, præsertim quando tutor infra breve tempus offerat suas rationes liquidare: aut agitur de restitutione bonorum in inventario descriptorum, & in his procedit secunda opinio, quod non est spectandus exitus redditionis rationis totius administrationis, sed ea statim restitui debent, nam etiam si tutor remaneret creditor, non posse ea retinere, neque suum creditum cum illis compensare, quia de quantitate ad speciem non datur compensatio.

Idem restatur, de eadem materia 22
 agens Negus. de pign. memb. 1. part. 5. n. 47. vers. *Ex quo etiam, ibi: Ex quo etiam inferitur quod cum debitum dictæ tutelæ non sit liquidum, sed incertum donec tutela ratio integre non sit revisa, quod pro ea non debet dari retentio, quæ est quædam compensatio: compensatio autem de illiquido ad liquidum non admittitur.* Idem tenet Cujac. in l. vnic. §. taceat, C. de rei vxor. act. in princ.

23 **Contra matrem nutricem filiorum,** quæ per transitum ad secundas nuptias, tutelaque finita, petebat suam dotem filijs suis heredibus patris, & ab illis retentio dotis prætendebatur ob rationes tutelæ nō reditas; in Senatu Neapolit. fuit decisum retentionem, seu compensationem filijs non competere, refert Carol. de Tapia, decis. 42. per totam: Ergo retentio, & compensatio pari passu ambulant, & quod dicitur de retentione, prædicatur etiam de compensatione: † nam compensatio, & retentio eisdem regulis reguntur Vrceol: consult foren. cap. 89. num. 24 tom. 2.

24 **Predicam doctrinam † nostro casu** applicemus: & quæso vt attendas, quod Ducissa de Frias retinet bona, Iurisdictiones, & Dignitates Ducatus, omnibusque redditibus, & provēibus fruitur, quia detentat; & nullum creditum

Contra dotem, nec Maioratum habet, & ita compensationem nomine proprio non obijcit; sed nomine Ducis sui mariti, cuius non est hæres; excipit sine exceptione: Quomodo ergo potest dici hanc esse compensationem admittendam; cum propriam, ac violentam retentionem, quæ nec marito erat permissa, obijciat.

25 Omnia dicta præcipuè locum habent in Cathalonia, vbi dos, nec sponsalium solui possunt in alia specie, seu bonis, etiam si à vidua, vel heredibus possideantur, nisi præcisè in pecunia, auro, vel argento, vt docet Font. de pact. claus. 7. glos. 3. nu. 25. & 26. quod omninò compensationem excludit: & nullibi invenitur in operibus Font. Ferr. cæterorumque Doctorum istius Provinciae, qui dictas suas constitutiones exposuere (provt ego cum diligenti cura quæsi) quòd sit dubitatum; an compensatio in dote, & sponsalium admittenda sit, & si aliquo tempore hoc accidisset, vel dubitatum fuisset, credendum est, istos Doctores tradidisse: Ex quo infero, compensationem in dote nunquam fuisse admissam, nec esse admittendam, sed præcisè esse solvendam in pecunia, auro, vel argento, vt refert Fontan.

26 Quando dico, compensationem contra dotem non admitti, intelligo, etiam si debitum, cum quo compensatur, liquidum sit propter privilegium dotis, nam si non est liquidum ex hac etiam ratione in dicta leg. fin. C. de compensationibus reijcitur, ibi: Ita tamen compensationes obijci iuvemus, si causa ex qua compensatur, liquida sit, & non multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilem exitum sui præstare. Et hanc compensationem illiquidam, multisque ambagibus innodatam non esse admittendam ratione illiquiditatis, ex sequentibus apparebit

27 Primò, compensatio dotis fuit facta, cum viginti quinque mille ducatis, ex retribus census dotalis debitis, & in factis, & in iure incerta est, & non po-

test admitti, vt probavi supra in discurs. 2. per totum. Et quòd non esset tam certum, ac indubitandum, saltem est dubium: & Imperator in dicta l. fin. C. de compensationibus dixit: Si causa ex qua compensatur liquida sit, & non multis ambagibus innodata; & in hac lite dubitari non potest, quòd causa, ex qua dos compensatur non est liquida; sed multis ambagibus innodata, licet quantitas 25. y. ducatorum liquida sit, nam non debet attendi ad quantitatem; sed ad causam ex qua compensatur, quæ debet esse liquida: aliàs iudices facilem exitum sui non poterunt præstare, vt Imperator animadversit: nam omnia quæ continentur supra in primò discurs. altiore petunt indaginem; & 29 & libris apertis statim terminari non potest quæstio, cum multas habeat difficultates, & ideò dicitur requirere altam indaginem, tam facti, quam iuris; vt docet Argelo de legit. contradiet. q. 2. artic. 6. num. 188. optimè D. Salga. de Reg. protect. p. 2. c. 18. n. 62. in quo casu iubet Imperator in dicta l. fin. ibi: Sed in re stricto viuentes, si in venerint eas maiorem, & ampliolem exposcere indaginem, eas quidem alij iudicio referrent: Lit. m. autem pristinam iam penè expeditam sententia terminabili componant. Itaque debet ad aliud iudicium compensatio remitti, etiam si in dote posset locum habere, ex eo quòd non esset liquida, & ampliolem exposceret indaginem, ita Ioseph. Vrecolius consulte forens. tom. 2. cap. 61. num. 34. in fine cum plurimis relatis.

Secundò, pro Ducissa contra prædictum creditum vsurarum, seu census dotalis pensionum est allegata præscriptio, cum sint transacti plusquam quadraginta anni, & in Castella vbi erant debitores, & bona censui hypothecata, per triginta annos præscribitur actio personalis, & realis, etiam cum hypotheca: & actio executiva per decennium iuxta l. 6. tit. 15. lib. 4. recopil. & ibi DD. ibi: Pero en donde en la obligacion ay hipoteca, è donde la obligacion es mixta

ea, personal, y real se prescriuva por treinta años: y el derecho de executar por obligacion se prescriuva por diez años; Ergo causa ex qua compensatur, non est liquida, sed multis ambagibus innodata.

31 Tertiò † ista præscriptio constabat in ipso processu ex capitulis matrimonialibus celebratis anno 1630. ex quo usuræ, vel redditus census ceperunt currere, vsque ad annum 1635. & cum iam dictæ pensiones, & actio quæ pro illis competeat, per præscriptionem essent extinctæ, Iudex ex officio debet illas repellere, etiam si à parte non fuisset præscriptio opposita, vt tenent Panormit. in cap. ad aures de præscript. Bald. de præscrip. 1. part. quæst. 8. Parlad. rer. quotidian. lib. 1. cap. 1. §. 1. n. 8. Cæter. variar. lib. 3. cap. 18. num. 27. Fontan. decif. 216. num. 12.

32 Quartò, † si maritus tempore sui matrimonij non petiuit vsuras dotales, illas donasse intelligitur, vt latè infra, ex num. 37. pate fiet. Ex quibus omnibus, & alijs inferiùs dicendis apparet istam compensationem contra dotem, non esse admitendam, nec faciendam.

33 Nunc restat, † vt argumenta supra in contrarium adducta, ex n. 10. diluamus. Ad primum extractum, ex l. debitum 4. ff. qui potior. in pign. habeantur Ex quo deducitur, qui compensat, quasi solvendo alterius debitum perimit: respondeo, illud verbum, quasi satis manifestè probare, non esse veram, & realem solutionem, sed imaginariam, & fictam: & ad solvendam dotem, præsertim in Cathalonia, non alia solutio, nec compensatio admittitur quam pecuniæ, auri, vel argenti, vt supra n. 24.

34 Ad Secundum ex glos. in l. diuortio 8. §. ob donationes, verb. Compensatio, ff. solut. matri. respondetur illam esse glossam marginalem parvam, & non probat: glossa autem magna contrarium tenet, & dicit in dict. §. ob donationes non interfuisse dotem; sed in §. taceat, legis vnica, C. de rei vxor. act. ibi: Fuit doti, cui fa vor exhibetur. Itaque clarè tenet contra dotem, quia est favorabilis

compensationem nõ posse opponi. Ad ipsummet argumentum fundatum, in l. si constante, §. si vxor. ff. solut. matri. respondet glossa in verb. Fieri, quod hodie contra dotem nõ admittitur compensatio secundū Azon. in l. vnica, C. de rei vxor. act. & hæc est vera resolutio.

Imò † ob privilegium dotis, nec re- 35 tentio illius pro expensis necessarijs in rebus dotalibus factis marito conceditur; sed tantumdem de dote diminitur, quantum expensum est. dict. §. taceat. similique modo, nec compensatio admittenda est: † nam similitum eadem disciplina est, text. in princip. inst. 36 quod cum eo.

§. II.

Secunda † quæstio est: An compen- 37 satio vsurarum dotalium, seu reddituum census dotalis contra ipsam dotem possit opponi, & si constante matrimonio eas maritus non petierit, censeantur remissæ.

Prima pars † huius quæstionis iam 38 supra disputata est, & ex fundamentis, & doctrinis ibi adductis tenendum censui, compensationem vsurarum dotalium, seu reddituum census dotalis, contra mulierem dotem repetentem, opponi non posse, propter privilegium doti concessum.

Nunc ergo dubitatur, an si maritus 39 constante matrimonio vsuras dotales non petierit; intelligantur remissæ. Hanc quæstionem latissimè disputavit Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. ex num. 39. & in num. 90. Doctores refert, qui negativam sententiam tenuere, cui te remitto. Sed in prima parte plurimos, maximæque authoritatis enumerat, qui constanter defendunt, ac tenent affirmativam, videlicet, si maritus tempore sui contracti matrimonij vsuras dotales non petierit, præsumitur illas donasse, & remisisse, & soluto matrimonio is, vel hæres eius petere illas non posse. Ita probat text. expres. in l. vir vsuras, ff. de donat. inter vir. & vxor. ibi: Vir vsuras premissæ dotis in stipulatum deduxerat, easque non pe-

erat, cum per omne tempus matrimonij sumptibus suis uxorem, & eius familiam vir exhiberet, dote prelegata, sed & donationibus verbis fideicommissi confirmatis, legato quidem dotis usuras non contineri videbatur, sed titulo donationis remissas. Hanc legem doctè interpretatur. Leotard, de usur. quest. 92. ex num. 20.

40 Confirmatur ꝑ secundò, doctrina Iasonis in §. fuerat, nu. 20. vers. Et prædicta omnia inst. de act. Vbi loquens de his usuris tempore matrimonij non petitis, & asserens, soluto matrimonio, peti non posse, sic ait: Quod hæc limitatio est singularissima, & supra omnium existimationem, & litteris aureis scribenda, quia quotidiana, & multum utilis, & Surd. cum Marfill. dixit, continere casum valdè singularium.

41 Pro vna, & altera parte ꝑ longè discutit Surdus istam quæstionem, & tandem Doctores concordando, num. 117. istam distinctionem adhibet: aut mulier se ipsam dotavit, & usuras dotales marito promissit; aut socer, vel extraneus; in primò casu censetur maritus illas remisisse, mulieriq; donasse propter mutuū amorè, & affectionè: in 2. verò casu non, quia in illo non presumitur donatio; sic ait. Respondent quariò, quod textus ille (id est, vir usuras) loquitur in usuris debitis per uxorem, qua dotem promisserat. Stante autem mutua affectione, facile inter eos presumitur donatio, l. donatio, ff. de donat. inter vir. & vxor. At secus est, quando dos debetur à socio, vel alio, in quo non ita cadit coniectura donationis: Et citat Alexan. Bero. Ruin. Nat. & Rolan. idem tenet Vrceol. consult. 15. num. 56. & 58. cum plurimis ab eo relatis: Imò dicit, post mortem viri talis donationis præsumptionem confirmari. Et Ruginell. præct. quest. cap. 14. nu. 17. Et Posth. de manut. resolut. 21. num. 9. & seqq. dixerunt, quod etiam si à marito petitz, & non exactæ fuissent, nihilominus remissæ, & condonatz intelligantur. Leotar. de usur. q. 92. n. 8.

42 Istam ergo doctrinam ꝑ casui nostro adaptando, sic attentè considera:

aut Ducissa se ipsam dotavit, & promissit dotem viro suo cum usuris, pro illisque fuit ei obligata: aut dos, & usuræ debentur à socio: si Ducissa se ipsam dotavit: ergo usuræ censentur remissæ, à maritoque donatz, propter mutuam affectionem inter illos præsumptam: aut socer dotavit, usuræque promissit (vt est certum) & tunc non intelligetur remissæ, nec donatz; sed filia pro patre nō tenebitur, titul. C. ne filius pro patr. Ergo neutro casu potest filia, pro usuris dotalib; cōdemnari, pro eisque compensatio fieri: cum causa ex qua compensatur liquida saltem non sit, sed multis ambagibus, & difficultatibus innodata, quod Imperator prohibuit.

43 Probatum teriò ꝑ autoritate, & expressa decisione Senatus Cathaloniz, quam affert Fontanel de pact. nup. claus. 6. glos. 2. part. 6. num. 28. ibi: Petebat enim post mortem patris inter usuriam dotis matris, qua non fuerat illi soluta in vias sed fuit dictum, quod quia maritus in vita usuras prædictas non petierat, idèd censentur remisse, & per consequens fuit agenti silentium impositum: Ergo non debentur, cum intelligantur remissæ.

44 Sed hæc regula ꝑ limitanda videatur, quando filij ex matrimonio remanserunt, vti docent Amato resolut. 83. n. 6. Vrceolus consult. 15. num. 60. & tandem Fontanel. supra num. 32. sic ait: Limitatur etiam, secundum Ioannem Bapt. Lup. in tractatu de usuris comment. 1. §. 4. num. 83. si supersunt filij: eorum enim favore (inquit) sit ne usuræ censentur remissæ; nec lex vir usuras habet locum ex l. si vnquam, C. de re vocan. donat. atque ita dicit dec. sum. in Rot. Florent. existentiana filiorum ad faciendum cessare hanc præsumptionem donationis & remissionis, in isto casu considerat Alvar. Velasc. consult. 84. circa finem. Ad hæc nescio an fuerit animaduersum in illa Don Hieronymi Vila de qua supra super vivebat enim filius, & nihilominus fuit, vt vidisti, declaratum pro remissione usurarum, sed cum nihil de hoc fuerit factum moti vnum, credi-

derim potius, quod non fuit ad id animadvertendum, quam quod spreta hac doctrina processerit declaratio, Idem dico de decis. Vi. 428. adduxi etiam supra: ibi filius erat etiam, qui petebat usuras de tempore consensu matrimonij, & tamen fuit repulsus. Magna est hæc limitatio per quam magnæ vitarentur amaritudines in hac materia; tu ipse vide.

45 Hic ergo vides, ꝛ istum Doctorem quæstionem in dubium revocasse, Senatûmque in favorem remissionis usurarum decisisse, etiam si superviveret filius, qui has usuras repetere volebat, & tandem amaritudines in ea Fontanella gustando, resolvere non fuit ausus, te que ipsum videre rogavit.

46 Nec obest doctrina Amati ꝛ in nu. 44. citati: qui loquitur de usuris, post mortem mulieris decursis, sed non ante mortem. Vrcolum verò iam vidisti supra num. 41. meam sententiam tenentem: qui nu. 60. limitat prædictam conclusionem, ubi super essent filij; & reddit rationem, propter amorem, qui magis presumitur erga filios, quam erga uxorem. Sed hæc ratio non vrget, nam aut vir supervivit uxori, aut mulier supervivit viro: in primò casu Senatus Cathalonix sprevit, vel parum stimavit, an superesset filius, ut vidisti in sua decisione: in secundò tenet idem Vrcolum cum Ioann. Bapt. Toro, quod pariter in uxoris superstitis beneficium, & favorem, propter mutuum affectum, & amorem conjugum intelliguntur usuræ remissæ, hoc est quando mulier se ipsam dotavit, & idem tenet Leotard. de usur. quest. 92. num. 8.

47 Fontanell. loco proximè citato ꝛ hunc secundum casum proposuit, scilicet, quando dissolvitur matrimonium morte mariti, an præsumantur usuræ remissæ, & num. 33. sic ait: An autem idem sit, quando finitur quidem, & dissolvitur matrimonium non per mortem viri, in quo casu hucusque locuti fuimus: Sed imò per mortem ipsius uxoris an habeat locum dicta lex vir usuras, ne possit maritus pe-

tere usuras dotales. Hanc quæstionem tractat, & disputat late Alvarus Velasco consult. 84. per totam, quam resolvit in favorem mariti, utpote quia existimat secundum casum illius legis, quem optimè præ oculis ponit istum nostrum non comprehendit sub illo. Addit in fine, quod hæc explicatio, & restrictio ad l. vir usuras nonnullis iudicibus placuit, & tandem Font. suam non protulit sententiam. Has duas quæstiones à Fontanell. non decisas resolvit Leotar. de usur. d. quest. 92. num. 22. 26. 29. & 30. ubi tenet usuras censeferi remissas à marito, sive remaneat filij, sive mulier præmoriatur viro, & ab ipso nec à suis heredibus peti posse: Ergo cum hæc quæstio tã anceps, dubiaque sit, optimè potest dici, causam, ex qua pretenditur compensatio liquidam non esse, sed multis ambagibus innodatam, altiorè, & ampliorem, maioremque indagationem exposcere, & eam alij iudicio teneri reservare, ut docet Iustinianus in dict. l. fin. C. de compensat.

Sed ꝛ non videtur hæc doctrina vndeque certa, & generalis: nam Fontanell. loco citato num. 29. dixit prædictam Senatus decisionem duo copulativè requirere, mortem mariti, & tempus decem, vel viginti annorum, ob quod matrimonium durasset: aliàs si minori tempore, non induceretur præsumptio remissionis; & pro ista sententia Osasum refert. Sed nihilominus sic ipse ait: Sed verius est solam taciturnitatem, & patientiam per totum tempus contracti, & constantis matrimonij quantumcumque, & qualecumque illud sit, sufficere ad hanc remissionem inducendam: non enim aliquod tempus, l. vir usuras præfigit: ergo nec nos præfigere debemus, & in terminis ita tenet Menoch. in sæpè citata præsumptione 25. num. 6. adducens in id Bart. Roman. Bald. Ioann. Lup. Boer. Grammat. & Ceph. ibidem reprehendit expressim Osasum, qui contrarium tenuerat. Nec Senatus noster temporis prædicti viginti annorum meminit, quasi in eo fecerit necessarium fundamentum decisionis, sed referen-

48

do factum, & illius contingentiam, sicut pluries faciunt Iurisperiti legum Auctores, ut in eadem ipsa conclusione est videre. Confirmat Leotar. ubi supra nam. 23. & citat Amatam.

49 Ex his omnibus † clarè deducitur, firmiter esse tendum cum Petro Sur. & Vrecolo, cæterisque supra citatis, vsuras à patre promissas, quando dotavit filiam, non præsumi remissas, & idem est quando mater, vel extraneus eam dotavit. Quando vetò mulier se ipsam dotavit, & maritus constante matrimonio non eas petivit, præsumitur ei donasse, & ab herede viri, nec ab ipso marito possunt peti, nulla habita consideratione ad tempus, quo matrimonium duravit; nec an mulier præmoriatur viro, vel è contra, nec an extent filij ipsius matrimonij.

50 Vnam tantum limitationem mententia habere potest, videlicet si aliquo iudicio constaret de contraria voluntate mariti, ut tradit Fontanel claus. 6. glos. 2. part. 6. nam. 31. & Leotard. de vsur. quest. 92. nu. 32. Hæc autem coniectura in marito Duce D. Ludovico in veniri non potest: nam fuit Princeps magnanimus, & liberalis, qui cum haberet proximiorum sanguinè Imperatorum, & Regum Hispaniæ, sicut Rex liberaliter donabat, fuit inquam hic Princeps abnepos Infantis D. Henrici fratris vtrinque coniuncti Regis D. Alphonsi Aragonum, qui filium suum D. Alphonsum primogenitum Ducem Sugurbi matrimonio copulavit cum D. Ioanna primogenita Ducis Cardonæ; & cum huius Ducatus Illustrissima domus tantis honoribus, divitiisque resplenderet, pactum in capitulis matrimonialibus sic fuit adiunctum, ibi: *Con expressa condicion, y pacto, el qual con los presentes escritos, quiere, y manda se guarde inviolablemente, que la hora que la dicha donacion furtiva es efecto; la dicha señora Doña Juana, y el señor Duque de Segorve su marido, y qualquier otro que serà marido suyo ayen de tomar el nombre, y las armas de Cardona, simplemente, y sin mixtura algu-*

na de otras armas, y nombre, &c. Fuit enim valdè pius, teste Monasterio Sanctissimæ V. Montis Serrati, in cuius præsentia, diebus, ac noctibus quatuor resplendent luminaria magna cerea, quorum duo Angeli Argentei, hominis statura, tenent, & alia Candelabra magna argentea altioris mensuræ; piæque fundationes instituit, teste etiam Regio Monasterio de Poblere Cisterciensis Ordinis, in quo Sepulchra Regum Aragoniæ, huiusque Illustrissimæ domus promissæ venerantur, quæ arte mirabili, magnificoque sumptu adauxit, ut cum Mausoleo possint primitias obtinere, alijque muneribus Monasterij ditavit. † Cuius augmentum semper memorandum ab Excellentissimo Domino Don Petro de Aragon Supremi Concilij Aragonum Dignissimo Præsidente, nisi qui videat magnitudines donationum credere non potest. Ipse Dux Ecclesiam Parrochiam Civitatis Lucenæ trium milium ducatorum annuorum donatione dotavit; quorum piorum operum, aliorumque innumerabilium vnicus, atque fidelissimus Executor fuit in Principatu Cathalonæ Mauricius de Lloreda miles, Hispan. Cævaltero, eius Generalis Thesaurarius, Rationatorque maior; qui magna cum vigilantia omnia adimplevit. † Non est silentio præter eundem magnificentissimum Opus, quod Domina, ac semper Domina mea Ducissa de Medina-Celi Sugurbi, & Cardonæ, nunc perficit, obsequio Beatæ Virginis de Monserrate in Cœlesti Throno aureo viginti quinque millium vntiarum mirifica arte confectio. De Duce ergo, qui tanta mirabilia fecit, non potest præsumi contraria voluntas repetendi vsuras.

Et quod dixi de vsuris, † idem credo esse dicendum de rebus census dotales à patre, vel extraneo, vel vxore promissis respectivè; nam æqualiter in omnibus eam ratio concurrat: & Font. de pact. claus. 6. part. 6. glos. 2. n. 3. dixit: *Sed si non traditur suo tempore dos, & maritus sustinet onera matrimonij, den-*

42 Speculum veræ Jurisprudentiæ.

bentur ei proculdubio *vsurae dotis promissa*, & suo tempore non soluta; pro ut probant plures quos supra retulimus *claus. 5. glos. 8. part. 15. ex num. 19.* Vbi tracta vi de pacto solvendi certum quid singulis annis pro *vsuris dotis*. Et in loco remissionis ait: *Inde etiam insurgit, idem fore proculdubio respondendum, vbi ob retardatam dotis solutionem, conuentum inter partes fuisse, non quod certi fundi fructus interim maritus reciperet, & suos faceret, ut supra, sed imò, quod certum quid in pecunia interea ei solveretur quotannis.* † Et cum in substantia sit eadem obligatio solvendi censum ac *vsuras*, eadem debet esse iuris dispositio *text. in l. si ex morte, §. si milique modo, C. de pact. conuent.* Et Senatus in sua sententia, ibi: *Tamen vbi agitur de evitanda vsura, pœna, vel interesse, vbi vsurâ cum interesse adæquavit.*

Causa finalis propter † quâ intelligitur *vsuræ remissæ*, quâdo vxor se ipsam dotavit, est dilectio, & affectio mutua inter coniuges, ut supra vidisti. Cû ergo hæc causa æqualiter in vxore se ipsam dotante inveniatur, quando obligavit se, solvere annum censum; ac quando certum quid in pecunia promissit quotannis, interea, quod marito non solveretur dos, nullam rationem differentię invenio inter *vsuras*, & censum, † nam causa finalis dicitur principium intentionis, & quæ animû, & intentionem disponentis movet. Bald. in l. eam quam colum. 1. C. de fideicom. Surd. *conf. 164. num. 13. & 32. & conf. 217. num. 5.* Castill. *contro ver. tom. 5. 2. part. cap. 119. num. 20. & cap. 172. per tot. præcipuè ex num. 6. & cum amor, & mutua affectio animum mariti moveat ad vsuras non petendas, eadem causa finalis movet ad annuos redditus census remissos esse censendum.*

§. III.

53 Tertia quæstio, quæ nunc venit exagitanda est: *An compensatio fiat ipso iure, à Iudicèque fieri possit, etiam si*

non fuerit in tempore opposita: & si post tempus fuerit in iudicium deducta, an retrahatur.

Dicitur, † quod vbi agitur de evitanda *vsura*, pœna, vel interesse propter moram, fit ipso iure compensatio, etiam si non fuerit in tempore opposita, & post tempus deducta retrahitur. Quæ verba assumpta fuerunt ex Fontanell. *de pact. claus. 6. glos. 2. part. 6. num. 60. & 61. & decis. 91. num. 30. & decis. 206. num. 8. Grac. discept. cap. 490. num. 22.* Sed istam conclusionem † limitant, ipsi Doctores, quando non est liquida compensatio; quia incertitudine stante, non est compensatio facienda, ut iubet *dict. l. fin. C. de compensat. & in hoc non est dubitandum* Hoc etiam limitatur, quando compensatio fieri vult cum dote, quæ non admittitur, ut supra §. 1. probatum extat, *ex num. 6.*

An autem fiat ipso iure dubij iuris est; & fieri expressè Imperator iussit *in dict. l. si in principio. ibi: Compensationes ex omnibus actionibus ipso iure fieri sancimus.* An verò à parte sic opponenda, maior est difficultas, vbi etiã ab Imperatore opponi debere dicitur, ibi: *Tunc ex altera parte, quæ iam penè con victa est opponi compensationem, pro qua parte affirmativa, doctissimus D. Ioann. del Cast. lib. 4. contro ver. cap. 40. ex nu. 110. duas columnas gravissimorum Doctorum, ut assolet congregavit, & materia hinc inde disputata tandem num. 110. vers. Secunda verò, resoluit, & in hæc verba prorumpit; quamvis compensatio operatur solutionem, nihilominus factò hominis indiget, & non admittitur, si de ea non opponitur, & tunc extinguit actionem, & obligationem à die, quo compensatio fuit opposita, & non ante, & inferius, num. 110. vers. Secundo verò, ibi: Idem quoque quod licet ipso iure fiat compensatio, si ve quo ad ortum, si ve nati vitatem inducatur, tamen quo ad exercitium requiritur hominis factû, & quod à parte opponatur & inferius: & quod operatur effectum suum quando opponitur, non ante, sic non retrahitur, sed ope-*

atur à die oppositionis, & ab eo die extinguit debitum, quia eo casu ius compensandi est in potentia, non in actu; & refert Petrum Surd. sic tenentem, & nu. 111. & 112. hanc sententiam tanquam veriorē, & communiorem amplectitur, sicut etiam tenet D. Salgad. in labyrin-
to creditorum. part. 2. cap. 28. num. 22. Andreol. controver. 219. num. 3. 6. & 7.

57 Ex his vides, † DD. tenentes contrariam sententiam loquuntur, quando agitur de evitanda viura, poena, vel interesse propter moram; & in hoc casu, etiam in contraria sententia, intelligitur de vsuris odiosis, sed non in favorabilibus, quæ debentur ex causa onerosa, ut in nostro casu, in quo propter moram restitutionis dotis fuit appositum interesse æquale redditibus census dotalis, quæ quidem est causa onerosa dotis à marito receptæ, pro qua ipse recipiebat annuos redditus census dotalis: hanc distinctionem affert Surd. decis. 17. num. 8. ibi: *Dispositum in vsuris lucrati vi, & odiosis non habet locum in favorabilibus, & quæ præstantur titulo oneroso.*

58 Omnes compensationes † pars adversa post litem motam, & turbationes factas apposuit, & quando fuerunt oppositæ, nihil nocuerunt Ducissæ de Medina, nequè effectum solutionis habent, etiam si solutio dotis facta fuisset in pecunia, auro, vel argento, quia vidua suam possessionem civilissimam conservat, quæ translata fuit per constitutiones: *Hac nostra final titulo disoleto matrimoni, ut refert Fontanel. cum decil. Senatus Cathalonie de pact. claus. 7. glos. 3. part. 7. num. 5. & 6.* Et novissime idem decisum fuit per Senatum Cathalonie vigesima quarta Martij 1656. referente Doct. Alegre inter pupillos de Milans, coniuges Preces, Nozar. Ribes, & anno 1663. idem fuit declaratum inter Dom. Francisca Cartellà contra Dom. Mariam Eril, referente Ioann. Baptist. Pastor in gradu supplicationis confirmata à Doct. Ioseph. Aleny Not. Bas, quamvis dos inte-

grè in tabula Civitatis Barcinonæ fuit soluta; & quia solutio facta fuit post factas turbationes, & litem motam, fuit decisum locum solutioni non esse; *litem pendente, & post turbationes factas; & sicut non potuit admitti solutio post litem motam, sic similiter, nec compensatio, etiam si vim solutionis obtineat.* Et quocumque tempore pars adversa, quæ nullum ius in successione status prætendebat, nec erat hæres mariti, sed persona omninò extranea, poterat solvere dotem nec arrhas, † quia extraneus non potest debitum solvere contra creditoris voluntatem, si hæc solutio in damnum creditoris cedat, ut docet D. Olea cum alijs relatis decis. iur. tit. 5. quest. 1. num. 3.

Hinc, † clarè controversiam inter 60 Doctores esse, in hac questione cognoscitur, & oppinionem contra dotem amplectendā non esse, compensationem ampliando, sed potius, restringendo, insequendo Imperatoris doctrinam, qua iubet esse restringendam, ibi: *Hoc itaque Iudices observent, & non procliviores ad admittendas compensationes existant, nec mali animo eas suscipiant, sed iure stricto utentes, &c.*

§ III.

Quarta questio est, an si extraneus mariti creditor ex persona mariti compensationem contra mulierem repetentem dotem opposuerit, debeat admitti?

In oppinionem Doctorum † tenentium 61 compensationem in repetitione dotis esse admittendam, hæc questio potest occurrere, non verò in contraria, quam ego sequor; & in tali casu est limitatio suæ regulæ, & doctrinæ, quod maritus tantum compensationem opponere potest, creditor verò mariti non potest, ut expressè probat Don Ioan. del Castillo, lib. 4. controverf. cap. 40. n. 118. ibi: *Rursus, & pro muliere ipsa facit etiam in terminis, quod creditor mariti non potest mulieri obijcere ex persona mariti compensationem quantitatis sibi debita à ma-*

44 Speculum veræ Jurisprudentiæ

vito: & inferius: Deniquè verum est, non quòd vxor marito debeat, id eam quoquè mariti creditori debere; nec enim debitor debitoris fit debitor creditoris citra delegationem. Idem tenet Tondut. tom. I. lib. 2. cap. 46. num. 11. D. Olea decis. iur. tit. 4. quest. 4. num. 30. & 38. Si ergo Ducissa de Frias nō est creditor creditoris, nec de illo habet delegationem, nec erat hæres illius, nec ius suum præten- dit, quomodo potuit compensatio, vel potius retentio dotis, & bonorū Ducatus illi concedi?

62 Tandem † huic quæstioni in præ- senti lite est silentium imponendum, nam post multum temporis cursum epochæ redituum census dotalis de- cursorum fuerunt inventæ, in quo non parum laboravi. Sed etiam si defecis- sent, in viribus iustitiæ me victurum confidebam. Iam iam in hac lite com- pensationes relatæ, & infra referen- dæ, cavillationibus plenæ sileant, & cū Imperatore Iustiniāno in l. vnic. §. ta- ceat, C. de rei vxor. act. sua solita elo- quentia, atque verbis sententiosis di- camus. Taceat in ea (idest dote) reten- tionum (idem est compensationum) verbosi- tas. Quid enim opus est inducere ob mores retentionem, alio auxilio ex constitutioni- bus introducto? Vel ex qua causa res dona- tas retentio introducat, cum sit donatori facultas per actionem in rem directam, vel per vtilem, vel per conditionem suo iure mederi? Sed nec retentio ab res amotas necessa- ria est, cum pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium. Sileat ob liberos re- tentio, cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum aducationem hortetur: ne varium genus culpæ mariti contra vxo- res excogitent, ut possint eadm retentione contra eas vti. Sed nec ob impensas in res dotis factas retentio nobis satis videtur esse idonea: ut sic omnium retentionum expedi- gus tractatus, & ex stipulatu actio merito secundum sui naturam nullam accipiat re- tentionem.

63 Nunc ergo † ad rem nostram acce- damus, quælibet verba textus nobis ponderabilia ponderando: Taceat in ea

retentionum verbositas. Quæ quantaque fuerit adversariorum bene probat li- bellus ab ipsis oblatus cum 1391. arti- culis retentionem, seu compensatio- nes continentibus.

Quid † enim opus est inducere ob mores 64 retentionem, alio auxilio ex constitutioni- bus introducto? Quid enim opus est in- ducere ob credita tutelæ retentionem, quæ mille, & ducentos scutos æreos nō excedunt, & ad illos Maioratus bona non tenentur, alio auxilio ex consti- tutionibus introducto contra bona pro- pria pupilli?

Vel ex qua causa † ob res donatas reten- 65 tio introducat, cum sit donatori facultas per actionem in rem directam, vel vtilem, vel per conditionem suo iure mederi? Vel ex qua causa ob res donatas à Duce Maioratus redimēdo census super bo- nis Maioratus impositos simpliciter, & sine cessione, ut infra l. 2. discurs. 1. appa- rebit; & si fuerunt redempti, recipien- do cessiones à creditoribus, eum sit do- natori facultas per actionem hypothe- cariam in rem directam, vel vtilem, vel per conditionem suo iure mederi? Et idem dico de usuris dotalibus, & ex- pensis funeralibus Ducissæ, alijsque re- bus inferius dicendis?

Sed nec retentio † ob res amotas necessa- 66 ria est, cum pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium; Sed nec retentio ob expensas minimas, & contemnen- das, quæ ad alimenta Ducissæ, corpūs- que medendum tendebant, quas no- minare pudoris est, cum maritis pa- teat harum rerum iudicium. Et quam- vis Doncl. in l. neque scripta. 6. C. de com- pensation. ex num. 2. ad 6. intendat pro- bare, compensationem in dote esse ad- mittendam, non autem retentionem, ex hoc, §. taceat nō sequorsnā videtur in- cidere in doctrinā Petri Barbois, supra n. 20. à qua ego recessi. Intēdit etiā pro- bare, retentionem marito competere ob res amotas; quod expressè est con- tra nostrum text. præsertim cum num. 6. fateatur, quod hæc lex Iustiniāni est multo posterior, quam dicta lex neq. scrip.

scripta, & quamvis dicat, quod id, quod prioribus legibus cautum est, posterioribus comprehensum esse videatur, ut ita sit locus retentioni ob res ab vxore amotas, sed ipse ait, & limitat, nisi nominatim sint contrariæ inter se dictæ leges. Si igitur in d. l. antiquiori retentione permilla erat marito ob res ab vxore amotas, & in hac l. nostra posteriori expressè cavetur, hanc retentionem ob res amotas non esse admittendam: ergo iam ista lex posterior, nominatim est contraria antiquiori, qua remanet derogata illa prima, servarique debet ista recentior, quæ est opposita suæ doctinæ.

67 *Silcat ob liberos retentio.* † quæ supra à me exclusa est, ex num. 44. ubi dicebatur ob liberos superstites vsuras dotales non præsumi remissas.

68 *Ne varium genus culpæ mariti contra uxores excogitent, ut possint eadem retentione contra eas uti.* Quod Imperator hic præcavere voluit, in hac lite cogitatum, & machinatum contra vxorem fuit: nam alia compensatio contra dotem opponebatur ex culpa mariti Ducis de Medina; iam quia ex pretio bonorum liberorum sui soceri, quæ credito emit, non retinuit dotem suæ vxori debitam: cum fuisset obligatus illud solvere, iuxta mandatum Iudicis privati causæ licitationum: & iam quia non comparuit ante eundem iudicem, dotem suæ vxoris excipiendo, in Curia Matriti; cum iam in Cathalonia causa tenetæ pro dote penderet; & cū ibi cceptū esset iudicium, ibi finiri deberet.

69 *Sed nec † ob impensas in res dotis factas etiam necessariae retentio nobis satis videatur esse idonea.* Quid ergo dicet Imperator de impensis in rebus Maioratus à Duce factis, quas nec à Maioratu, nec à possessore reperere potest, ut infra lib. 2. discurs. 8. apparebit: & de parvis impensis cum pupillo factis?

70 *Videsne † omnes, & singulas compensationes, & retentiones rerum dotalium à iure omnino esse explosas?* Sic

Imperator concludit: *Ut sit omnium retentionum expeditus tractatus. & ex stipulatu actio (quæ pro dote competit) merito secundum sui naturam nullam accipiat retentionem.*

Et si nondum mihi dixeris, satis est, † reddam tibi autoritates DD. huius Principatus in terminis summarissimi iudicij tenetæ constitutionis hac nostra, qui meum intentum iubant, firmiterque tenent, in illo istas exceptiones, quæ altiore indagine petunt, non esse admittendas; sed potius alij iudicio reservandas. Primus est Ramo, qui conf. 50. num. 20. & 28. sic ait: *Nam responderetur primò, quod subdita prætena distinctione non cessarent damna, & præiudicia supra animadversa in odium dictarum viduarum, quæ multo tempore litigare compellerentur, tum vsquè ad sententiam, & declarationem fideicommissi, tum quoad liquidationem bonorum, quæ sunt de fideicommissis, & quæ sunt libera, tum, & quoad liquidationem fructuum, & aliorum, quæ in profundo pelago causarum similium liquidationum causas ferè immortales faciunt, & Viduæ, ita consummerent tempus, & magnis sumptibus pariter consummerent suas dotes, & alia bona, quæ faciliter cessare possent ipsis quietè conservatis in sua tenetæ.*

Secundus, Ferrer † super conslit. Hac nostra temp. 5. declar. 1. num. 18 19 & 20. ibi: *Aded quod ista manutentio mulieri, seu Viduæ non possit impediri per quacumque exceptionem requirentem in suo examine altiore indagine, cum eo casu ad iudicium proprietatis sint remittenda.* Et inferius: *Et consequenter si contra viduam opponerentur exceptiones qualibet altiore indagine requirentes, & quæ concernerent incapacitatè mulieris, si tamen in continentè probari non possent, sed essent super facta probando, vel essent iuris difficilis, non possent impedire possessionem, nec manutentionem, pro vt in simili lege de transferenda possessione concludit, & c.*

Iam respicimus hæc duo motiva, † ad denegandam tenetam Ducissæ de Medina, defecisse; scilicet, compensationè dotis, & artharū, vel saltem cō-

penfationē dotis, quæ sufficiens est ad tenutam concedendā, etiam pro vno denario; nam constitutio mulieribus elargitur, donec integrè sint satisfactæ, vt tenet *Quesada Pilo contro. c. 34. à num. 32.* † Et cum sententia, quæ in causa fundatur cesset, cessante causa, *Salg. in labyrinth. credit. part. 3. cap. 1. num. 151. Grat. discip. cap. 445. num. 11. Font. decis. 126. num. 29.* Hinc est Regiam Provisionem à qua, ex noviter productis esse revocandam, quod non est à ratione, & iure alienum, nec debet reprehensibile iudicari, vt docet *Roman. Pontif. in cap. non debet de consanguin. & affinit.* † ibi: *Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana, presertim, cum vrgens necessitas, vel evidens utilitas exposcit: quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla muta vit in novo.*

74 34. à num. 32. † Et cum sententia, quæ in causa fundatur cesset, cessante causa, *Salg. in labyrinth. credit. part. 3. cap. 1. num. 151. Grat. discip. cap. 445. num. 11. Font. decis. 126. num. 29.* Hinc est Regiam Provisionem à qua, ex noviter productis esse revocandam, quod non est à ratione, & iure alienum, nec debet reprehensibile iudicari, vt docet *Roman. Pontif. in cap. non debet de consanguin. & affinit.* † ibi: *Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana, presertim, cum vrgens necessitas, vel evidens utilitas exposcit: quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla muta vit in novo.*

76 Tandem in hac materia compensationis dotis cum fructibus dotalibus ad virum expectantibus, & quod non sit admittenda, vide *Vrceolum tom. 2. consult. forens. cap. 89. per tot.* qui mirificè totam meam doctrinam amplectitur. Super hac quæstione nihil in prima instantia fuit dictum.

DISCVRSVS III.

De summaris. possess.

SVMMARIVM.

1. **M**oti vni quod dedit causam huic quæstioni.
2. Compensationes omnes fuerunt admissa in prima instantia in iudicio summarissimo possessorio, ac si fuisset petitorium.
3. Possessorium constitutionis Hac nostra habere admixtam causam proprietas, dixit *Fontanella.*
4. Idem dixit *Posth. & alij.*
5. Idem dixerunt *DD. Castellani.*

6. Exceptio anomala tua nõ interest proponitur examinanda.
7. Creditor potest opponere in concursu creditorum contra mulierem agentem pro dote exceptionem non numerata dotis, & ceteras, quæ competunt marito, vt suum creditum integrum consequi possit.
8. Creditor, possessor bonorum defuncti ad conservandam retentionem est legitimus contradictor, ad impediendam immisionem eius, qui pretendit eam remedio legis finalis, C. de edict. Diu. Adria. tollen.
9. Ampliatur etiam, si ceditum, ob quod pretenditur retentio non sit liquidum.
10. Exceptio tua nõ interest est anomala, & potest opponi in quacumque parte iudicij.
11. Potest opponi in quolibet iudicio etiã summarissimo manutenzioneis.
12. Proceditur in eo sine tela iudiciali summarie, & de plano ordine non servato.
Non dicitur lis principalis, nec requiritur in ea libellus, nec litis contestatio. Non dicitur lis mota, sed quodam preparatorium litis.
13. Non est differenda, nec reservanda, sed statim determinanda.
14. Significat actorem sine actione agere.
15. Vel excipientem sine exceptione excipere.
16. Si à parte non opponatur, potest Iudex ex suo officio repellere agentem, vel excipientem.
17. Dicitur litis finita.
18. Non solum repellit agentem, sed excipientem.
Impedit progressum, vel ingressum cause.
19. Creditor non est legitimus contradictor in iudicio summarissimo constitutionis Hac nostra, vt defendit *Author.*
20. Minor habet tacitam hypothecam in bonis Tutoris.
21. Tutor non habet tacitam hypothecam in bonis pupilli pro alimentis, & expensis factis, & prestatis ipsi minori.

22. Tutor in Cathalonia habet retentionem bonorum pupilli, pro expensis pupillaribus.
23. Retentionem bonorum minoris non habet Tutor in meliori sententia.
24. Tutor in favorabiliore opinione habet retentionem bonorum pupilli, sed non possessionem.
25. Bona, quae pupillus retinebat tempore mortis, duobus modis considerari possunt.
26. Bona Maioratus non sunt pupilli, sed primi fundatoris.
27. Bona Maioratus in Cathalonia sunt inalienabilia.
28. Tutor non habet retentionem bonorum Maioratus.
29. Tutor non potest retinere bona Maioratus pro creditis tutelaribus, quia non sunt ipsius, sed primi fundatoris, & ideo non est legitimus contradictor.
30. Creditor non est legitimus contradictor contra viduam in bonis mariti.
31. Retentio nulla admittitur contra dotē.
32. Remedium quo succurritur creditori in Cathalonia contra viduam, ut possit suum creditum recuperare, ostenditur.
33. Creditorem mariti, non esse legitimū contradictorem in iudicio possessorio tenet, ratione probatur.
34. Contradictor legitimus nō est in iudicio legis fin. C. de edic. D. Adri. tollen. nisi qui habet aequale ius.
35. Contradictor legitimus non est, qui allegat titulum diversum à titulo habetis in remedio leg. fin.
36. Creditori non conceditur retentio bonorum mariti in iudicio summarissimo retinenda constitutionis Hac nostra.
37. Exceptio tua non interest opponitur contra non possidentem.
38. Contradictor legitimus non est detentator bonorum.
39. Exceptionem tua non interest contra creditorem opponi posse, exemplo declaratur, & probatur.
40. Aequiparatorum idem est iudicium.
41. Tertius comparens, ut impediat executionem executorialium ratione possessionis rei violentam, clandestinam, & fraudulentam non impedit executionem, quia sua non interest.
42. Exceptio ubi non reperitur probata, non est à regula recedendum.
43. Exceptio specialiter est probanda.
44. Exceptio tua non interest fuit inventa, ut quis molestari, & fatigari nequeat.
45. Argumento primò in contrarium adducto respondetur.
46. Secundo argum. respondetur.
47. Iudicium possessorium, an habeat admixtam causam proprietatis, incipit disputari.
48. Exceptiones omnes, quae pertinent ad iudicium petitorium possunt opponi in iudicio summarissimo possessorio, quae tendunt ad cognitionem qualitatum, quas statuta requirunt, sed non quae mere tendunt ad proprietatem.
49. Authoritatibus probatur.
50. In terminis constitutionis Hac nostra probatur autoritate Fontanellae.
51. Probatur eadem conclusio Doctores Castellanis.
52. Alijs autoritatibus probatur.
53. Exceptiones, quae tangunt dominium rerum non admittuntur, etiam si in continenti probatio offeratur, & numer. 52.
54. Respondetur argumentis in contrarium adductis.
55. Introductio alterius questionis.
56. Senatus verba referuntur in sua Regia provisione.
57. Reformatio Provisionis pretenditur cum reverentia Senatus.
58. Possessio tempore litis motae debet attendi in iudicio possessorio interim.
59. Limitatur, quando possidens habet contra se iuris vehementem praesumptionem, quae resistit manutentioni, quam pretendit.
60. Probatur autoritate Covar.
61. Probatur autoritate Molinae.
62. Probatur decisione Senatus Cathaloniae in Ducatu Cardone.
63. Probatur alia decisione in eodē statu.
64. Possessio Ducissa de Frias habet eō-

- tra se iuris præsumptionem.
65. Probatur auctoritate Posthij.
66. Paria sunt, quod quis manifestè habeat ius commune contra se, vel vehementem præsumptionem iuris.
67. Vbi est resistentia iuris, seu vehemens iuris præsumptio, non dicitur possessio, nec est manutenibilis.
68. Dicitur improba, & non manutenibilis possessio, quæ est contra statutum.
69. Probatur auctoritate Canceri.
70. Probatur auctoritate Solorçani.
71. Secunda limitatio, quando possessio, quæ habet contra se iuris resistentiã, non est manutenibilis.
72. Probatur auctoritate Posthij.
73. De possessionis vitio constat notoriè, quando ex processu cognoscitur.
74. Lex non intendit tueri viciosum possessorem.
75. Possessor iniustus si defenderetur, daretur occasio delinquendi.
76. Via calumnijs pateficeret, & alia inconvenientia sequerentur.
77. De possessionis iniustitia notoriè constat per sententiam, rem iudicatam, per clara iura, & publica instrumenta, in actis producta.
78. Lex non dubium, C. de leg. expouitur.
79. Lex quando resistit alicui actui, ex eo nec civilis, nec naturalis oritur obligatio.
80. Manuentio fuit concessa in remedio possessorio interim cui tempore litis motæ possidebat.
81. Manuentio non datur in summarissimo possessorio interim, quando possessio pendet à titulo sine cognitione tituli.
82. Iudicium summarissimum interim habet admixtam causam proprietatis, quando possessio pendet à titulo.
83. Iudicium possessorium interim habet admixtam causam proprietatis in causis Maioratus in quibus non potest obtinere, nisi ille qui probaverit se esse verum ipsius Maioratus successorem.
84. Hoc est intelligendum, quando exceptiones incontinenti probantur.
85. Exceptiones proprietatis causam attinentes in hoc interdicto consistunt, hæc nostra admittenda non sunt.
86. Quando dicantur incontinenti probari.
87. Doctrina relata causa Ducatus applicatur, & 88. & 89.
90. Possessio cui ius resistit non est manutenibilis sine titulo, vbi decisiones Senatus Cathalonie.
91. Refertur decisio Fontan.
92. Decisiones Rota, & Posthi doctrina, referuntur, & 93.
94. Titulus coloratus quis dicatur.
95. Feuda non possunt possideri sine titulo, quo deficiente non datur manuentio possessori.
96. Referuntur auctoritates Doctorum & 97.
98. Manuentionem possessionis Maioratus, vel feudi prætendens, debet ostendere titulum, & non attenditur ad nudum factum possessionis.
99. Probatur decisione Senatus Neapol.
100. Ad eò attenditur ad verum, & legitimum titulum in successione feudorum in summarissimo possessorio, quod nec hæres debet manuteneri etiam vbi est statutum continuatum possessionis de defuncto in heredem.
101. Possessorium summarissimum retinenda est modici præiudicij, & nihilominus in eo cognoscitur de titulo.
102. Exceptio, qua respicit petitorium, si est clara, & incontinenti probari potest, admittitur in iudicio interim, & manuentionem excludit.
103. Regula, quod in iudicio summarissimo possessorio interim etiam prædator est manutenendus, limitatur, quando exceptio in processu constat, vel in illa est probatum, prædationem esse.
104. Possessio, quæ causam liti dedit, non est manutenibilis, & 105. & 106.
107. Iustitia, & merita causæ in tribunali superioribus respiciuntur, quæ manuentionem nunquam concedunt cui ratio, & titulus possidendi non assistit.

- 108. Senatus Cathalonie personam Catholice Maestatis representat.
- 109. Manutenzionem non concedunt tribunalia suprema, non solum quando, qui illam pretendunt contra se habent presumptionem, & iuris resistantiam, sed etiam quando ex lite constat illa petentes, bonam causam non fore.
- 110. Probatum auctoritatibus.
- 111. Probatum etiam optima auctoritate Cesaris Vrillii.
- 112. Probatum auctoritate Capici Latro.
- 113. Tribunalia suprema, veritate inspecta, causas decidere debent, absque partium molestiis, & expensis.
- 114. Exceptiones, quae in iudicio summissimo possunt admitti, Fontanella comprehendere non potuit.
- 115. Manuentio in Supremo Regio Castellae Senatu numquam conceditur possessori, qui iustitiam in principali non foret.
- 116. Refertur sententia Gratiani.
- 117. Alia sententia Thesauri.
- 118. Alia sententia Cyriac.
Senatus cognoscit sicut Deus.
- 119. Lites ex litibus Senatus ferere non debet, sed potius abbreviare Reipublicae valde interet.
- 120. Litem protelare, & lites ex litibus feminare, plerumque in potestate iudicum est, magis quam in partium cavillationibus, probatur auctoritate Imperatoris.
- 121. Sententia Senatus Aragonum refertur in causa Ducatus Sughubi.
- 122. Alia sententia supremi Senatus Aragonum refertur in comprobationem.
- 123. Advocati, & Procuratores debent esse cauti in intentandis remedijs possessorijs, & cognita iniustitia, vel calumnia debent litem non instituire, vel iam institutam deserere.
- 124. Refertur sententia Sarmien.
- 125. Alia sententia Salorgan.
- 126. Refertur, l. rem non novam in fin. § Patronos, C. de iudicis, quae melius probat.
- 127. Advocati non debent studiosa cupiditate laborare, quae solet libris sa-

- 128. Iudicium possessorium interim possit proponi in alijs summarissimis
- 129. Sententia Covar. refertur.
- 130. Alia doctrina Posth.
- 131. Fontanel. refertur.
- 132. Ramon. sententia refertur.
- 133. D. Molina tenet in iudicio tenete interdicho interim rei non posse.
- 134. Alij DD. referuntur, qui eandem sententiam tenent.
- 135. Sententia Authoris refertur.
- 136. Interdicho interim, in Maioribus Castella numquam videtur, nec practicatur, sed bona Maioratus administrantur.
- 137. Si verisimiliter timetur, quod partes veniant ad arma bona sequestrantur.
- 138. Probatum sententia Authoris auctoritate Fontan.
- 139. Martium, quod patuit habere Senatui, ut manuentio utriusque parti concederetur ex remedio interim, ut qualibet possideret, quae possidebat tempore litis motae, & 140.
- 141. Remedium interim magnum contra modum affert viduis illud intentando in teneta constitutionis.
- 142. Teneta constitutionis hac nostra in iudicio plenario possessorio terminatur.
- 143. Remedium interim magis privilegiatum est.
- 144. In illo repulsa restitutio non admittitur.
- 145. Nec exceptio falsi instrumenti.
- 146. Restitutio minori non conceditur.
- 147. Remedium interim intentari non potest in interdicho recuperandae possessionis.
- 148. Manuentio conceditur viduae ex remedio interim contra spoliatorem, nisi, qui de facto possessionem accepit, potiora iura habeat.
- 149. Remedium interim potest intentari simul cum interdicho adipiscendae.



DISC. IV. DE SVMM. POSS.

AN REMEDIA SVMMARISSIMA possessoria admixtam habeant causam proprietatis: & quomodo hoc est intelligendum?

§. 1.

DE exceptione anomala tua non interest.

§. 2. An iudicium possessorium habet admixtam causam proprietatis?

§. 3. An sit manutenibilis possessio, quæ habet contra se iuris præsumptionem, & resistantiam iuris?

§. 4. An exceptio, quæ est clara, & liquida, & incontinenti probari potest, etiam si petitorium respiciat, admittatur in iudicio summarissimo possessorio interrim?

§. 5. An sit manutenibilis possessio, quæ causam liti dedit?

§. 6. An suprema tribunalia ius dicant veritate inspecta, & ad veram iustitiam, & titulum attendant?

§. 7. Remedia summarissima possessoria sūt valdè periculosa in cōsciētia, quando adest defectus proprietatis: & quid facere debeant Advocati?

§. 8. In iudicijs summarissimis possessorijs retinendæ, adipiscendæ, & recuperandæ an interdictum interrim possit proponi?

Fuit dictum in Regia Provisione: † Quod possessoria, quæ intentat, seu intentare potest mulier, & suo casu filius, aut filia hæres in vim constitutionum Hac nostra, & final. titul. disol. lo. matrimoni, habent admixtam causam proprietatis: & contra huiusmodi possessoria possunt opponi omnes exceptiones, quæ pertinent ad petitionem bonorum, & pertinere possunt petitorium, licet de proprietate non cognoscatur: nam quando est probanda aliqua qualitas veluti se esse heredem, vel alia, ut descendentiæ, & comprehensio, possessorium semper est mixtum, & possunt in possessorio opponi omnia, quæ possunt opponi in petitorio.

Huius doctrinæ virtute, & vigore †

fuerunt admittæ omnes exceptiones compensationis in hoc iudicio, & de illis fuit cognitū, ac si iudiciū esset ordinarium, & plenarium, nulla differentia constituta, & cum hæc quæstio lapidis angularis sit totius istius machinæ constructæ, necessarium mihi videtur illam ex professo examinare, veritatem propalare, illamque ædere in lucē.

Hæc inquam oppositio † primas vires recipit à Fontan. de pact. claus. 7. glos. 3. part. 4. num. 24. vbi tenet, possessorium constitutionis Hac nostra habere admixtam causam proprietatis.

Secundò † à Posth. de manut. obser. 55. num. 88. ibi: Sublimita, seu declarata 14. ut contra possessionem vigore huiusmodi statuti possint opponi omnes exceptiones impugnantes eum non esse heredem, & quæ pertinent ad petitionem bonorum (ecce verba eandem provisionis) Tu. c. lit. s. conclus. 626. num. 7. Coccin. decis. 488. nu. 12. in recenti. decis. 263. num. 5. in fin. part. 2. ibi: Et quæ perimere possunt petitorium. Rota Roman. quam affert Posth. post. tract. de manut. decis. 185. num. 5. ibi: Quinimò dictum possessorium admittit omnes exceptiones, quæ perimere possunt petitorium, Bald. cons. 141. num. 3. lib. 1. Tiraque. in tract. de mort. factis. part. 5. declar. 1. num. 3. Gabrie. in titul. de acquir. possess. concl. ult. num. 9. Rot. decis. 34. num. 21. cum seqq. part. 2.

Tertiò, † ex Neotericis D. Salgad. pro mille de Reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 206, & 207. ibi: Quod quidem, & fortius redditur ex eo, nam licet quando agitur aliquo remedio possessorio, exceptiones, quæ attingunt proprietatem, non admittantur sed iudicio plenario referantur, (ut est notum) quia de sola possessione tractatur: tamen illæ exceptiones proprietatis, quæ tendunt ad destruendum, & inficiendum possessionem omninò admittenda sunt: ita docet eleganter Bald. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. quem sequitur Alexand. ibi num. 24. & Rip. num. 8: D. Molin. de Hispan. Primog. lib. 3. cap. 13. num. 14. ibi: Facit etiam quod mirabiliter dixit Barb. in §. Et parvi refert, ff.

ff. quod vi aut clam num. 3. quem sequitur Abbas in cap. item cum quis num. 9. de restit. spoliat. Quod in remedijs possessorijs admittuntur omnes exceptiones excludentes qualitatem à iure, vel statuto requisitã, ad hoc ve competere possit, idem sequitur Gregor. Lop. in l. 7. tit. 4. parti. 5. in glosa verbo possession, & in l. 2. tit. 14. parti. 6. in verb. luego, Rot. Rom. decis. 605. num. 9. part. 5 recent. tom. 2. ibi: Nec rele vat, quod ista videatur respicere petitorium, quia cum perimant ipsam possessionem, visa sunt posse etiam opponi in iudicio summarissimo manutentionis, ve bene per Bald. in cons. 141. num. 3. lib. 1.

§. I.

DE EXCEPTIONE ANOMALA, tua non interest.

6 **E**X his omnibus videtur probari Senatam in hoc parte ritè, & rectè iudicasse: Sed quia in sua decisione, omnibùlque authoritatibus supra relatis dicitur, istas exceptiones opponi posse; consentaneum videtur antequam ad vltiora progrediamur, quærere, quis sit legitimus contradictor, ad hoc vt istas exceptiones in iudicio possessorio summarissimo Constitutionum *Hac nostra, & final*, possit opponere. Cum ergo hoc dubium in mente mea revoluerem, legi ac perlegi, & perscrutatus sui Doctores Cathalanos, qui de his Constitutionibus tractant, & decisiones quæsi, & in illis inveni, omnes lites pertractatas fuisse inter viduam, vel heredes eius, & heredem, seu fideicõmissarium mariti, seu secundam vxorem; & non inter viduam, & creditorem, alterumvè extraneum: & quæsi à doctissimis meis socijs Advocatis, an inveniretur aliqua doctrina, exemplar, aut decisio Cathalonix, in qua extraneus, vel alia persona, præter heredem, aut fideicõmissarium, vel vxorem secundam fuisset admissus, vt legitimus cõtradictor

contra viduam, vel eius heredis, obiciens exceptiones peremptorias contra qualitatem tenutæ, respicientes petitorium, ad illam excludendam. Et quæstione magno studio discussa, vnà voce responderunt, nullam invenisse: quo motus assumpsi calamũ ad istam quæstionem exagitandam.

Pro parte affirmativa, † scilicet 7 Ducissam tutricem detentantem bona maioratus esse legitimum contradictorem contra viduam, ad opponendum omnes exceptiones, quæ pertinent ad petitionem bonorum, & attingere possunt petitorium, ad excludendum tenutam, videtur probari. Primò, nam tutor est creditor, qui petit suum creditum tutelare; & heres qui petit tenutam pro dote etiam est creditor: sed creditor potest opponere contra creditore exceptionem non numeratæ dotis, & cæteras, quæ competunt debitori, & marito, etiam invito, & reluctante; vt debitoris bona integrè conseruentur, & à nemine diminuantur, quia sua interest, vt suum creditũ integrũ consequi possit, vt tenet expresse D. Salg. in *labyrinth. credit. part. 1. cap. 40. ex num. 10*. Ergo tutor pro suo credito potuit obijcere omnes exceptiones contra viduam, quæ competeabant marito ad excludendam dotem, & tenutam Constitutionum huius Principatus, & in omni iudicio summarissimo possessorio hoc est servandum.

Secundò obijcitur: † creditor possessor bonorum defuncti per exceptionem retentionis efficitur legitimus contradictor ad impediendam immisionem, seu continuationem possessionis alterius prætendentis remedium, *l. fin. Cod. de edict. D. Adria. tollend.* vt probat Redena *l. cons. 45. num. 5.* qui *num. 6.* † ampliat, procedere, etiam si creditũ, 9 ob quod prætenditur retentio, non sit liquidum: Ergo tutor pro suo credito retinens bona pupilli, per exceptionem retentionis efficitur legitimus contradictor, ad impediendam immisionem,

feu continuationem possessionis nostræ Constitutionis, etiam si creditum non sit liquidum.

Antequam ego proferam meam sententiã aliqua notabilia prælibabo. Et
10 primum est, † hanc exceptionem, tua non interest, esse anomalã, quæ in qualibet parte iudicij potest opponi, Carleval de iudic. lib. 1. tit. 2. disp. 5. num. 8. vers. Et quamvis, & num. 27.

11 Et hæc exceptio, † tanquam exclusiva iuris agentis, in quolibet iudicio etiã possessorio summarissimo maintenance opponi potest, Posth. de manuten. obseruat. 61. n. 3. & post tractatum decis. 54 n. 25. & 26. Ludovis. decis. 14. num. 5. Menoch. de adipisc. rem. 1. n. 68.

Proceditur in hoc iudicio possessorio, † quando obijcitur hæc exceptio tua non interest, sine tela iudiciaria, summarie, & de plano ordine non servato, Posth. obseruat. 77. † Nec lis principalis dicitur: non requiritur in ea libellus, nec lis contestatio, Posth. obseruat. 78.
13 † non dicitur lis mota; sed quodã præparatorium litis, Posth. obseruat. 6. nu. 35. & 36. quapropter cum non inveniatur in hoc iudicio possessorio sententia diffinitiva, ad quam hæc exceptio sit reservanda, non est differenda, sed statim terminanda, vt resolvit Carlev. loco citato ex num. 13. ad 17.

14 Hæc exceptio † significat, actionem actori non competere, & sine actione agere: & sine actione nemo permittendus est experiri in iudicio, & reum vexare, Carleval. lib. 1. de iudic. tit. 2. disp. 5. num. 27. † Vel excipientem sine exceptione excipere, Argel. de leg. contradict. quest. 2. num. 169.

16 Estque tam efficax, † quod etiam si à parte non opponatur, poterit iudex ex suo officio repellere agentem, vel excipientem à iudicio, tanquam actione, vel exceptione carentem, l. veluti 27. in princip. ff. de verb. obligat. Menoch. conf. 1244. num. 59. & 60. lib. 13. qui ibi dicit cum multis, & animadvertit hoc procedere, & deberi fieri, etiam parte non opponente, alioquin sententi-

tia est nulla Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 57. num. 30. Fulgol. in l. aut Praetor ff. de iur. iuran. num. 6. vers. Nam etiam si, Peguer. in prax. rubric. 9 num. 43. Nobilis, & acutissimus Senator de Amigant in praxi de except. impedi. lit. ingres. pag. 90. nu. 6. limit. 3. Carleval dict. disp. 5. num. 27. qui cum plurimis ab eo relatis reddit rationem: Ratio autem videtur esse, quia iniquum est molestari, & fatigari quemquam in prosecutione iudicij ab eo, qui sua nihil interest, &c. Alioquin calumniatoribus, & male volis daretur occasio molestandi, quos vellet, sicque iudicis auctoritas, & iudiciorum vis eluderetur si spectandus esset litium finis, vt legitimaretur actoris persona, vel eam illegitimam esse constaret post molestiam, & iniuriam, aut infamiam, damnaque rei familiaris reo illata, cui per solam absolutionem, non plene foret satisfactum.

Hæc exceptio † dicitur litis finitæ, 17 l. loci corpus, §. competit, ff. si serv. vendic. l. Posthumus, §. si quis ex his, ff. de in offic. testament. Dec. conf. 302. num. 4. & 5. Cravet. conf. 182. num. 8. Surd. decis. 52. num. 2. Cæsar Argel. de legiti. contradict. quest. 2. num. 168. & quest. 5. num. 43. & quest. 8. num. 12.

Nec solum † hæc exceptio repellit 18 agentem, sed excipientem, Argel. vbi proximè quest. 2. num. 169.

Effectus huius exceptionis est impedire progressum causæ, vt his verbis, docet Carleval. de iudic. lib. 1. tit. 2. disput. 5 num. 28. Vnde cum ex post facto appareat litem non debuisse contestari, nec in causa procedi, per consequens constat, quidquid factum est non esse ritè, & rectè factum, quia contestatio non ritè facta, pro nulla habetur, & qui vis actus non ritè factus, censetur non factus.

His ergo suppositis, & prælibatis; † 19 ego tentò, tutorem, seu alium creditorem non esse legitimum contradictorem in hoc iudicio summarissimo possessorio retinendæ, Constitutionem Hæc nostra, & fin. tit. solut. matrim. quod sic probo. Primò, † nam certissimi iuris est, minorem habere tacitam hy-

pothecam in bonis tutoris, l. pro officio, Cod. de adminis. tutor. Ioan. Gutier. de tutel. part. 2. cap. 17. num. 18. † Bona autem minoris non sunt tacite hypothecata tutoribus pro alimentis, & expensis factis, & praestitis ipsi minori, quia non reperitur in iure cautum; ut istismet verbis ibidem docet Gutier.

21 Ius enim quod habet tutor † contra minorem de stylo Cathalonix est retentio bonorum pupilli, ut tenet Fontan. decis. 544. non verò possessionem, nam nomine pupilli possidet, ut latè etiam docet decis. 545. & idem tenet Gutier. vbi proximè, si debitum est liquidum; & Fontan. in princ. decisio- nis 544. sic ait: Et contingere praterea potest, licet lex non ita presumat, sicut nec ego, ita vix unquam tutores ipsos remanere creditores in aliquibus quantitatibus, pro quibus eis retentio competat bonorum, ostendendo cum facilitate, se aliquo modo creditores in hereditate pupillorum, ut quia plus expendissent, quam recepissent. Attende quærio ad verba Fontanellæ, & illis adijunge, quod tutrix in nostro casu solum ostendit se creditricè in 1200. scutis ærosis, & tutela, per mortem pupilli finita, solù per quadraginta dies duravit, & tutricem magnos redditus, & proventus istius Cardonæ Ducatus per novem annos percepit prætextu retentionis istius crediti pupillaris.

23 Hanc † verò retentionem bonorū minoris iustè negant, Scobar de variot. cap. 4. num. 15. Salgad. in labyrinth. credit. part. 3. cap. 9. num. 9. & latius ego ipse infra lib. 2. discurs. 9.

24 Itaque tutor † in favorabiliore opi- nione, tantum habet retentionem, seu detentionem bonorum liberorum patrimonij, seu hereditatis minoris; sed non habet possessionem.

25 His suppositis, † & pro certo consti- tutis, aut consideramus bona istius Du- catus tanquam propria pupilli; aut tan- quam hereditatis sui patris; aut tan- quam maioratus dignitatis Regalis: si ea consideramus tanquam maioratus, quod est certum, atque indubitatum;

non potest illa retinere propter credi- tum pupilli; † quia nō sunt pupilli, sed 26 primi fundatoris, cui succeditur, & nō vltimi possessoris, nec ab illo successor bona recipit, sed ab institutore, ut latè probabimus infra dict. discurs. 9 lib. 2.

27 Vltèrius, † bona maioratus etiam in Cathalonia sunt inalienabilia (ex- cepto casu dotis) & in illis executio fieri non potest, nec à creditoribus capi pro debitis antecessoris, ut à Regia Senatu extat decisum, Relatore eru- ditissimo D. D. Raphaële Vilosa die 31. Octobris anni 1656. inter Ducem de Cardona, & coniuges Mata, ibi: Hoc tamen intellecto, & declarato, quod pro obligatione, per admodū Illustrè quor- dam Ducem Cardonæ firmata in capitulis matrimonialibus dictæ Nobilis Franciscæ Mata, non fiat executio, nedum in bonis in testamento condito per Ioannē Raymundū Folch de Cardona Ducem Cardonæ. Verum nec in Ducatu Ampuriarum, tanquam in bonis dignitatis Regalis, seu Maioratus, in quibus iure sanguinis succeditur, & latius probabo lib. 2. discurs. 8.

28 Ex quibus clarè deducitur † tuto- torem, non habere possessionem, nec retentionem bonorum maioratus, nec in illis habere pro suis creditis ius ali- quod, nec creditor in illis dici potest: & ideò nō est legitimus contradic- tor, qui in iudicio hoc possessorio oppone- re possit exceptiones, quas opposuit.

29 Si consideramus † bona maioratus tanquam propria pupilli debitoris, falsa est suppositio; nam ut suprà dixi- mus nō sunt possessoris, sed primi fun- datoris à quo successor illa recipit, & non ab vltimo possessore, ut videbis lib. 2. discurs. 7. & 8. & similiter non est legitimus contradic- tor, quia bona nō sunt pupilli sui debitoris.

30 Aut denique † consideramus præ- dicta bona Maioratus, tanquam pro- pria mariti ab illo relicta, in quibus iuxta stylū Cathalonix vidua, & eius filij heredes habent tenentam ex Con- stitutionibus Principatus pro dote, & sponsalicio, qui est noster casus, (se-

cluso maioratu) in quo tutor, nec alius creditor pupilli, vel mariti possunt habere retentionem, nec esse legitimi contradictores ex sequentibus.

31 Primò, † quia contra dotem nulla admittitur retentio *text. elegans in l. vnicæ, §. tacet, Cod. de rei uxori. act. & supra satis remanet probatum discurs. 3. & cum statuta Cathalonix transferant possessionem civilem, & naturalem in viduam, seu eius filios heredes omnium bonorum mariti ab instanti mortis illius pro dote, & sponsalicio mulieris, etiam si bona sint maioratus donec integre sit satisfacta: Hinc est, quod iste tutor, vel alter creditor non possit esse legitimus contradictor, ad impediendam immissionem actualis possessionis, cum iam statutum transtulerit in viduam, suosque heredes civilem, & naturalem ab instanti mortis mariti, cum ista bona ipsius mariti sint mulieri pro dote hypothecata, quæ pupilli non fuerunt, nec illa possedit; quia ab instanti mortis sui patris in viduam, & suos heredes translata fuerunt. Et pupillus non potuit pro suis creditis tacite, nec expresse obligare, nec hypothecare suo tutori, nec alteri creditori: & cum non sint bona pupilli, nec sint tutori obligata; hinc fit, quod tutor non est legitimus contradictor, ad opponendum exceptiones contra tenentam, quia non est heres mariti, nec successor Maioratus, cui illas obijcere competeat. Inter has enim personas semper lites, & contentiones in Cathalonia existunt, vt in omnibus dotarinis, & Senatus decisionibus inveniuntur; & nullam inuenimus in qua, creditor, tutor, vel altera persona fuerit admissa; nullo ergo iure tutrix ad tantas exceptiones opponendas potuit admitti, nam sua non interest.*

32 Vnum tantum casum inveni, † in quo creditori contra viduam in Cathalonia succurritur; non vt contra tenentam pro sua dote possit, vt legitimus contradictor exceptiones opponere, sed vt suum creditum, quod illi maritus debebat,

possit recuperare; & est, quando vidua habet tenentam Constitutionum in bonis mariti, & creditor mariti petit bona distrahi, & vendi, vt post solutam dotem, sibi de suo credito satisfiat. Tunc enim vidua ea exhibere tenetur, vt sibi, & alijs mariti creditoribus satisfiat, & præstabit patientiam, vt vendantur, ita Fontan de pact. tom. 2. claus. 7 glos. 3. part. 2. per totam, & signanter ex n. 10. cum multis ab eo relatis, D. Salga. in labyrinth. credit. part. 1. cap. 11. ex n. 67.

Ex hoc remedio creditori concessio, & practica optimè inferitur, † creditorem mariti non esse legitimum contradictorem contra uxorem petentem tenentam pro sua dote, nec posse opponere, nec obijcere exceptiones in hoc iudicio possessorio; etiam si heres mariti, vel successor in fideicommissis; & maioratu possit illas obijcere: ergo multo minus opponere poterit tutor pro creditis tutelarijs pupilli, cum non dum sit creditor patris. Et si creditor patris posset in hoc iudicio summarissimo possessorio opponere contra viduam exceptiones, tenentam excludentes, verisimile est, Fontanellam creditorem de hoc remedio consuluisset, & de illo mentionem fecisset, vel aliquod exemplar inueniretur. Et cum sit tam breue, & executivum hoc remedium viduis concessum, nondum consensit, Mieres in illo remedio, quod Fontanella pro creditore consuluit, venditionis bonorum, vt refert idem loco citato num. 10. in fin. & ad suam sententiam contra Mierem probandum multas Senatus decisiones affert num. 11. & 15.

Probatur vltterius, † nam remedium, 34
l. fin. Cod. de edict. Div. Adria. tollen. est summarissimum possessorium adipiscendæ: Sed in remedio legis finalis, quando heres scriptus petit possessionem, non est legitimus contradictor, nec impedit possessionem, nisi qui habet titulum æqualem hæredi, etiam si possideat, vt docti Menoch. de adijsscen. possess. remed. 4. ex num. 55. & 58. Ioan.

- Ioan. del Castil. tom. 3. var. cap. 24. n. 58.
 & 66. Cancer. 3. tom. variat. respon. 2.
 num. 5. & 32. & seq. Angelo. de legit.
 contradict. quest. 2. num. 183. Ergo cre-
 ditor, qui non habet titulum æqualem
 cum vidua, non est legitimus contra-
 dictor.
- 35 Probatur etiã † nam tutor, vel cre-
 ditor allegat titulum crediti, quod est
 diversum à titulo dicta legis finalis: sed
 qui allegat titulum diversum à titulo
 heredis, nō est legitimus cōtradiçtor,
 veluti si dicat testatorem vendidisse,
 vel donasse, vt tenet Menoch. dict. rem.
 4. num. 557. Ergo in remedio summaris-
 simo retinendæ Constitutionum Ca-
 thalonix non erit legitimus contradi-
 çtor, nisi qui habeat titulum æqualem
 dotis, & non est sufficiens titulus cre-
 ditoris.
- 36 Confirmatur etiam: † in hoc iudicio
 summarissimo retinendæ Constitutio-
 nis Hac nostra, & final. non conceditur
 creditori retentio bonorum mariti, vt
 tenet Ferrer in Const. Hac nostra temp. 1.
 num. 61. Amato resol. forens. part. 1. resol.
 39. num. 67. & 68. cum plurimis ab eo
 citatis: ergo tutor, vel alius creditor,
 etiam si sit creditor mariti, non est le-
 gitimus contradicçtor in hoc iudicio
 contra viduã, nec opponere potest cō-
 tra illam omnes excepçiones, quæ pos-
 sunt opponi in iudicio petitorio, vt Se-
 natus dixit, quia sua non interest, &
 sine exceptione excipit contra tenu-
 tam.
- 37 Suprà † num. 3. probavi cum Gut.
 & Fontan. tutorem non possidere bo-
 na pupilli, sed tantum in Cathalonia
 illis concedi retentionem bonorum
 pupilli, & Cæsar Argel. de legitim. con-
 tradicçt. quest. 2. num. 169. loquens de
 legitimo contradicçtore, sic ait: *at non
 possidentis non interest, quia nihil ab illo
 aufertur; non possessio, quia non possidet. nō
 dominium, quia non est dominus, non ius
 aliquod, aut spes dominij, quam habet, quia
 integra manet sua actio; quæ verba op-
 timè iurici adaptantur dicendo illi,
 quod sua non interest, cum nō possideat,*

& quia nihil ab illa aufertur; non pos-
 sessio, quia non possidet, nō dominium,
 quia non est dominus, non ius aliquod,
 aut spes dominij, quia non habet spẽ,
 & integra manet sua actio: ergo non
 fuit legitimus contradicçtor, nec potuit
 opponere exceptiones contra tenu-
 tam.

Et si dixeris † tutorem habere re- 38
 tentionem actualem bonorum, & esse
 sufficientem, vt sit legitimus contradi-
 çtor, & audiat, cum sua interfit, cum
 non esse eiecçtum à detentatione: audi
 Cancer. pro me exclamantem d. resp. 2.
 num. 45. ibi: *Nam bone Deus, si in iudicio
 summaris simo dicta leg. fin. si ve eius inter-
 rim, cum utroque casu heres scriptus habeat
 fundatam suam intentionem, quo ad posses-
 sionem, non iudatur ad versum fideicom-
 missarium licet possessionem sine titulo ha-
 beat, nisi de titulo fideicommissi clave do-
 ceat, vt superius probatum est, quomodo cum
 iudabit detentatio, quæ nuda facti insisten-
 tia est sine iure insistendi?*

Rursus probatur: † certissimi iuris 39
 est, filios spurios incapaces esse here-
 ditatis paternæ, & ab illa exclusos à
 lege: & hoc fit in odium filiorum, &
 contemplatione venientium ab inte-
 stato. Supponamus nunc, quendam
 instituisse in testamento filium suum
 spurium, & substituuisse quendam agna-
 tum: venientes ab intestato petebant
 hereditatem, ex eo, quod filius spurius
 erat heres institutus, propter quod he-
 reditas iure ad illos pertinebat: qua-
 ritur an isti heredes ad intestato pos-
 sint hanc hereditatem petere, & obji-
 cere contra spurium institutum? Vi-
 detur quod sic, nam sua interest, eo
 quod illos lex vocat: & nihilominus,
 quia substitutus patienter fert, vt spu-
 rius institutus hereditatem accipiat,
 non possunt heredes ab intestato he-
 reditatem petere; quia sua nō interest.
 Hunc casum mirabiliter affert Canc.
 3. tom. var. cap. 22. num. 139. ibi: *Iudatur
 hæc ex his, quæ tradit Peregrin. de iur.
 fis. lib. 3. tit. 8. num. 99. cum multis seqq.
 ubi dicit, quod licet contemplatione ve-
 nien-*

nientium ab intestato, sic inducta incapacitas spuriorum respectu parentum suorum: Verum quod si pater instituat filium spur. n. & ei vulgariter, & fideicommissum aliquem ex agnatis suis substituat: & ille agnatus relictum non impugnet, non posse ad illud relictum agere venientes ab intestato, eo quod obstat eis exceptio tua non interest, cum stante dicta substitutione, non advenientes ab intestato, sed ad substitutum pertineret, quod spurius capere non potest.

40 Nunc ergo ad casum nostrum, † vt relato æquiparemus. Sorores Ducissæ de Medina, vti heredes, & filia matris suæ pro sua dote, & arrhis petunt similiter tenutam constitutionum Cathaloniz simul cū Ducissa, quæ successit in Ducatu, & Maioratu tanquam primogenita, & Ducissa non impugnat tenutam à suis sororibus prætentam: non poterit igitur alius extraneus illā objectionem, & contradictionem opponere, eo quod obstat ei exceptio tua non interest, quia stante dicta successione in Ducatu non ad extraneos, sed ad successorem pertinet, quod sorores non capiant bona status remedio Constitutionum Principatus, & si illa patienter fert, quid sua interest extraneis, quod sorores bona maioratus capiant? Et quando sunt duo casus æquiparati in iure dispositum in vno, in alio censetur dispositum, l. ex morte, §. hoc tamen vers. Similique modo, Cod. de pact. convent. Glos. in l. mancipia verb. ad vocandum, Cod. de ser. v. fugit. glos. in fine in l. si quis ser. v. Cod. de furt. Antonius Gom. var. tom. 3. cap. 11. num. 1. vers. Advertendum tamen, Surd. de alim. tit. 2. quest. 10. num. 2. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 8. num. 16. Flores Diaz var. quest. 3. num. 27. & 29. Cald. Pere. de potest. elig. cap. 7. num. 5.

41 Iubantur hæc † doctrina D Salgati de reg. proced. part. 4. cap. 8. num. 94. qui sic ait: Quod tertius comparens executionalium, executioni, quam vult impedire ratione possessionis rei, quam habet violentè, vel clam, vel aliter per fraudem eam obtinuit, ad eumque devenit, non impediet eandem

executionem, quia non est legitimus contradictor: Ergo cum Ducissa de Frias habeat violentè possessionem, & clam, & aliter per fraudem eam obtinuerit, quæ vult impedire executionem Constitutionum Hac nostra & final, ratione possessionis bonorum quæ detentat, non impediet eandem executionem, nec est audienda, quia non est legitimus contradictor.

Vtteriùs, † regula est, vt non possit 42 impedire possessionem, quam petit heres gravatus, vel vidua, nisi qui est legitimus contradictor, vt satis probatum matet: & vbi exceptio non reperitur probata, nõ est à regula recedendum, l. in prævaricatione §. ultimo. ff. de prævarication. l. discentientem, Cod. de di. vort. l. illam, Cod. de collation. Flamin. de resignatione lib. 3. quest. 7. num. 45.

Et qui vult excipi à regula, † exceptionem propositam specialiter probare tenetur, Decius in l. iubere ff. de iurisdic. omniū iudic. n. 7. Roman. cons. 123. n. 4. Gratian. discept. forens. 10. §. cap. 975. n. 3. Ergo cum tutrix non probet specialiter suam exceptionem à regula, non est audienda, quia non est legitimus contradictor.

Ex his omnibus † satis, superque patet, 44 Ducissam tutricem in hac causa nõ esse legitimum contradictorem contra viduam agentem in summarissimo possessorio, ad opponendum omnes exceptiones quas opposuit ad excludendam tenutam: & non potest admitti quia vt dixit Carley. supra num. 16. citatus: Iniquum est molestari, & fatigari quemquam in prosecutione iudicij ab eo, qui sua nihil interest: & quid quid factum est, non, & ritè, & rectè factum, alia plura circa istam materiam retentionis tutoris videre poteris infra lib. 2. dict. 8. & 9.

Restat nunc, † vt argumentis in 45 contrarium adductis supra ex nu. 5. responsum adhibeamus. Non obstat primum desumptum ex doctrina Salgad. cui respondetur loqui in iudicio concursus creditorū, in quo quilibet creditor,

ditor, & legitimus contradic̄tor ad impediendum solutionem alterius, quia sua interest, & in iudicio plenario est audiendus. Quod in præsentī causa locum habere non potest, quia si bona Ducatus considerantur vt Maioratus, nullus creditor potest intendere contra illa, quia non sunt vltimi possessoris, sed primi institutoris, vt supra *ex num. 25.* probavimus, & contra maioratum nullum creditum habet. Et si consideramus, tanquam bona pupilli debitoris, falsa est suppositio, quia nō sunt pupilli, sed sui patris: & hoc iudicium est summarissimū possessorium, in quo creditor non habet retentionē, nec ius ad opponendum exceptiones contra tenuram, quia nō est legitimus contradic̄tor, vt probatum extat, & ideò doctrina, Salgad. nō potest adaptari, nec venire ad hoc iudicium.

46 Ad secundum † probatum ex doctrina Redenal. respondetur cum ipso Redenal. *conf. 45. num. 7.* se explicante, & dicente: *Loqui in bonis defuncti pro suo credito hypothecatis, & num. 9. quando defunctus obligavit omnia sua bona creditoribus, & eorum nomine constituit se possidere, sicque in eos transtulit omnem possessionem civilem, & naturalem (verba sunt ipsius): cui consonat in remedio summarissimo retentionis, Posth. de manutenendo obseruat. 61. ex num. 1.* Et cum in nostro casu tutrix, nō habeat bona defuncti pro suo credito hypothecata, nec possideat illa per constitutum, nec bona sint pupilli: hinc est, quod iuxta sententiam istorum Doctōrum, nec habeat retentionem, nec sit legitimus contradic̄tor.

S. II.

De iudic. possessor.

47 **H**is ergo iactis fundamentis † ad primam quæstionem principalem huius discursus redeamus; scilicet an iudicium summarissimū possessoriū habeat admixtam causam propieta-

tis, vt contra illud possessorium possint opponi omnes exceptiones, quæ pertinent, & pertinere possunt ad petitionem bonorum, vt Senatus in sua Provisione dixit; & quomodo sit intelligendum.

Supra ostensum est, † certissimam 48 esse in iure conclusionem, quod possessorium summarissimū, etiam si sit retinendæ, habet admixtam causam proprietatis, & in hac cōclusionē pars adversa nitens, omnes exceptiones opposuit, quæ poterant obijci in iudicio petitorio, & Senatus illas admisit. Sed hæc conclusio non est vniuersaliter vera, & limitatur, & intelligi debet, in quantum ad cognitionem qualitatum, quas Constitutiones, vel statuta requirunt; sed non in quantum ad exceptiones, quæ merè tendunt ad proprietatem, quia de his in iudicio possessorio summarissimo cognosci non potest.

Hæc doctrina probatur † à Bald. 49 *conf. 141. col. 3. vers. Tertiò est præmitendū vol. 1. & in conf. 330. eodem vol. Beroi. conf. 110. volum. 3. cæterisque allegatis à Francisco Milanense in decision. Siciliæ decis. 3. à num. 3.* qui loquuntur in terminis statuti, qui ipso iure, & absque apprehensione transfert possessionem in heredem, & resolvunt, quod qui intentat summarissimū retinendæ, tanquam heres virtute statuti, ad hoc vt gaudeat, & vti possit illa possessione, qualitatem heredis probare debet, & si deficiat in prætensione succumbet propter illam rationem, quod possessorium summarissimū habet admixtam causam proprietatis, & possunt obijci contra conantem probare, se esse heredem, omnes obiectiones, & exceptiones, quæ ad iudicium petitoriū possunt pertinere; sed non sunt admittendæ aliæ exceptiones, ad proprietatem pertinentes.

Eandem propositionem, & conclusionem † tenet Fontan. *de pact. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 4. num. 24.* in terminis tenuræ constitutionum huius Principatus,

cipatus, quando vidua dicit se spoliata, & intentat interdictum contra fideicommissarium, & idem tenet *in dic. claus. 7. glos. 3. part. 1. à num. 47. ad 50.* Vbi hanc eandem quæstionem proponit, videlicet, an vidua, quæ intentavit dictum possessorium retinendæ, teneatur probare dotis constitutionem, & eius solutionem, & sponsalium: & cum autoritate Senatus resoluit, teneri, quia sunt qualitates constitutionis *hac nostras*, & in eius comprobationem multos Doctores Castellanos allegat *super. l. 45. Tauri*, idem tenentes in successore maioratus, qui virtute dictæ legis Tauri præten dit tenutam, & debet probare ante omnia qualitatem successoris, & vocationem à lege requisitam.

51 Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 13. num. 14.* & eius Addition. num. 12. dicunt, † quod in interdicto possessorio retinendæ omnes exceptiones admittuntur, quæ excludunt qualitates à iure, vel statuto requisitas. Et in eadem intelligentia existit *Posth. de manut. obser. 55. num. 81. vers. Habet enim*, & allegat decisionem *Rotæ 523 in fin. part. 3. recenti. ibi: Vt in simili de statuto continuante possessionem in heredem*, & num. 88. dicit, quod possunt opponi omnes exceptiones impugnantes; cum non esse heredem, & quæ pertinent ad petitionem bonorum, non verò reliquæ, quæ non dependent ab statuto.

52 In proprijs terminis, † & expressissimis verbis ita explicat conclusionem Additionat. ad Molin. *lib. 3. de primog. cap. 13. à num. 12. ad 14.* his verbis: *Quod intellige de exceptionibus tangentibus successionem, non vero de alijs, tangentibus dominium rerum. Hæc enim non admittuntur, etiam si incontinenti probatio afferatur.*

53 Itaque ex hac doctrina deducitur, quod si exceptiones respiciant qualitates statuti, & incontinenti probari possint, quod tunc debent admitti; & dicitur possessorium habere admixtam causam proprietatis: si verò exceptio;

nes non respiciant qualitates statuti, sed tantum tangant dominium rerum, non admittuntur, etiam si incontinenti probatio offeratur: Et hoc ipsum videtur Senatui intellexisse, quando dixit: *Nam quando est probanda aliqua qualitas, veluti scilicet esse heredem, vel alia, ut descendencia, & comprehensio: possessorium semper est mixtum, & possunt opponi omnia, quæ possunt opponi in petitorio.* Et cum hac intelligentia, quando in gradu supplicationis cōtrarij imperij pars adversa voluit probare innumerabiles exceptiones, quæ non tendebant ad qualitates statuti, non fuerunt admittæ, & terminus ad probandum petitus à parte, fuit denegatus, ut constat ex altera provisione Regiæ, referente Doctissimo, integerimo, nobilique Senatore Cortiada, factò verbo in hac causa 28. mensis Septembris 1677. infra invenienda. Sed istæ exceptiones sunt opponendæ à legitimo contradicte, ut supra probavi.

Ad doctrinas in contrarium adductas est respondendum, quod doctrina Fontanellæ in primò argumento loquitur in exceptionibus, & qualitatibus, quas statutum requirit ut supra, à num. 48. dixi: Et in his terminis loquuntur, etiam DD. secundi, & tertij argumenti. Circa hunc discursum ampliora videre poteris in §. sequenti.

§. III.

AN SIT MANVTENIBILIS possessio, quæ habet contra se iuris præsumptionem, vel resistantiam?

54 Superius egimus † de remedijs summarissimis possessorijs, quæ admixtam causam proprietatis habent; illa explicando contra Ducissam de Frias, obijcientem, ad excludendam tenuitatem Constitutionum Cathalonie à Ducissa de Medina præten sam, pro dote, & archis suæ matris, esse omnes excep-

cep:

ceptiones admittendas. Modò quasi in vim exceptionis, hoc ipso discursu vtar ad excludendam violentam possessionem, seu detentationem Ducissæ de Frias; & probandum validissimis argumentis, non esse manutenibilem, ex eo, quia admixtam causam proprietatis habet, & secùdum istam cognitionem Senatù debere Ducissam de Medina in sua possessione manutene- re, eamque in actualè, & realè im- mitere quod ex sequentibus patet.

56 Senatus † in sua Regia Provisione à qua est supplicatum, expressè Ducissæ de Frias manutentionem concessit omnium bonorum Ducatus Cardonæ, quæ tempore motæ litis possidebat, vtens remedio possessorio summarissimo, quod *interim* vocatur, vt in *nu. 3.* continetur, ibi: *Attentò ex meritis processus, & aliàs constat, Admodù Illustrèrem Dominam Mariam Theresiam de Be- na videt esse in possessione, seu quasi, tempo- re litis motæ, & antè Ducatus Cardonæ, &c.* Et expressius inferius *num. 31.* in fi- ne, ibi: *Idèò, & aliàs sine præiudicio iu- rium, & prætensionum partium in iudicio petitorio, vel possessorio plenario, pro nunc interim hac lite pendente, & donec fuerit ius dictum super dicto petitorio, vel posses- sorio plenario, factò verbo in Regia Audien- tia pro videt, dictam N. manutenendam, & conservandam fore, & esse, pro vt cum præsentì manuteneri, & conservari mandat in possessione, &c.* Et Ducissam de Me- dina, in altera parte ipsius Ducatus eodem motivo manutenuit.

57 Ab ista manutentione, † alijsque gravaminibus est supplicatù à Ducis- sa de Medina, & revocationem, seu re- formationem prætendit ex sequenti- bus, salva in omnibus tanti Satus re- verentia, cui obsequiosè libenter hæc omnia subijcio, in vim defensionis pro- ponendo, non in modò contradictionis.

58 Primò † fateor iuris regulam, quam securam faciunt D. Covarr. *præf. cap. 17. num. 3.* & *Cancer. tom. 3. variar. cap. 14.* cæterique scriptores, quòd in iudi-

cio summarissimo possessorio *interim*, ad possessionem, quæ tempore litis motæ habetur, attendi debeat: sicut om- nes fateri similiter tenentur, hanc re- gulam aliquas exceptiones, seu limi- tationes habere, quas iuri, & casui cõ- formes esse iudicabunt.

Prima † est quando, qui possidet, vel 59 detentat actualè, & realè possessio- nem, habet contra se iuris vehemen- tem præsumptionem, que resistit ma- nutentioni, quam prætendit. Idem Do- ctiores, qui prædictam regulam consti- tuerunt, hanc indubitatam limitatio- nem recensent; quia tunc, illa posses- sio, seu detentatio non est manuteni- bilis: & non solum quando illa posses- sio est contra ius (quia in hoc casu ini- quitas, & de testabilis res foret illù ma- nutere) sed etiam quando præsumptio iuris vehemens est contra possiden- tem.

Hanc limitationem † communiter 60 docent, deducuntque Doctores ex tex- tu in *cap. cum persona, §. finali de privi- leg. in 6.* D. Præses Covarr. qui præ- dictam regulam assignat, istam etiam limitationem docet *dict. cap. 17. præf. num. fin. vers. quarto*, ibi: *Quartò non sic respondendum erit, ubi possidenti resistit valdè vehemens iuris præsumptio, quæ pu- blicæ authoritati favere, ac patrocinari vi- detur.*

Et hæc publica utilitas † in nostro 61 casu invenitur, ad conservandum Ma- ioratum Ducatus Cardonæ, ne sua bo- na dividantur, & ab alio quàm legiti- mo successore possideantur, vt expres- sè docet D. Ludou. de Molin. *de pri- mog. lib. 1. cap. 11. num. 6.* ibi: *Quæ om- nia præcipuè in Regnis, Ducatibus, Mar- chionatibus, Comitatibus, similibusque Dig- nitatibus Regalibus procedunt. Ea namque ex sui natura indivisibilia sunt: huiusmodi namque dignitatum divisio adversus publi- cum bonum esset.*

Idem dixit † Cathalonæ Senatus 62 decisio loquens de hoc Ducatu Car- donæ 28. die Septembris 1538. quam refert Ramo. *conf. 100.* ibi: *Attentò, quod*

Quod dictus Ducatus Cardonæ est Dignitas Regalis, & in ea dignitate, & alijs eidem dñicis dictus Illustrissimus Ferdināndus cōventus successit, non solum ex dicta donatione paterna in capitulis matrimonialibus sibi facta, & hereditario iure, tanquam hæres univērsalis patris in testamento relictus, sed etiam iure sanguinis, tanquam Primogenitus ex generali consuetudine pro bono publico introducta.

63 Et in alia decisione † eiusdem Senatus die 31. Octobris 1656. ibi: Hoc tamen intellecto, & declarato, quod pro obligatione per admodum Illustrē quondam Ducem Cardonæ confirmata in capitulis matrimonialibus dictæ Nobilis Franciscæ Maria non fiat executio, nedum in bonis in testamento condito per Ioannem Raimundū Folch de Cardona, Ducem Cardonæ, verum, nec in Comitatu Ampuriarum, tanquam in bonis dignitatis Regalis, seu Maioratus in quibus iure sanguinis succeditur.

64 Ex quibus doctrinis, † & decisionibus deducitur, quod cum Ducissa de Frias non possideat vt successor in hoc Ducatu, sed pro quibusdam creditis tutelaribus vltimi Ducis (ius filij svt alio loco latius demonstrabitur) sequitur, quod hæc sua possessio, seu detentatio, non solum contra se habet iuris vehementem præsumptionem, quæ publicæ utilitati aduersatur; sed etiam est contra ius, & non manutenibilis, vti comprehensâ in dicta prima limitatione.

65 Eandem limitationem † tenet Posth. de manu. obser. 42. num. 146. & obser. 44. num. 12. ibi: Quotiescumque verò præsumptio, quæ possessioni aduersatur, est admodum vehemens, manutentio denegatur: & idem tenet, num. 39. & seqq. & num.

66 19. dixit: Et paria † sunt, quod quis manifestè habeat ius commune contra se, vel vehementem præsumptionem iuris: & num.

67 20. ibi: Vbi † enim manifestè resistit ius, seu ad motum vehemens iuris præsumptio, non dicitur possessio, seu quasi, sed potius iniqua occupatio, quæ nihil occupatori prodest. Et † dicitur improba, & non manutenibilis possessio, quæ est contra prohibitionem statuti.

68

Ipsam limitationem † tenet Canē. 69 tom. 3. var. cap. 14. nu. 54. cum Menoch. de retinenda possessione rem. vltimo, num. 24. 25. & 26. qui omnes DD. formaliter loquuntur, in interdicto summarissimo interim.

D. Don Ioannes † de Solorçan. de 70 Indiar. gubernat. lib. 3. cap. 21. num. 54. sic ait: Vnde succedit firma textualis conclusio, quod etiam lite pendente aduersus eum, cui vehemens iuris præsumptio resistit, datur executio sui iuris, ei, qui fundatam habet intentionem in eo, nec aduersarius tuendus est in possessione, &c. Idem † tenuit Crespi obser. 93. n. 11. cum Posth. & Sesse.

Secunda † limitatio prædictæ regulæ est, quod possessio, quæ contra se habet iuris resistantiam, non est manutenibilis; & omnes Doctores supra citati, qui primam limitationem probant, hanc etiam secundam tenent, & istam possessionem contra ius detestantes, dicunt, contra iustitiam, & notoriam æquitatem fore, si detentator manuteneretur, ita Cancer. d. tom. 3. var. cap. 14. num. 54. 55. & 56. cum Rodriguez, Calanate, Portolès, & alijs, & in num. 57. sic concludit: Ex quibus habeo pro indubitato, vbi possessioni ius resistit, non debere possessorem defendi; n. quæ in interdicto interim.

Hoc est vicium ex terminandum à litibus, & omninò in iure reprimendum propter magna damna à DD. prævisa, quorum primus eruditè refert Ioann. Bapt. Luca in Theatr. verit. & iusti. lib. 10. de fideicom. disc. 197. n. 12. ibi: Vbi verò adest vicium, tunc, cum rigoribus iuris circa alia requisita procedendum videtur, ad reprimendam licentiam, committendi spoliū, ac se introducendi, hæreditate iacente, in possessionem omnem auctoritate propria: ita affectando fisci privilegium, litigandi manibus plenis.

Posth. † dic. obser. 42. num. 146. & 72 seqq. ibi: Nam si non est quis manutenendus, quando habet vehementem præsumptionem contra se: multo minus, quando non versatur in præsumptionibus, s. d. summus

- In claris: Cum iustitia, vel iniustitia possessionis in hoc interdicto, interim, tunc non sit attendenda, ubi est opus disceptatione ad cognoscendum de ipsa iustitia, vel iniustitia, secus verò, ubi absque disceptatione evidenter de iniustitia possessionis apparet:*
- 73 quia tunc petitorium absorbet possessorium. † Satisque dicitur processum cum causæ cognitione, ubi notoriè constat de possessionis
- 74 vicio. Nec † lex intendit tueri victosum
- 75 possessorem. Aliàs, † si quis in possessione, etiam iniusta defenderetur, daretur occasio
- 76 delinquendi: Via † calumnijs patefieret, temerarij foreverentur litigatores, & notoria fieret iniustitia.
- 77 Et quærens † quando possit constare notoriè, & evidenter de iniustitia possessionis, nu. 153. sic ait: Quando per sententiam, seu sententias, & rem iudicatam, vel aliàs ex actis per clara iura, & publica instrumenta producta. Et in præsentī lite habemus septem sententias transactas in rem iudicatam, & clara, & publica instrumenta producta foundationum Maioratus, quæ omnes resistunt adversarij possessioni, notoriamque, atque evidentem iniustitiam possessionis demonstrant; & ideò non est dubitandum, quod non sit manutenibilis. Ad omnia prædicta videndus est August. Barb. in votis decis. 7. lib. 3. voto 106. art. 2. ex nu. 66. ad 75 & Noguier. allegat. 26. num. 388. & Ioannes Gutier. conf. 6. num. 4. & 5. D. Lorent. Matheu de regim. Reg. Valent. tom. 1. cap. 6. §. 1. num. 35.
- 78 Et hoc † ipsum expressè prob. l. non dubium, C. de legibus, ibi: Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos volumus subssecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Ex
- 79 quo omnes DD. deducunt, † quod quando lex resistit alicui actui, tunc ex eo, nec civilis, nec naturalis oritur obligatio, l. cum lex, ff. de fideius. & Fontanel. de pact. claus. 4. glos. 7. part. 1. num. 57. hoc certissimum esse asserit. Si ergo in contractibus in quibus consensus invenitur, ex iuris resistencia, nec obligatio naturalis, nec civilis oritur, nec ullus producit effectus; certum

est in possessione Ducissæ de Frias nullam inveniri possessionem, quæ manutenibilis sit, cum ei ius manifestè resistat.

Regia Provisio † concessit manutentionem Ducissæ de Frias ex remedio summarissimo, interim, quia tempore litis motæ possidebat, quæ videtur fundata in l. 1. ff. uti possidet. §. retinenda inst. de interd. Covarr. practic. cap. 17. nu. 5. Cancer. tom. 3. Variar. cap. 14.

Aliam limitationem † hæc regula habet: scilicet quod in iudicio possessorio summarissimo interim non datur manutentio, quando possessio pendet à titulo; & hoc exēplificat DD. in causis beneficialibus, feudalibus, & Maioratus: nam cum hæc possessio pendeat à titulo, non attenditur possessio sine titulo, & ideò dicunt, † quod in isto summarissimo iudicio cognoscitur de titulo, & habet admixtam causam proprietatis hoc iudicium, ita docet Gregor. Lopez in l. 7. titul. 4. part. 5. glos. verbo possession. dicens, quod in causis beneficialibus Maioratus, & feudalibus, in quibus iustitia possessionis pendet à titulo, quidquid titulus detrahit proprietati, detrahit possessioni, & Hermosil. in dict. glos. glos. 2. nu. 27. sic ait: Nota, quod possessio cum accessoriè veniat ad dominium, cessante dominio, cessat possessio.

Iam supra probatum manet † Ducatum Cardonæ esse Maioratum dignitatis Regalis, in quo nemo possidere dici potest, nisi titulum possessionis ostendat: videamus ergo, quis titulus sit legitimus: & quomodo de illo in hoc iudicio, & remedio possessorio cognosci possit: audiamus D. Molin. de primog. lib. 3. cap. 33. num. 9. & sequent. ibi: Illud tamen semper præ oculis in hoc remedio possessorio tenendum est, quod quavis sit remedium possessorium, eius tamen natura, & qualitas est, ut habeat admixtam causam proprietatis: adeò ut in eo non possit obtinere: nisi ille, qui prius se esse verum ipsius maioratus successorem probaverit. Et num. 12. ibi: Ex quo huius materia

solidissimo principio plura ad præfata, l. Tauri declarationem deduci poterunt. Primum, quod in hoc interdicto possessorio, quod ex d. l. 45. Tauri competit: Si de addipiscenda, si de retinenda, vel recuperanda sit, admittenda sint exceptiones proprietatis causam attinentes. Cum enim non aliter possessio in eum, qui Maioratus successionem præterit, transferri poterit, quam si ipse verus atque legitimus ipsius Maioratus successor sit, consequens est, ut in quolibet interdicto possessorio, quantumcumque privilegiatum, etiam si recuperanda, vel retinenda sit, omnes exceptiones ad id attinentes admittenda sint: etiam si proprietatis causam concernant. Et hoc est, quod dicere solent scribentes; quod in interdictis possessorijs proprietatis causam annexam habentibus, quidquid detrahit proprietati, detrahit etiam possessioni.

84 Et in § num. 15. Hoc tamen intelligendum est, quando exceptiones incontinenti probantur, secus autem si altiorum indaginem requirant. Tunc § namque exceptiones proprietatis causam attinentes in huiusmodi interdicto admittenda non sunt.

85

86 Et in num. 16. Dicitur autem § exceptiones huiusmodi incontinenti probari: quando intra terminum à iure assignatum instantia, & processus principali, probantur.

87 Nunc ergo § ad nostrum casum deveniendo, illi prædictas doctrinas applicemus. Bona de quibus manutentio præteritur, & est concessa à Senatu, Maioratus dignitatis Regalis sunt, in quibus non potest de possessione cognosci, quin cognoscatur de titulo, quia hoc iudicium etiam si summarissimum sit; habet admixtam causam proprietatis.

88 Preterea in his bonis § nemo potest obtinere manutentionem: nisi ille, qui prius se esse verum ipsius Maioratus successorem probaverit. Cū ergo Ducissa de Frias non sit successor legitimus, neque illud intendat, consequens est, ut in hoc iudicio, vel interdicto possessorio manutentionem non sit; cum ista possessio sit contra ius, illique ius resistat.

89 Tum, hæc exceptio § incontinenti probata est, siquidem in processu septem Sententiæ Senatus, & instrumentum foundationis Maioratus existunt. Ex quibus sequitur, limitationem prædictam locum habere, scilicet, quod non attendatur possessio sine titulo, & debeat cognosci necessariè de titulo.

90 Eandem limitationem § tenet Fontan. in terminis summarissimi possessorijs interim decis. 325. num. 10. ibi: Possessio cuius resistit, non est manutentibilis sine titulo. Et in num. 11. cum duabus decisionibus Rotæ, & Marefcoto ait: Vbi asserit possessionem non quoadiutam titulo saltem colorato, non sufficere pro manutentione contra eum, qui habet iuris communis resistantiam.

91 In hac decisione § causam propriam Fontan. defendebat, in qua conabatur, titulum non ostendere, cum esset summarissima interdicti interim; & licet aliquibus fundamentis se tuebatur, tandem dicit, se esse coactum titulum exhibere, cum quo victoriam reportavit: sic constat ex decis. 526. num. 10.

92 In materia § beneficii multæ decis. Rotæ inveniuntur, quibus limitatio prædicta probatur, ut patet ex decis. Seraphini 1278 num. fin. ibi: Cum decisio huius articuli pendeat à negotio principali, nempe an Abbatia sit in Diocesi, vel extra Diocesim, placuit dominis, ut prius de veritate huius articuli videatur. Idem invenitur in decisione Alexand. Ludovic. 283. num. 5. ibi: Non est danda manutentio, nisi postquam apparuerit de validitate. Et addit, Beltram, alias decisiones refert.

93 Idem tenet § Posth. observ. 42. n. 1. ibi: Retardatur mandatum de manutentione per exceptionem, quod causa manutentionis pendeat à negotio, & articulo principali, seu possessorijs recipiat fomentum à petitorio, & requirat necessariam cognitionem meritorum causæ, vel agatur de re que habeat admixtam causam possessionis, & proprietatis, in qua unica detur actio, & qui non probat in petitorio succumbat in possessorio.

Foro : nam tunc discuti prius debent merita
causa a tunc articulus principalis, quam cō-
cedatur mandatum de manutenendo, estque
spectandus finis ipsius negotij principalis,
numque sine altero expediri, ac terminari
non potest. Et in num. 7. ibi : Hinc etiam
manutentio pendens à validitate tituli non
est danda, nisi postquam apparuerit de ipsius
tituli validitate. Et post tractatum ma-
nutentionis decis. 646. num. 10. & 11.
ibi : Neque dici debet, quod in iudicio ma-
nutentionis non sit querendum de titulo si
quidem id fallit quoties ins resistat petenti
manutentionem, quem admodum demon-
stratum est heredibus resistere, & debet tunc,
& in isto iudicio saltē colorari possessio
ex aliquo titulo.

54 Et quia ista decisio, & Fontanella
dixerunt : Saltē titulo colorato : ipsa
decisio declarat hæc verba num. 38.
ibi : † Et dicitur titulus coloratus, qui pro-
cessit ab habente potestatem. Et cum Du-
cissa de Frias, nec istum titulum colo-
ratum habeat : sequitur manutenen-
dam non esse.

55 In materiā feudorum † certissima
etiam est prædicta limitatio: nam sicut
in maioratu debet attendi ad titulum
successionis, ita in feudo : nam de vno
ad aliud valet argumentum. In termi-
nis feudorum, tenet Petr. Gregor. tract.
de iudi. in cau. feuda. quest. 17. num. 3. & sic
dixit Bald. in leg. 1. C. si de momen. posses.
colum. 3. quem refert, & sequitur Ti-
ber. Decia. resp. 45. num. 7. esse impossi-
bile in materijs feudalibus agere de
summarissima possessione, sine cogni-
tione tituli : quia feudum non potest
possideri sine titulo.

56 Eandem † sententiam sequitur
Afflic. Menoch. Bertaz. & alij quos re-
fert, & sequitur Ioan. Franz. Pont. de-
cis. 40. num. 3. vbi proponendo genera-
lem conclusionem; quod in summaris-
simo possessorio non admittitur dif-
cussio meritorum, ponit limitationē,
quando possessio qualificatur à titu-
lo, vt in beneficialibus, & in successio-
ne feudali, quæ est videnda. Nogue-
rol cum Grat. Gracia Amato, Argel. &

alijs allegat. 26. num. 300.

Optime probat † eandem limita-
tionem, Ram. conf. 58. num. 5. ibi : Quia
est certum, quod non potest dari manuten-
tio ei, qui præ tendit possessionem, vel Statū
ex aliquo titulo, nisi discusso, & examina-
to titulo: & redit rationem num. 6. ibi: Et
est ratio, quia in isto casu possessio dicitur
habere causam proprietatis annexam.

Itaque † qui præ tendit manuten-
tionem possessionis alicuius maiora-
tus, vel feudi, prætextu cuiuscumque
tituli, qui necessatio debet esse præam-
bulus possessionis, nō attenditur vlla
modo ad factum nudum possessionis,
quin cognoscatur de titulo, cuius vir-
tute fuit apprehensa : in quo conve-
niunt omnes DD. Et cum Ducissa de
Frias occupasset actualem possessio-
nem Ducatus Cardonæ pro creditis
tutelaribus filij sui vltimi Ducis, quæ
non excedebant 1200. libras arcas
hinc sequitur, debere cognosci de ti-
tulo præambulo dictæ suæ possessio-
nis, quæ habet admixtam causam pro-
prietatis.

Probatum vltèrius † formalissima
decisione 3. Milan. in qua fuit disputa-
tum in iudicio possessorio summaris-
simo de possessione Marchionatus Ga-
ratanæ inter D. Michaelē Septimio,
& D. Vellam de Septimio Ducissam
Vivonæ, filiam, & heredem vltimi pos-
sessoris. Præ tendebat Ducissa in pos-
sessione manuteneri dicti Status, quæ
acceperat, tanquam hæres patris sui,
virtute fori continuativi possessionis
de defuncto in heredem : D. Michael
præ tendebat, Marchionatum qualita-
tis agnatiuæ esse, in quo Ducissa suc-
cedere nō poterat, nec illi obelle pos-
sessionem, quam Ducissa apprehende-
rat, nec continuationem possessionis
statuti de defuncto in heredem. Causa in
favorem Domni Michaelis fuit ter-
minata, & reddit rationem num. final.
ibi : Quam obrem magna Curia respectum
habuit ad titulum veræ successionis: & cir-
ca medium numeri : ad eò vt Tribunalia
Regni, & maximè Tribunal Magna Rej

gia Curia sapius habuit, & habet præoculis ius veri successoris in istis possessorijs summarissimis, in manutenendo verum, & legitimum successorem in feudo.

300 Et † in hac decisione est notatu dignum, quod in illo Regno statutum continuativum possessionis de defuncto in heredem, etiam in feudalibus practicatur, vt ibi testatur Milan. & nihilominus, quia ex fundatione feudi constitit de iustitia successoris, & heredem iustitiam non fore, non fuit attentata possessio statutaria, nec à Ducissa apprehensa. Si igitur in dicta causa Ducissa possessionem actualem habebat, & statutariã, quæ vigeat in feudis, & ad manutentionem non fuit attentata: securius possumus dicere, possessionem Ducissæ de Frias, quæ nec est hæres, nec prætendit successionem, nec pro se habet aliquod statutum translaticivum possessionis, nequaquam esse in sua possessione manutenendam.

301 Cæterum, merita † summarissimi possessorij retinende sunt momentanea, & modici præiudicij, vt dixit Senatus Cathalonix in decisione huius causæ die 28. Septembris 1677. ibi: Et de iure merita interdicti summarissimi interim, de quo in hac causa tractatur, sunt momentanea, & modici præiudicij, etiam quando de eo agitur in vim Constitutionũ Hac nostra, & finalis, titulo disolte lo matrimoni: & nihilominus quia possessio dependet à titulo, cognoscitur de eo in hoc iudicio: vt tenet Paz de tenuta cap. 69. per totum, maximè ex num. 7. Cuius doctrinæ virtute, DD. etiam exteri, qui tenent prædictam limitationem; quod etiã in summarissimo cognoscitur de titulo, dicunt, quod in suis summarissimis possessionibus statutarijs, continuativis possessionis cognosci debet de titulo, eodem modo, quo in Castella cognoscitur, quando disputatur, in quem successorẽ translata fuerit possessio ministerio legis 45. Tauri; & eisdem auctoritatibus, & doctrinis, quibus DD. Castellani arguunt, illis referentibus dictam legem Tauri, sua sta-

tuta comprobant, ita Ant. Amat. resol. 39. ex num. 24. ad 27. Ram. conf. 58. num. 5. & 6.

§. IV.

AN EXCEPTIO, QUÆ est clara, & liquida, & incontinenti probari potest, etiam si petitorium respiciat, admittatur in iudicio summarissimo possessorio interim?

102 Titulus Maioratus Cardone clarissime constat in processu, & quod Ducissa de Medina successerit in illo, vt soror primogenita ultimi Ducis; & incontinenti hoc ipsum in processu est probatum: ex quo sequitur tertia invincibilis litimatio prædictæ regulæ, vt à tenuta prætensa Ducissa de Frias sit excludenda: quia quando exceptio, quæ respicit petitorium est clara; in iudicio summarissimo attenditur, & admittitur, atque manutentionem excludit, & legitimum successorem admittit, vt vidimus in dicta decisione Milan. & potest videri in alia decisione 810. Seraphini num. final, qui multis cõprobat, & tenet, quod quando exceptio, quæ respicit petitorium, vel possessorium plenarium, est liquida, attenditur in summarissimo. Idem tenet Alexan. Ludovi. decis. 424. num. 3. & 4. qui postquam regulam constituit, quod exceptio respiciens petitorium, non attenditur in summarissimo, limitat illam, quando exceptio iuris est clara, & liquida. Et Barbof. voto 106. num. 75. alserit ex hac ratione DD. tenere, quod quando exceptio, quæ respicit petitorium est clara, & liquida, absorbet in se causam possessorij.

103 Latius hoc probat cū multis Salga. de regi. protectio. part. 4. cap. 8. num. 206. & 207. & Grat. discept. 899. num. 20. 21. & 22. qui tenet, quod regula, quod in iudicio summarissimo possessorio, etiã
præ-

¶ *Et* do est manutenendus, reiecta exceptione, quæ respicit petitorium: limitatur, quando exceptio in processu constat, vel in illo est probatum, prædionem esse, & contrarium contra rationem naturalem foret.

§. V.

AN SIT MANUTENIBILIS possessio, quæ causam liti dedit.

104 **D**Ucissa de Medina † nunquam contrariæ possessioni assensit; quin potius illam ab initio contradixit: & hæc detentatio causam liti dedit; & est certum in iure, quod possessiones, & occupationes, quæ causam liti dederunt non sint æstimandæ, nec manutenibiles, vt tenet Glosa in cap. commissa, verb. pacificam, de electio. in 6.

105 Hinc deducunt DD. † quod possessio, quæ dat causam liti, non est manutenibilis, ita D. Covarr. præct. cap. 17. num. 6. §. quarto non sic respondendum in fine. Vbi docet, per ponderandam esse possessionem, eiusque antiquitatem, & administracula, Posth. de manuten. obser. 17. nu. 44. ibi: Actus verò, & possessio de recens, & quæ dederunt occasionem liti, non sūt habendi in consideratione ad obtinendam manutentionem.

Idem tenet † Noguera, a legat. 25. nu. 192. Vbi loquitur de possessione bonorum Maioratus apprehensa, & post sex dies contradicta: & multis Doctoribus, & decisionibus tenet, non esse possessionem, nec pro tali esse æstimandam. Quod similiter probat Roxas de incompatibilitate, part. 3. cap. 5. ex num. 9. ad 12. † etiam in possessione auctoritate iudicis apprehensa, si fuit data sine partis citatione.



§. VI.

AN SUPREMA TRIBUNALIA ius dicant veritate inspecta: & ad veram iustitiam, & titulum attendant?

107 **D**Octrina † hucusque tradita locum habet, etiam in tribunalibus inferioribus: Sed cum lis pendeat in Supremo Consilio, absque ratione dubitandi, hoc procedere debet: nam in superioribus semper merita causæ, & iustitiæ respiciuntur: & nunquam manutentionem concedunt, cui ratio, & titulus possidendi non assistit, sequentes regulam textus in lege si is a quo, ff. vt in possess. legato, ibi: Hodie constat, hodie agatur.

Suprema Tribunalia veritate inspecta procedunt, & signanter † de Senatu Cathalonix, qui personam Catholicæ Maiestatis representat, docet Fontanell. decis. 404. num. 5. & 24. Nob. Amigant. in praxi rubric. 16. num. 28. & Rubri. 9. nu. 61. † Quæ Tribunalia nunquam manutentionem concedunt, non solum quando, qui illam prætendunt contra se habent præsumptionem, & iuris resistentiam, sed etiam quando ex lite constat, illam petentes bonam causam non fovere, sequentes regulam legis bona fides 31. §. 1. ff. de positi, ibi: Et probo hanc esse iustitiam, quæ suum cuique tribuit, vt non distrahat ab illius personæ iustiore repetitione.

Ita † in terminis invenitur decisum in interdicto summarissimo interim ab Innocentio III. in cap. licet causam 9. de probatio. vers. Cum ergo. vbi denegata fuit manutentio communi Foventix in lite cum Ecclesia Ravenensi, super iurisdictionem Castri Ariolæ: quia nō ostendit titulum: & glosa in principio sic textum summat: interdicto vt possidetur obtinet, qui iustiore titulum probat. Et ex his rationibus, & ne in lites fiat

immortales, Tribunalia Suprema veritate iustitiæ, & causam possidendi respiciunt; non autem nudum factum possessionis apprehensæ.

111 Videtur nostram litem præoculis habuisse, illamque attentè respexisse † Cæsar Vrsi. in additione ad decis. 364. Matth. Afflict. num. fin. Vbi præponderans maxima damna, quæ proveniunt in manutenendo possessorè qui titulū nō habet, asserit, maiora esse subsequenda, quando qui mantentionem petit est persona potens, qui sua auctoritate, & fructibus rei possessæ in perpetuam litem colligantem involuit: & sic in fin. dict. num. fin. concludit. Cum in sacro Consilio nunquam, pro ut ego vidi observari, deciditur aliqua causa possessorij, quin non cognoscatur aliquo modo de proprietate, & sic magni momenti, ne lites frustra fiant.

112 Capici. Latr. † decis. 282. tom. 2. casum refert in quo Senatus in gradu appellationis in iudicio summarissimo possessionis, eo contempto, in proprietate causam definivit reddens rationē num. 47. † Quia Tribunalia Suprema, veritate inspecta, causas decidere debent, absque partium molestijs, & expensis.

114 Fontanellæ † hæc dubitatio occurrit, de pact. claus. 7. glos. 3. part. 10. ex n. 71. cupiens examinare, quæ exceptiones in iudicio summarissimo possent admitti, & sic ait: Magna res foret, quod tibi ego possem certam super hoc regulam tradere, quæ te nunquam falleret: sed hoc est impossibile, cum ex varijs causarum, & rerum figuris, quæ contingunt in singulis negotijs, id sit deprehendendum. Et num. 78. Sed quævis veritas supradicta sint, ego tamen sequeretur semper quod de Senatu Neapolitano, & illius practica docet Vrsi. ad Afflict. decis. 364. in fin.

115 Eandem practicam † observat Regius Supremus Castellæ Senatus, ut testatur Noguero. allegat. 26. nu. 389. ibi: Ex alio capite mantentio Monasterio debet denegari, quando possessionem habuisset, quia causa agitur in Supremo Se-

natu, in quo secundum communem practicam, nunquam mantentio possessori, qui iustitiam in principali non fovet, conceditur. Et sic asserit decilum in Indiarum Senatu cum associatis Castellæ, ad favorem Ecclesiæ Guadalfaxaræ, licet Monasterium Divi Benedicti esset in possessione constitutus.

Omnibus † tribunalibus generalem regulam constituit, Gratian. discept. foren. cap. 402. tom. 3. num. 1. ibi: Praferendum dixi dominum Antonium in mantentione possessionis, de qua agebatur. Cum enim habeat titulum, dicitur habere possessionem magis iustam obquam debet obtinere in mandato de manutenendo contra eum qui non habet titulum, quam vis etiam pretendat probare possessionem.

Antonius Thesaurus † decis. 206. num. 15. dicit: Quod ex sententia Senatus Pedemontani fuit data mantentio petita illi, qui titulum produxerat in processu. Idem tenet Xammar de offic. iudic. part. 1. quest. 4 n. 22. & 23. Polth. observ. 71. ex num. 105.

Comprobat † Cyriac. tom. 1. contro. cap. 10. num. 57. ibi: Prafertim cum causa cognoscatur coram Supremo Tribunali, quod representat Principem, & ubi id procedit sola facti veritate inspecta, Becc. conf. 52. num. 89. & conf. 89. nu. 5. Dec. conf. 199. in fine, alias est conf. 200. coram quo non suspenditur petitorium, sed utrumque simul terminatur, Menoch. conf. 2. num. 184. & 190. Decio conf. 449. num. 21. Cra. veta conf. 299 sub num. 3. vers. Quarto respondeo, Riminald. iunior. conf. 545. num. 25. Hondedæo conf. 94. num. 63. volum. 1. Adconditionator ad decis. 14. Bononiensem divers. in fine. Mysinger. centur. 6. observat. 93. Cum enim tale Tribunal procedat sola facti veritate inspecta, non debet prorogare decisionem eius, quod sibi constat, nec serere lites ex litibus, quas unica sententia tollere potest, leg. terminato 3. C. de fructibus, & liti. expens. Nam Senatus † cognoscit tanquam Deus, Covar. lib. 1. variar. cap. 1. & plurimi relati Guzman. de verit. iuris. verit. 36. ex num. 63 ad 70.

Et lites abbreviare valde Reipublicæ interest.

interest, l. properandum 13. in princ. Cod. de iudic. ibi: Properandum nobis visum est, ne lites fiant penè immortales, & vitæ hominum modum excedant. Et Cyriac. in controver. 12. num. fin. ibi: Hic possem addere multa, quod cum causa ista cognoscatur, ut credo, sola facti veritate inspecta, & coram prudentissimo, & providentissimo legato representante personam Summi Pontificis, non debet attendi rigor huiusmodi possessorij, sed inspicere veritas, relaxando possessionem dominis fideicommissarijs, quorum ius est certum, & clarum.

120 Ius Ducissæ de Medina tã certũ, & clarum in processu est, ut ab hinc centum annis amplius constare nõ potest. Et cum de eo cognoscatur coram Supremo Tribunali, quod Regem representat, & ob id procedit, sola venitate inspecta, ut supra num. 107. probavi, coram quo non debuit suspendi petitorium, sed utrũque simul terminari, nec debet prorogare decisionem eius, quod sibi constat, nec ferere lites ex litibus, quæ per novem annorum curricula seminatae sunt, quas vnica sententia tollere potest: nam in potestate ius dicentium plerũque magis consistit, quam in partium cavilationibus, ac dilationibus, ut Imperator in *l. properandum*, dixit, qui postquam terminum Iudicibus ad terminandas causas constituit, ita ait: *Hoc etenim iudicialis magis esse potestatis, nemo est qui ignoret: nam si ipsi noluerint: nullus tam audax invenitur, qui possit in viro Iudice litem protelare.*

121 Pro coronidè † huius discursus duas decisiones Supremi Senatus Aragonum fideliter referam. Prima, est super Statum Ducatus Sugurbi inter Excellentissimos Dominos Ducissam de Medina, & Sugurbi, & D. Domnum Petrum Aragoniæ, eius Patrum: in quo Don Petrus apprehendit actualem possessionem dicti Status, & dicebat se legitimum successorem esse, quia erat agnatus, qui excludere debebat Ducissam; nam Maioratus agnationem rigurosam requirebat. Ducissa vero ut soror

primogenita vltimi Ducis Dom. Ioa-chimi dicebat Maioratum regularem esse, & non agnationis rigurose, ad quod exhibebat fundationis instrumentum, & sententias Senatus, in quibus ita fuerat declaratum, & omni meliori modo, vtiliori que remedio, ac interdicto retinendæ, adipiscendæ, seu recuperandæ possessionem petebat. In Senatu Valentia vbi lis agitabatur D. Don Petrus summarissimum, interim remedium prætendebat, quod in illo Regno *Ius firmæ* nuncupatur, & sic dicebat, ibi: *Pro parte verb Illustris Don Petri, die decimosextimo Aprilis eiusdem anni, in adversum fuit expositum, confirmandam fuisse admissionem Iuris firmæ, prædictis rationibus appositis insuperhabitis, & repulsis, qua constabat de expresso mandato ad obtentionem illius de legitimis possessionibus Status, Villarum, & locorum eiusdem: neque in hoc summarissimo iudicio admittendam cognitionem titulorum, sed tantum possessionis, cæteris exceptionibus, ad illud competens, reiectis. Tandem causa cognita in dicto Supremo Aragonum Consilio cum sex associatis doctissimis Senatoribus Consiliorum Castellæ à sua Catholica Maiestate nominatis, scilicet, D. Antonius de Monsalve, Don Ildephonsus de Olea, Don Ildephonsus de Llano & Valdès, Don Laurentius Sanctus, Don Iosephus Beltran de Arnedo, Don Petrus de Villosa Golsin: decisa fuit in favorem Ducissæ, & sic fuit dictum: Quod si vtrique pars amplius se possidere affirmet, ut in presenti experimur, illa superior erit interdicto, qua potiora iura ostenderit. Et tamquam Supremi Senatores cavillationes processus, & remedij summarissimij possessorij scrupulositatem contemntes, solam veritatem iustitiæ, & vere successionis respicientes, & de possessione loquentes, sic dixerunt: Hanc vtrique pars ad se translata existimat: & paulo post: Necessum videtur non ita CONTINENTER de possessione cognoscere, quam de titulis, quibus nititur, & foverur, saltam ad illarũ colorandam subeat examen. His ite*

premissis, inspiciendum videtur, quibus titulis deferatur, atque delata sit huius Status successio ad effectum translata possessio- nis, & manutentionis à partibus desiderata. Et tandem concludunt: Certius ac ius- tius arbitramur dictam Illustrem Dominam Catharinam Antoniam Ducissam de Me- dinacæli, iuxta superius tradita potiorum titulum ostendisse, &c. Quæ verba, qui- libet vir prudens dicet, in presenti cau- sa esse proferenda, & adaptanda.

22 Secunda est † in causa inter Damia- nū Berbegal, & Doctorem Ioannē Fa- babux, contra Hieronymum Cortès, in qua postquam Regium Regni Valen- tiæ Consilium Provisionem iuris firmam, hoc est, interim, manutentionis Docto- ri Fababux cōcessit; In gradu supplica- tionis apud Supremum Aragonū Con- silium causa exagitata, Provisio Valen- tiæ fuit revocata hoc motivo, ibi: Præ- terea iure constituendum est, prælibatum Doctorum Fababux, nec potuisse possessio- nem præfati agri apprehendere, nec casu, quo eam de facto apprehenderit, in illa tue- ri, nec conservari posse, quippè cum ex le- gis dispositione, non ratio obtinenda posses- sionis, sed originem nasciscendæ exquiren- da sit, quæ si ab eo, qui illa invari postulat producat, & viciosus, vel in validus ti- tulus, seu origo appareat, tunc talis posses- sor, quamvis antiquissimus nullo pacto iu- vandus est, nam titulus viciosus, & evi- denter illegitimus possessores in mala fide cō- stituit, & consequenter eos in dolo versari con vincit, cui possessioni dolosa, ac eviden- ter viciosa ius assistere non debet.

S. VII.

REMEDIA SUMMA
rissima possessoria sunt valde peri-
culosa in conscientia, quando
adeft defectus proprietatis;
& quid facere debent
Advocati?

63 CVM omnibus prædictis † concur- rit mala fides, quam ius contra

partes, quæ dilationes litium procu- rant, præsumit; in quibus valde cauti debent esse boni advocati, vt consu- lit Scacci. de re iudic. glos. 14. quaest. 19. num. 98. & iterum Poth. observat. 81. num. 28. ibi: Atque idè, cum remedia pos- sessoria sint periculosa in conscientia, si ad- sit defectus proprietatis debet Advocati, & Procuratores esse cauti in illa intentanda, & defendenda: & cognita iniustitia, vel calumnia, debent litem non instituire, vel iam institutam de serere.

Sequitur † Sarmien. lib. 2. selectar. c. 124. 14. per totum, præcipue, num. 5. ibi: Vnum etiam animadvertendum superest, quod in his possessorijs remedijs non est omitendum, scilicet quod in conscientia sunt valde peri- culosa: nam nullo modo potest quis sine pe- riculo animæ possessorio remedio agere, etiam si in eo bonum forte ius, nisi, & in iudi- cio proprietatis res ad eum pertineat; & ali- ter agendo scienter peccat mortaliter, & ad omnes expensas, damna, & interesse parti victæ tenetur.

Idem tenet † Gutierr. conf. 6. num. 125. fin. D. Ioann. de Solorzano de Indiar. gubernat. tom. 2. lib. 2. cap. 29. num. 8. ibi: Quamvis verum sit, quod ubi possessory, & petitory fundamenta eadem sunt, & statim de illis in utroque iudicio constare potest, nõ debet duplex iudicium formari ex his, quæ graviter, & doctè trahit Sarmiento omni- nõ videndus, lib. 2. Selectar. cap. 13. num. 5. & 6. Ioann. Gutierr. conf. 6. num. 12. & eis, & alijs relatis. Hieronym. Gonçal. ad regulam. 8. Cancellaria. glos. 1. §. 5. num. 96. ubi probant, mortaliter peccare, & ad omnes expensas, damna, & interesse partis teneri, tam litigantes, quam Iudices, & Advocatos, & Procuratores, qui ubi ex causa meritis notorium defectum propieta- tis agnoscunt, in superficiarijs, & dilatorijs remedijs possessorijs insistent, vel pronun- ciant, & ius proprietatis parti, cui competere reddere supersedent, & idem repetit in politic India. lib. 3. cap. 31. fol. mihi 472. column. 1. Barb. vot. 54. num. 22. lib. 2.

Sed his omnibus † præcellit Impera- 126
tor Iustinianus; cuius præceptis si nos obtemperemus, minora damna, & vix;

vexationes litigatores, sic dixit in l. rem non novam in fin. §. Patroni autem causarum, qui utrique parti suam prestantes auxilium ingrediuntur, cum lis fuerit contestata, post narrationem propositam, & contradictionem obiectam, in qualicūque iudicio maiori, vel minori, vel apud arbitros, si ve ex compromisso, si ve aliter datos, vel electos, sacrosanctis Evangelijs tactis iuramentum prestent, quod omni quidem virtute sua, omnique ope, quod verum, & iustum existimarint, clientibus suis in ferre procurabunt: nihil studij relinquentes, quod sibi possibile est: non autem credita sibi causa cognita quod improba sit, vel penitus desperata, & ex mendacibus allegationibus composita, ipsi scientes, prudentesque mala conscientia liti patrocinabuntur: sed etsi certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit à causa recedent, ab huiusmodi communiōne sese penitus separantes.

Non me latet † Roxas de incompatibilit. part. 5. cap. 5. n. 53. dixisse, non teneri advocatos causam possessoriam deferre, licet adsit defectus proprietatis: cui non assentio, nec unquam praticavi, sed Deo favente à multis causis recessi: † aliàs studiosa cupiditate laborabunt, quod studiosis abominabile vitium est, & sanari libris oportet, ut dixit Horatius lib. 1. in epistola 1. ad Mecanatem.

Feruct avaritia miserōque cupidine pectus?

Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem.

Possis, & magnam morbi, deponere partem.

Et Roxas loquitur in iudicio tenuræ leg. 45. Taur. de quo in supremo Regio Senatu Castellæ privativè cognoscitur, ibique cognosci de proprietate nō potest; nam iure municipali hoc iudiciū proprietatis debet remitti ad Senatores Cancellariæ iuxta l. 9. & 10. tit. 7. recopilat.



§. VIII.

IN IUDICIIS SUMMARISSIMIS possessorijs retinenda, seu adipiscenda, & recuperanda, an inter dictum interim, possit proponi?

Iam supra in §. 3. num. 56. ostendimus ¹²⁸ Senatū sic pronunciasse: Ideo, & aliàs sine præiudicio iurium, & prætensionum partium in iudicio petitorio, vel possessorio plenario, pro nunc interim hac lite pēdente, &c. Ex quo constat remedium interim, posse proponi, ac partibus esse concessum. Et ut istam quæstionem studiosè examinemus, debemus recordari, Ducillas de Medina, & de Frias respectivè remedium summarissimum manutenenda Constitutionum Hac nostra, & final, titul. disolt lo matrimoni intentalle, & nunc quærendum venit, an iustè, & rectè à partibus possit remedium interim, simul proponi, in iudicioque illis concedi.

Pro parte affirmativa, habetur doctrina Dom. Covar. pract. cap. 17. nu. 2. ¹²⁹ *vers. Quo fit*, ubi expressè tenet, habere locum in causa, & lite possessorij, in qua de possessione agitur, & reddit rationem, ibi: Est etenim ratio manifesta, quia si hac interlocutio tantū habet effectū, donec feratur sententia diffinitiva, lite pēdente, absque præiudicio possessionis, & iuris actori, vel reo pro ea competentis, deditur e videnter hoc remedium, vel auxiliū esse itidem admittendum in lite, & contraversia possessorij iudicij: cum per id nullum præiudicium sententiæ si vendā in eodem iudicio diffinitivè fiat, nec ei quidquam obstat.

Secundò probatur † ex doctrina ¹³⁰ Posth. de manut. obser. 2. num. 45. qui in possessorio retinendæ asserit expressè hoc summarissimū interim locum habere, ibi: Licet ex dictis etiam duobus remedijs ordinarijs veilius, & cōmōitus reputetur remedium retinendæ, quam remedium spolij,

spolij, cum post illud intentatum possit intentari hoc summarissimum manutentionis interim, quod non potest facere, qui spoliatum se dixit, Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 6. & seqq.

31 Tertiò, † prædictus Fontanella loco proximè citato num. 19. quæstionè movet: an viduæ competat hoc remedium interim: Et num. 20. & 21. refert Senatus decisionem, quæ viduæ contendenti cum donatario cum clausula constituti illud concessit.

32 Eandem † quæstionem in terminis tenet Constitutionis *Hac nostra*, excitavit Ramon *conf. 97.* his verbis. *In interdico interim summarissimo, quis manutendus sit in possessione, an donatarius vigore clausula constituti, an vero vxor beneficio Constitutionis Hac nostra.* Et pro certo tenens, ac fundans vxori competere, refert decisionem Senatus in fin. consilij, quæ sic dixit: *Dictam Nobilem Domnam Hieronymam de Vilademany confer vandam esse in possessione dictarum decimarum, & iurium.* Ex quibus omnibus clarè constat in summarissimo possessorio manutentionis retinendæ, quæ viduæ competit pro dote sua, & sponsalicio, competere etiam remedium interim.

33 Noster † autem Doctissimus Dom. Molin. *de primog. lib. 3. cap. 13. num. 70.* in terminis interdici possessoriij retinendæ, seu manutentionis *leg. 45. Tauri* quæstionè proposuit, & doctrinam D. Covarr. retullit, & tandem num. 71. suam protullit, negando in hoc iudicio tenetæ interdici interim introduci, & decerni posse, sic ait: *d. num. 70. Ex eisdem etiam inferri potest ad decisionem alterius quæstionis: virum scilicet in hoc remedio, quod iam possessorium est, valeat etiam proponi aliud, quod interim appellatur ad hoc, ut pronuncietur quis pendente eo iudicio in rerum Maioratus possessione esse debeat. Et prima facie videtur dicendum, quod sic: cum in interdici possessorijs etiam de hoc remedio agi soleat: Et quod sic frequentissime in forensibus controver-*

sij observari solitum est. Sed quamvis in alijs remedijs possessorijs hoc satis absolutum sit: in hoc tamen interdico, quod ex dicta lege Tauri competit, contrarium dicendum erit. Nam etsi in alijs interdicijs possessorijs, quæ via ordinaria tractantur, possit summarie agi de hoc remedio, quod interim appellatur. In hoc tamen interdico, de illo nullo pacto agi poterit. Cum enim remedium hoc summarium atque brevissimum sit, constat in illo non posse de alio remedio, quod etiam summarium est, tractari, nec pronuntiar. Si enim id fieri posset futurum esset, ut eodem tempore causa super negotio principali, atque super interdico, quod interim appellatur, terminanda foret. Quo tempore non super eo quod pendente iudicio efficiendum est: sed potius de negotio principali agendum erit, superflua namque esset pronuntiatio de eo, quod pendente iudicio efficiendum est: cum sententia lata super principali statim exequenda sit, atque aliud remedium absorbeat.

Eandem † sententiã sequitur P. Mol. *134 disp. 638. num. 10.* & vtriusque Molinæ sententiam probant additionat. Molinæ dicto num. 70. Ioan. Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 73. per totam, Mier. de Maiorat. 3. part. quæst. 7. ex num. 2.*

135 Ecce quæstionè propositam, valdè ancipitem, & dubiam inter Doctoresque contrarias inveniri sententias: nam iudicium summarissimum tenetæ, quæ virtute, *leg. 45. Tauri* successoribus Maioratum competit, est omnino idem, ac æquale cum iudicio tenetæ, quæ in Cathalonia mulieribus pro sua dote, & sponsalicio est concessa. Nam ipso iure statuta transferunt possessionem civilem, & naturalem bonorum in successores, & viduam ab instanti mortis antecessoris, & mariti respectivè; & cum Doctoribus Cathalanis iungitur D. Covarr. qui idem docuit. Quid ergo in hac contrarietate dicã? In quo negotio tanti ponderis, quo me vertam nescio. Sed sequendo doctrinam D. Molinæ, cæterorumque sequatium, existimo in puncto iuris, in remedio, seu interdico retinendæ: quod competit

petit successoribus Maioratum, & viduæ, non posse peti, nec concedi illud interdictum summarissimum, quod *interim* vocatur: nam vtrumque summarissimum est, & mihi videtur sicut Molina, vt eodem tempore causa super negotio principali tenetur, & super interdicto *interim* possit substantiari, & terminari: nam si negotium, & causa est terminabilis in iudicio, seu articulo *interim*; etiam est terminanda in remedio possessorio tenetur; & si declaratur successorem Maioratus, seu viduam esse manutenendos virtute statutorum, non inuenio, ad quid proficiat remedium *interim*: Nam illa declaratione facta super principali tenetur, continet in se omne quod potest operari interdictum *interim*.

136 Hoc enim † præsertim in Maioratus Castellæ locum obtinere potest: Nam in Supremo Consilio, vbi lites tenentur Maioratum privatim agitantur, nunquam practicatur prædictum remedium *interim*, sed alio succurritur litigatoribus: concedendo administrationem bonorum illi, qui successionem præten dit, & prima inspectione fundationis videtur melius ius habere ad successionem Maioratus.

137 Si verò † verisimiliter timeatur, quod partes ad arma perventuræ sint, vel aliàs scandalum speretur. Eo enim casu Regij Consilij hoc ita componunt, ne scandalum oriatur, seu partes ad arma, & contentiones deveniant; & provident, quod possideat pendente lite ille, quem ex probationibus, seu aliter constat tempore eiusdem lites motæ possidisse, vel Maioratum sequestrando, si non constet quis eorum tempore motæ lites possidebat: quæ est limitatio doctrinæ, quæ adducit D. Molina loco cit. num. 72. & idem practicatur in Consilio Cathalonæ, vt tenet Xammar *de offic. iudic. p. 1.*

138 *quest. 24. num. 24.*

Hanc eandem praxim † videtur aliquando observasse Senatam Cathalonæ in decisione, quam refert Fontan.

de pact. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 20. & 21. vbi vidua erat in possessione actuali bonorum mariti, & propter timorem ne partes ad arma venirent de mandato Consilij Criminalis fuerunt prædicta bona sequestrata iudicio pendenti, & tandem Senatus viduæ manutentionem concessit, quo iudicium fuit finitum: & ita remedium *interim* videtur fuisse superfluum, nec admissum: & si in dicta decisione metio fuerit facta dicti remedij *interim*, non fuit necessarium illo uti: nam cum vidua ante sequestrum possidisset, & sequestrum illi possessionem non tolleret, sed potius conservaret, potuit Senatus illam in suam possessionem tueri, & manutene re, virtute constitutionis *Hæc nostra* absque remedio interdicti *interim*, & vna sententia, seu provisione vtrumque terminare.

Sed licet † hoc in puncto iuris certum esse videatur, & possit practicari in Cathalonia, vt invenimus aliquando esse practicum, nihilominus in nostra lite singulari prudentia, & providentia doctissimi Senatores hoc remedium *interim* vti fuere: nam cum prius declarassent non esse locum tenetur præten sæ à Ducissa de Medina pro dote, & arrhis suæ matris, consequenter fuit necessarium cuilibet Ducissæ in possessione bonorum in qua existerat tempore lites motæ, manutene re, & conservare *interim*, quod lis finiretur. Ex quo magnum commodum sequi poterat Ducissæ de Medina (seclusis alijs remedijs, quibus nititur, vt ipsa in possessionem mittatur, etiam si tenetur constitutionis deficeret, vt supra, & ex sequentibus satis manifestum fiet) nam ex suppositione, quod hoc vnicui remedio tenetur fungeretur, si sua Provisio in gradu supplicationis confirmaretur, (quod non spero) posset ad remedium petitorium recurrere, absque restitutione bonorum, quæ possidebat vna cum fructibus, vt erat necessarium, hæc omnia purgare; antequam in iudicio petitorio fuisset admilla. Et ideo

Senatus summa providentia hæc omnia attendens, videtur, ne devenirent ad arma, providisse, vt Ducissa de Medina manuteneretur in illis bonis, quæ possidebat tempore litis motæ, interim quod causa finiretur, cum quo relevata remansit ab onere relinquendi bona possessa vna cum fructibus, & turbationibus.

140 Omnia prædicta † roborem accipiūt: nam vt asserit Covarr. *pract. cap. 17. num. 1.* (qui fuit Princeps huius remedij *interim*) & cæteri sequaces, hoc remedium fuit inventum, ne contingant inter litigantes offensæ, rixæ, & iniuriæ; & quoties hæc absunt, non est necessariū hoc remedio vti, nec illud concedere, præsertim in nostra causa: nam etiam si Senatus Provisio confirmaretur, nihil aliud Ducissa de Frias consequi poterat, quàm gaudere; quia ipsa quietè, & pacificè, & sine molestijs sua detentatione fruitur.

141 Vnum † commodum invenio inter cætera, vt vidua intentare valeat prædictum remedium interim summarissimum, † & est, quod remedium tenuitæ constitutionis *Hac nostra* in iudicio plenario possessorio terminatur, vt refert Fontanel. *d. claus. 7. glos. 3. part. 10.*

142 *ex num. 19.* † & si remedium summarissimum *interim* præterdit, maioris privilegij est, magisque summarium, quam tenuitæ constitutionis, vt docet

144 idem Fontanell. † quia in illo repulsa

145 testium non admittuntur, † nec exceptio falsi instrumenti, † nec restitutio

146 minori conceditur, aliaque privilegia irregularia, Covarr. refert *d. cap. 17.* & ita dixit Regia provisio in hac causa edita die 28. Septembris 1677. referen. N. Cortiada per totam. Et ita concludo cum Doctoribus Cathalanis, quod in hoc Principatu plurimum interest viduæ, hoc remedio vti in iudicio possessorio tenuitæ cõstitutionis *Hac nostra*, vt in Senatu invenio practicum, licet in Castilla non sit ita receptum, & ita DD. vtriusque Regni concordabo.

In remedio autem † *recuperanda possessionis* certissimum est, non posse intentari; nam cum hoc interdictum supponat non possidere, & ad interdictum *interim* requiratur possessio tempore litis motæ, impossibile est vt istæ propositiones, possideo, non possideo, sint simul veræ; & sic dixit Posth. supra citatus, *num. 130.* loquens de remedio *recuperanda*, ibi: *Quod non potest facere, qui spoliatum se dixit.* Fontanel. *de pact. clausul. 7. glos. 3. part. 10. num. 6. & seqq.*

Sed nihilominus † Fontanel. *loco citat. num. 30.* in favorem mulieris spoliatæ à sua possessione actuali, dixit, etiam hoc remedium interim ei competere, & esse concedendum, denegandumque detentatori, seu spoliatoris quia cum mulier retineat possessionem civilem, & naturalem, quam constitutio in eam transtulit, & actualem, & corporalem obtinuerit, licet ab illa sit spoliata debet præferri spoliatori, sic ait: *Sed in contrarium est veritas, quod licebit mulieri spoliata possessione, vti hoc remedio, nisi alius, qui de facto possessionem accepit potiora iura habeat, veluti si fuisset filius, & hæres primæ uxoris: quia in viduâ translata fuit possessio civilis, & naturalis, & potiora iura habeat, quam is, qui ex facto corporalem nactus fuit.* Cui opinioni, & practicæ libenter assentio, quia est iuri, & æquitati consona.

In interdicto † autem *adipiscendæ* nõ est dubitandum, quod licebit illud intentari, dicto remedio *interim* vti, iuxta doctrinam Covarr. *practic. cap. 17. num. 2. vers. quo fit*, qui de omnibus iudicijs possessorijs loquutus fuit: & in hoc nulum inconveniens potest inveniri de his, quæ supra in alijs iudicijs sunt ponderata. Potest enim pro bonis, quæ possidet retinendæ, & interim intentare; & pro illis, quæ non possidet remedium *adipiscendæ* implorare, quia omnia compatible sunt. Vt ego ipse *infra lib. 2. discurs. 4. latè tractabo.*

(***)

DISCVRSVS V.

De renunciatione tenutæ.

SVMMARIVM.

1. Tenuta composita faciendi fructus suos, & simplici an sit renunciatum per verba ibi posita?
2. Statutum Cathalonie transfert in mulierem possessionem civilem, & naturalem ipso iure.
3. Possessio civilis, & naturalis ab statuto translata, ipso iure, vocatur Civilissima, licet Fontanel. dissentiat.
4. Renunciare quilibet potest favore suo.
5. Beneficium constitutionis Hac nostra est renunciabile.
6. Beneficium tenuta est illa possessio civilissima quam statutum ipso iure transfert in mulierem, & suos filios heredes pro dote, & sponsalitie, ut bona possideant.
7. Tenuta non est ius faciendi fructus suos, sed quid distinctum à tenuta.
8. Constitutio Hac nostra, tria Privilegia concedit viduæ.
9. Renunciatio facta à muliere non petendi tenutam pro sponsalitie, sed certa alimenta, debet servari cum decisis. Senatus.
10. Renunciatio totius iuris, legis statuti, aut privilegij facta à muliere continet tenutam simplicem: sed contrarium veritas, n. 48. 55.
11. Coniunctio, &, posita in capitulis matrimonialibus, iungit tenutam simplicem, & compositam.
12. Coniunctio, &, copulat præcedentia cum sequentibus.
13. Et aequaliter copulat, ita quod sit idem de vno quod de altero.
14. Tenuta constitutionis Hac nostra nõ habet locum ad faciendum fructus suos in bonis maioratus, sed tantum tenuta simplex potest in viri.
15. Renunciatio facta ab vxore tenuta non

intelligitur de tenuta simplici retinendi bona mariti.

16. Tenuta dicitur in simplicem, & compositam.
17. Tenuta simplex potest inveniri sine composita.
18. Mulier mortuo viro, ipso iure, iure creditoris possidet bona viri, & post annum ut usufructuaria.
19. Tenutam faciendi fructus suos vxor renuncia vit, sed non simplicem retentionis bonorum.
20. Gerundium est declarativum, qualificativum, explicativum, & limitativum verbi antecedentis.
21. Præcipue quando verbum, cui sequitur, non est cum copula connexum.
22. Tenuta verbum est genus, & habet sub se duas species simplices, & compositæ.
23. Verbum dictam est relatiuum, & repetitivum præcedentium cum omnibus suis qualitatibus.
24. Renunciatio est strictissimi iuris, & non amplianda, sed restringenda.
25. Non comprehendit nisi illud, quod expressè legitur, & apparet scriptum.
26. Et quando alicui diversa iura, privilegia, aut beneficia competunt renunciando vnum non intelligitur alterum renunciatum.
27. Et habet locum in capitulis matrimonialibus.
28. Constitutio Hac nostra quinque privilegia mulieribus concessit.
29. Tenutam aliam esse simplicem, retinendi bona mariti, & alteram compositam, faciendi fructus suos, verbis Constitutionis probatur.
30. Renunciatio sufficit in aliquo verificari.
31. Et cum aliquid operaverit, amplius operare non potest.
32. Et non operatur nisi quotenus ex necessitate ex illa res renunciata inferatur.
33. Quilibet levissima causa sufficit, ut intelligatur, renunciationem non esse factam.
34. Eo modo est interpretanda, ut minus

- noceat renunciati.
35. Ita est interpretanda, ut excludatur.
36. Etiam si sit expressa, ad ignorata non trahitur.
37. Nec ad ea, quæ quis dubitat, an sibi competant.
38. Non præsumitur iuri suo quis renunciare.
39. Potius error quam renunciatio præsumitur, etiam si agatur de facto proprio.
40. Imò potius fatuitas censetur, quam renunciatio.
41. Quod proculdubio est verum in muliere, & rustico.
42. Renunciatio facta à Filiafamilias nõ est spontanea, sed coacta.
43. Præsertim in capitulis matrimonialibus.
44. Iste renunciaciones parvi faciendæ sunt.
45. Et quibus sequitur Ducissam non renunciassè simplici tenetæ.
46. Respondetur ad secundum argumentum, & ad tertium 47.
48. Renunciatio generalis legum, statutorum, aut Privilegiorum non valet.
49. Renunciatio etiam si sit expressa, ad ignorata non trahitur.
50. Incognitum mulieri dicitur id, quod ex iuris dispositione confertur.
51. Renunciatio non valet, etiam si in instrumento renunciationis adsit illa verba, id fecisse ex certa scientia, & illis non obstantibus adhuc ignorantia præsumitur, & nihil operatur.
52. Quod procedit, etiam si mulier dubitasset, illud ius sibi competere.
53. Mulier, minor, & rusticus ignari dispositionis legis, qua facilitate renuntiant, eadem consentiunt in ipso actu apponi clausulam ex certa scientia.
54. Hac ratio militat in omnibus clausulis intervenientibus in renunciatione facta à muliere, rustico, & minori.
55. Renunciatio cum clausula omni iuris, & legum auxilio, nihil operatur, quia non sufficit generalis.
56. Ignorantia defectus per geminationem non tollitur.
57. Quia eadem facilitate, qua quis motus est ad faciendum primum actum dicitur impulsus ad faciendum secundum.
58. Clausula ex certa scientia, ex qua vis causa, omni alio legum auxilio. Et similium restringuntur ad scientes effectum talium verborum.
59. Notarij certiorare debent mulieres, rusticos & minores de clausulis positæ in renuntiatione.
60. Renunciatio, in qua facta fuit mentio certiorationis, non valet, nisi cum effectu exprimat.
61. Intelliguntur positæ illæ clausula ex stylo Notariorum.
62. Ius delatum facilius renunciatur, quam defferendum.
63. Renuntiatione beneficij requirit specialem, & expressam renuntiationem.
64. Extenditur, & ampliatur quam vis in sit delatum.
65. Mulieres sunt Persona idiotæ.
66. Renunciatio alicuius iuris non sustinetur absque certificatione speciali, & de stylo Notarij appositæ esse censetur.
67. Error intervenit in legendo capitula matrimonialia, nam in eis non fuit posita coniunctio, & sed disjunctio aut.
68. Tenuta est genus, quod sub se comprehendit simplicem, & compositam.
69. Dictio, & quando ponitur inter genus, & speciem, causam, & causatum declarati vè ponitur pro idest.
70. Non est copulativa, nec inducit diversitatem.
71. Dictio aut accipitur expositivè pro idest, & pro sicut.
72. Dictio aut posita inter genus, & speciem stat expositivè.
73. Tenutam compositam habere locum in maioratibus est valde dubium.



De renunciatione tenuta.

AN SI VXOR IN CAPITULIS matrimonialibus renunciauerit tenuta, & perceptioni fructuum bonorum mariti, concessa in constitutionibus Hac nostra, & finali titol. disolt. lo matrimoni. Principatus Cathalonie, pro dote, & sponsalicio, censeatur renunciaſſe non solum beneficio faciendi fructus suos, sed etiam simplici tenuta, & retentioni bonorum, quæ ei competit, donec de dote, & sponsalicio sit integrè satisfacta?

Dictum fuit: † Quidquid in primis sit: An dicta admodum Illustris Ducissa Donna Mariana de Sandoval in dictis capitulis matrimonialibus renunciauerit tenuta, & possessioni bonorum, quæ dictus Admodum Illustris Don Ludovicus Dux Sughurbi, & Cardona habeat in Principatu Cathalonie, & Regno Valentie, ne dum cum beneficio faciendi fructus suos, sed etiã simplici tenuta, & possessioni dictorum bonorum in illis verbis contentis in dictis capitulis matrimonialibus, ibi: Como la dicha señora Doña Mariana, llegado el caso de cobrar su dote y arrhas, y viudez de los estados, que el dicho señor Duque de Sogorbe, y Cardona tiene en el dicho Principado de Cataluña, y Reyno de Valencia; vno, ni otro, ni sus herederos, ni sus successores, no ayen de tener derecho de tenuta, haziendo suyos los frutos de dichos Estados, por la retardacion de la paga de sus creditos: Ni han de tener mas derecho, que la cobrança de sus creditos, con cinco por ciento de interès, como queda dicho en esta Capitulacion, con sus costas, y salarios; y los dichos señores Don Pedro Antonio de Aragon, y la dicha Duquesa de Lerma, en nombre de sus partes, y

la dicha señora Doña Mariana por su proprio interès renuncian qualquier derecho, ley, estatuto, ò priuilegio, que tengan, ò les pertenezcan para poder pedir la dicha tenuta, y possession de frutos, por la retardacion de las dichas pagas.

Ex his verbis † videtur mulierem renunciaſſe tenuta constitutionum, non solum faciendi fructus suos, sed etiam translationis possessionis civilis & naturalis, quæ ipso iure, & sine hominis ministerio statutum trãsfert in eam, ab instanti mortis mariti (quam nos civilissimam vocamus † licet Fontan. claus. 5. glos. 3. part. 3. num. 4. & 5. nollic ita nominari) in bonis eius, vt illa retineat, donec de dote, & arrhis, seu spõsalicio sit integrè satisfacta. Primò, † nam favori suo quilibet renunciare potest, l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2. l. si quis in conscribendo, c. de pact. & in terminis constitutionis hac nostra Ferrer, glos. 4. num. 86. & hoc beneficium est renunciabile, vt tradit Fontan. cum decil. Senatus de pact. claus. 7. glos. 3. part. 4. num. 38. Ripol. variat. cap. 10. nu. 52. & 53. & ita à Senatu Cathalonie fuit decisum referente Magni. Ioann. Bapt. Pastor, in lite inter coniuges Ferrers, & Iosepham Colominam, Notario Oriol: Ergo vti non potest beneficio tenuta, quam præ tendit pro dote, & arrhis, cum illi sit renunciatum.

Secundò, † mulier renunciavit beneficio tenuta; sed beneficium tenuta nihil aliud est, quam illa possessio civilissima, quam statutum ipso iure trãsfert in mulierem, & suos filios heredes pro dote, & sponsalicio, vt tenet Ferrer in const. hac nostra temp. 1. declarat. 1. num. 41. & 42. ibi: Cum Sarmiento, & Paz de tenu. part. 1. cap. 1. qui etiam sub num. 83. multorum auctoritatibus firmat, proprie tenuta esse in missionem possessionis rei: & in fin. num. 44. vt ex his omnibus dicamus, in hoc nostro Principatu, & nos in hoc opere vti tenuta verbo, pro iure possidendi bonorum mariti: Ergo ista tenuta civilissimæ possessionis fuit renunciata, & per consequens illam intentare non potest.

Tertio, † ius faciendi fructus suos, non est tenuta, sed privilegium concessum viduæ post annum luctus, si inventarium bonorum mariti fecit, quid distinctum, & separatum ab ipsa possessione civilissima, in qua consistit tenuta, ut patet ex litera constitutionis hac nostræ, & tenet Fontanel. dict. claus. 7. glos. 3. p. 1. n. 47. & 57. & decis. 151. n. 12. Cácer. var. p. 1. c. 9. n. 26. & 29. & p. 3. c. 2. num. 18. Fót. d. claus. 7. glos. 3. p. 2. nu. 49. & 50. ibi: † In isto casu clarè constitutio loquitur, quod ex tribus privilegijs, & beneficijs, quæ concedit in sua dispositione mulieri, habenti requisita, vnum tenuta, & possessionis bonorum, & aliud habendi provisionem, & alimenta anni luctus, & tertium denique faciendi fructus suos, donec in suis dote, & sponsalitijs sit ei satisfactum, Mieres in constit. Hac nostræ, num. 1. & 2. Ergo quando mulier renunciavit tenetæ, intelligitur renunciassè possessioni civilissimæ bonorum, quod est primum privilegium, & etiam alimentorum anni luctus, nam etiam dixit: *Ni ha de tener mas derecho, que la cobrança de sus creditor, & denique tertium, faciendi fructus suos.*

Quarto, † si mulier renūciaverit tenetæ pro sponsalitijs in pactis nuptialibus, adhibito pacto, quod si maritus præmoreretur, non haberet mulier tenetam, pro sponsalitijs, sed certa alimenta; istud pactum est validum, & mulieri non competit tenuta, nec ei est concedenda, sed potius deneganda: ergo pari modo est iudicandum in nostro casu. Antecedens probat Fontanel. cum decis. Senatus de pact. dict. claus. 7. glos. 3. part. 3. num. 38. qui postquam in num. 37. dixit: *Cessare beneficium faciendi fructus suos in aliquibus casibus, sic d. num. 38. ait: Cessat finaliter istud beneficium, quando aliter in contractu matrimonij conventum inter partes fuit, de quo ego nunquam dubita vi, licet alios hesitare viderim. Movent me rationes, quas adduxi in hoc eodem tom. in materia authent. præterea, C. vnde vir, & vxor, claus. 5. glos. 8. part. 12. ex num. 50. vbi proba vi*

validam esse renunciationem mulieris, quæ in contractu matrimonij facit quarta, & conventionem inhitam in eo inter partes de dicta quarta non detrahenda, non repetio, quia ibi videri possunt. Successit de hoc disputari in Senatu de anno 1610. inter Angelam Taverner, & de Vallgornera contra Felicium Taverner, Archidiaconum Andorra coram Egregio tunc Senatore Raphaelè Rubi & Coll, in qua causa sententia lata 3. Februar. anni prædicti 1610. fuit iudicatum, validum pactum in contractu matrimonij, inter coniuges inhitum, quod si maritus præcederet, non haberet mulier tenetam pro sponsalitijs (nam pro dote non poterat, quia consistebat in ceteris immobilibus magno ære alieno gravatis, quæ ex alio pacto maritus redemerat, & ex alio pacto eius heredes debebāt possidere donec eis restitueretur quod expensum esset) sed habere certa alimenta, donec transfret ad se cundas nuptias, quo casu posset dictum sponsalitijs exigere cum alia quantitate expressa. Iste conventiones fuerunt iudicata valide, & declaratum contra tenetam vxoris, declarando, quod pro nunc contentaretur mulier alimentis pactatis.

Quinto, † coadiubatur verbis capitulationum matrimonialium, in quibus renunciavit omni iuri, legi, statuto, aut privilegio, quod habeat, eiquè pertineat ad petendum tenetam, & possessionem fructuum: Ergo hunc statutū Cathalonix, & privilegium tenetæ possessionis civilissimæ renunciavit. 10

Sexto, † iterum ipsa verba demonstrant, in quibus, inter vltima, ibi: *Renunciant cuilibet iuri, legi, statuto, aut privilegio, quod habeant, & illis pertineat, ad petendum dictam tenetam, & possessionem fructuum; inter tenetam, & possessionem fructuum invenitur illa coniunctio, & quæ iungit æqualiter tenetam, & possessionem fructuum, quæ diversa sunt: ad significandum nō solum fructus esse renunciatos, sed etiam tenetam civilissimæ possessionis; nam coniunctio iungit, & connectit August. Barb. in dict. vsufrequent. dict. 110. num. 3. † & 12*

Lib. I. Disc. V. De renunc. tenutæ. 77

hoc est, tenutam cum possessione fructuum, ibi *num 7.* † Et ita æqualiter copulat, quod sit idem de vno, quod de altero, ibi *num 9.* Ergo eadem renunciatio est in tenuta, quæ in fructibus, vt sit idem in vna, quod in altera.

14 Septimò probatur † in bonis maioratus non est locus tenutæ compositæ faciendi fructus suos, sed tantum simplici, vt tenent concorditer omnes DD. huius Principatus, sive maritus habeat bona libera, vel nō *Font. claus. 7. glos. 3. part. 4. à n. 1. Cancer. var. part. 1. cap. 9. num. 104. Oliva de action. in 2. relect. 5. qui fuerat ex num. 8. Mier. super Constit. Hac nostra, Molin. de rit. nupt. lib. 3. quest. 28. ex num. 10. Ferrer super Constit. de los Impubers glos. 4. num. 75. & super Constit. Hac nostra temp. 1. à num. 66. & temp. 3. declarat 6. num. 75. Ramon. conf. 50. num. 15.* Ergo renunciatio Ducisæ necessariè existit, & fuit facta de tenuta simplici, & non de composita, cum in maioratibus non detur tenuta composita, & sic non egebat renunciatio.

15 Pro contraria autem parte, † scilicet uxorem non renunciase privilegium tenutæ, in bonis mariti, ad illa retinenda, donec integrè sit satisfacta de dote, & sponsalitie, & tantum videri renunciatum privilegium faciendi fructus suos, faciunt sequentia. Primò, virtute Constitutionum *Hac nostra, & finali,* ipso iure possessio civilis, & naturalis transfertur in mulierè sine facto hominis ab instanti mortis mariti; & post annū luctus est ei aliud privilegium concessum, faciendi fructus suos, donec sit satisfacta, † & hæc duo privilegia, & quodlibet illorum ab interpretibus tenuta nominatur: tenuta enim, quæ consistit in simplici possessione bonorum, simplicem tenutam vocant: illam autem possessionem cum perceptione fructuum, tenutam compositam appellant: † & tenuta simplex potest inveniri sine composita in aliquibus casibus, quorum vnus est, quando mulier intra termi-

num Constitutionis non fecit inventarium bonorum mariti: tunc enim virtute statuti translata fuit possessio civilis, & naturalis bonorum mariti, ipso iure, ab instanti mortis illius: & quia non fecit inventarium amittit privilegium faciendi fructus suos: sed non amittit possessionem civilem, & naturalem, & simplicem tenutam, quam Constitutio illi concessit, vt expresse tenet *Fontan. tom. 2. de pact. claus. 7. glos. 3. part. 2. num. 50. ibi: Duo tantum auferre mulieri, quæ non conficit intra tempus inventarium, nempe beneficia provisionis anni luctus, & comodi faciendi fructus suos, beneficium autem tenutæ, per id non tollitur, vnde quamvis inventarium non confecerit mulier, nec ostendat se confecisse, nō propterea desinit possessio transferri in ipsam post viri mortem, quam retinuit quousque in sua dote, & sponsalitie sit satisfacta. Que nota, quia hæc est magna declaratio Constitutionis, & nostri requisiti de inventario conficiendo, vt necessarium sit ad habendum provisionem anni luctus, & commodum faciendi fructus suos, non ad tenutam, & possessionem habendam: Ad quod vidi paucos attingisse, & ideo in eis non semel error lapsus. Et in terminis terminantibus ita expresse declaravit Senatus antiquus: die scilicet 1. Junij 1523. Relatore de Ospital in causa Castellana Ferrara contra Blasium Ferram, vbi fuit expresse dictum, quod mulieri, de qua ibi agebatur, competebar tenuta hereditatis, & bonorum viri, & per consequens illorum gubernatio, & administratio illi pertinebat, & spectabat, verum quia inventarium non confecerat intra tempus, adeo non faciebat fructus suos.*

Eandem tenet distinctionē † *Mier. 18 in Constitutione Hac nostra tom. 1. in 2. editione pag. 342. num. 1. vbi nota, mulierem mortuo viro, ipso iure, intelligi iure creditoris omnia bona mariti possidere pro sua dote, & sponsalitie, & post annum luctus modum possidendi mutat; nam possidet vt usufructuaria; idem tenet Ferrer in dicta Constitutione evidentiali. l. à num. 26.*

78 Speculum veræ Jurisprudentiæ.

- 19 Ex ista distinctione tenuræ simplicis, & compositæ † deducitur, Ducisfam non renunciaſſe ſimplicem tenurâ poſſeſſionis civiliffimæ, & retentionis bonorum mariti; ſed tantum compoſitam faciendi fructus ſuos: & hoc probatur ex verbis Capitulorum nuptialium, in quibus dictum fuit; *non eſt habitura ius tenuræ, faciendos fructus ſuos dictorum Statuum*: † nam illud verbum faciendos eſt gerundium declarativum, qualificativum, explicativum, & limitativum verbi antecedentis tenuræ; & iſta eſt propria natura gerundij, ut dicit Rota Rom. apud Rubium *part. 9. tom. 2. deciſ. 344. num. 11. ibi: Attenta præſertim natura gerundij illius, conſtitendo, quod modificat ac determinat verba præcedentia apta ad plures ſenſus trahi.* Caſtillo Sotomaior *lib. 4. cap. 58. num. 24.* præcipue † quando verbum, cui ſequitur, non eſt cum copula connexum, Rot. apud Rubi, *deciſ. 165. num. 15. part. 8.*
- 20 † Et cum verbum tenuræ antecedens gerundio, ſit genus, & habeat ſub ſe illas duas ſpecies ſimplicis, & compositæ, hinc ſequitur, quod gerundium immediate poſitum ſub verbo tenuræ, ſine copulativa declarat, & modificat illâ tenuram, eam reſtringendo ad tenuram compoſitâ faciendi fructus ſuos.
- 21 Hæc intelligentia, etiam deducitur ex alijs verbis prædictæ clauſulæ in fine, ibi: *Renunciant cuilibet iuri, legi, ſtatuto, & privilegij, quæ habeant, aut illis pertineant ad petendum dictam tenuram, quod verbum dictam eſt repetitivum, & relativum ad præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus,* Auguſt. Barb. *de diction. dict. 87.* Rota apud Rubium *deciſ. 144. num. 9. & 10. tom. 6. part. 6.* & ideò ad maiorem explicationem, contrahentes alia verba immediate addiderunt; & *poſſeſſionem fructuum*: nam cum ſupra dixiſſent *non habeant ius tenuræ faciendos,* (quafi faciendos) fructus ſuos, ideò referendo illam tenuram, iterum dixerunt, *dictam tenuram,* ut de alia intelligi non poſſet.
- 22 Confirmatur ulterius, † nam renū-

ciatio eſt ſtriſſiffimi iuris, & non eſt amplianda; ſed reſtringenda, *l. ſi decerta. Cod. de tranſactionibus, l. ſi unus, §. ante omnia, ff. de pact. l. qui cum tutoribus, ff. de tranſaction. Cancr. variar. part. 3. cap. 15. num. 231. & 232. Noguero. alleg. 16. num. 112. Valenz. conf. 17. lib. 1. à nu. 32.* † & ideò non comprehendit niſi illud quod expreſſè legitur, & videtur ſcriptum Galerat. *de renunc. lib. 1. cap. 12. per tot. Caſtillo controverſ. cap. 42. ex num. 19. & lib. 3. cap. 2. Valenz. ibi proxime num. 35.*

Hinc inferunt DD. † quod quando alicui diverſa iura, privilegia, aut beneficia competunt, renunciando vrū, nō intelligitur alterum renunciatum, *l. ſi mihi. ff. de ſervitutib. ruſticor. l. ſi domus tua, ff. de ſervitutib. urbano. l. prius, ff. de aqua pluvia arcenda, Afflic. deciſ. 350. n. 5. Menoch. conf. 749. num. 8. Carleval. de iudic. tit. 3. diſp. 23. num. 42. Noguero. allegat. 16. num. 15.*

Hanc ſententiam † latiffimè probat Franciſ. Merlin. *controverſ. cap. 49. centur. 2. à num. 4.* in terminis Capitulorum matrimonialium: *Sed reſpondebatur pro Maria paſſa illa contenta in conſuetudine diſverſos effectus operari, ideoque niſi partes expreſſè unicuique ſe ſummiſſerint non intelligi omnibus renunciatum, ſed caput omiſſum remanebit ſub diſpoſitione iuris communis, argumen. text. in l. comodi ſime, ff. de liber. & poſt hum. vel niſi ſaltem contrahentes ſimpliciter dictæ conſuetudini ſe ſubiecerint, quo caſu cenſentur omnibus capitibus in ea contentis ſubmiſſiſſe, quia pactum genericū non magis operatur in vna, quam in alia ſpecie: at ſi contrahentes quo ad quædam tantummodo capita conſuetudini prædictæ ſe alligaverint, quo ad ea tantum conſuetudini ſubiecti remanebunt, eo quod in cæteris habeat locum ius commune pro ut notat Moſes ad conſuetudin. Neapol. part. 5. cap. 4. num. 21 & 22. eſt enim regulare, ut factum, ſeu renunciatio ſuper vna re, vno contractu, vel vna perſona, ad alias non ſe extendat, &c.*

Uterius in dicta Conſtitutione † quinque privilegia mulieribus concedun-

ceduntur, quæ refert Mier. in dict. Constitut. num. 1. ibi: Nota quod mulieres mortuo viro, ipso iure, intelliguntur vt creditrices omnia bona viri possidere, pro dote, & sponsalitiis, Et nu. 2. Et de videtur in quinque partes, in prima dictus Rex dat privilegium mulieribus, hypothecando eis omnia bona viri, ita quod mulier illico, mortuo viro, vt creditrix possideat, ipso iure, bona ipsius viri, & infra annum luctus de eis alimentetur, & post annum providet ipsi mulieri, volens ipsius viri bona possidere, & facere fructus suos, ipsam usufructuariam sub conditione constituendo.

- 29 Ecce igitur † duas tenutas mulieri Regem concessisse, vnam ab instanti mortis viri, transferendo in illam ipso iure civilissimam possessionem bonorum mariti: alteram ipsorum bonorum, volens (vt dicit Mier.) ipsius viri bona possidere, & facere fructus suos: Quibus verbis clarè confirmatur differentia tenutarum, alia simplex, & altera composita: Et vt supra est ostensum Ducissa compositam renunciassè, non vto simplicem † & sufficit quod renunciatio in aliquo verificetur, Cancer. Variar. part. 3. cap. 15. nu. 137. & sequent. Gratia. discept. forens. cap. 749. num. 25. Hodier. controverf. cap. 34. nu. 30. Cyria. controverf. 292. nu. 19. & controverf. 662. nu. 38. 40. & 42 † & cum aliquod operaverit renunciatio, amplius operare non potest, Rimin. conf. 27. num. 119.
- 31 Peguer. decis. 148. nu. 29. † & cum istæ duæ tenutæ sint separabiles, & inter se distinctæ, nec necessariè vna ab altera dependeat, renunciatio non operatur, nisi quatenus ex necessitate, ex illa res renunciata infertur Donade. de renunciat. lib. 2. cap. 4. nu. 35. & 36. Castill. controverf. lib. 4. cap. 42. num. 19. Cyriac. controverf. lib. 2. cap. 292. n. 20. Hodiern. ad leg. Itac. edictali. quest. 11. num. 117. Peguer. decis. 148. num. 29. Scacci. de iudic. lib. 2. cap. 5. num. 163. vers. Corroboratur
- 32 terio, vbi dicit, † quod quælibet levissima causa sufficit, vt intelligatur, renunciationem non esse factam, citans Tiraquel. de retract. §. 36. glos. 2. nu. 50.

Rot. Roma. di vers. part. 2. decis. 242. n. 11.

Et licet valida sit renunciatio, † modo est interpretanda, vt minus noceat renuncianti, vt tenet Tiber. Decian. conf. 169. vol. 2. Grato. conf. 17. n. 46. & conf. 66. num. 18. vol. 1. Becci conf. III. num. 31. lib. 1. Scacc. vbi supra lib. 2. cap. 5. num. 163. vers. Corroboratur primo, Cancer. var. part. 3. cap. 15. de renunc. nu. 237. Castill. lib. 4. controverf. cap. 42. num. 19. Cyriac. & Peguer. vbi proximè Fontanel. decis. 398. num. 18. Othobon. decis. 109. num. 35. † vbi dicit renunciationem ita esse interpretandam, vt excludatur, & citat Cephal. conf. 25. n. 45. & 50. Aim. conf. 678. num. 9. Rot. apud Seraph. decis. 696. nu. 1. & coram Greg. 15. decis. 15. num. 4.

Corroboratur vterius, † renunciatio, etiam si expressa sit, ad ignorata non trahitur, l. cum Aquiliana. ff. de transact. ibi: Cum Aquiliana stipulatio interponitur, quæ ex consensu reditur: lites de quibus non est iudicatum, in suo statu retinentur, l. mater decedens in prin. c. de in offi. testam. l. ex maleficijs. §. longe minus, ff. de act. & obligat. Tiraq. in l. si unquam in prefatio. num. 98. & 99. † Nec ad ea, quæ quis dubitat, an sibi competant, renunciatio trahitur, difficilis text. in l. finali, §. sed quærebatur, Cod. de furt. ibi: Ita tamen si Dominus sciens rem esse surreptam, aduersus eum, cui res commodata fuit, perueniat sin autem nescius, & dubitans rem non esse apud eum, commodati actionem instituit: postea autem reperta voluit remittere quidem commodati actionem ad furti autem peruenire: tunc licentia ei concedatur, & aduersus furem venire nullo obstaculo ei opponendo: quoniam iam incertus cum, qui rem vendam accepit, commodati actionem: Et inferius: Cum manifestissimum sit, etiam si ab initio Dominus actionem instituit comodati, ignorans rem esse surreptam: postea autem hoc ei cognito aduersus furem transiit: Ex quibus verbis aperte probatur renunciationem tacitam, seu expressam non nocere renuncianti ignaro, vel dubio, Tiraq. dict. num. 99. Vincentio Caroto singulari

Iuri 183. Ioan Bapt. Costa de facti scientia, & ignor. inspectiōne 86. per totam, & cent. 1. n. 6. Surd. conf. 52. n. 80. & conf. 137. n. 112. & conf. 337. nu. 31. & conf. 349. n. 14. & conf. 419. n. 36. & conf. 454 n. 50. & plusquā certissimū est, Ducilsā vti mulierem minorem, & extraneam ab hoc Principatu, iustissimè ignorasse Constitutiones Cathalonix, privilegiāque illi pro dote competentia; præcipue an esset in rerum natura tenuta simplex, & composita: † & in dubio nemo præsumitur iuri suo renunciare, cap. super hac de renunc. Bald. in l. 1. in vlt. notab. Cod. de edict. D. Adrian. Tollen. † in dubio potius error, quam renunciatio præsumitur, etiam si agatur de facto proprio; imò potius † fatuitatem censerī, quam renunciationem inquit, Menoch. conf. 2. nu. 212. † & Hodierna in l. hac edict. aliq. quest. 11. de secund. nupt. num. 99. quod proculdubio verum esse videtur in muliere, & rustico, in quibus personarum fragilitas adeò est, vt potius errasse præsumatur, quam renūciasse, Menoch. de arbitra. lib. 2. cap. 88. & de presump. lib. 6. presump. 23. n. 28. † & quod in casu nostræ quæstionis alia summi possit coniectura, quam renunciationis, videtur constare ex eo, quod cum filia in potestate patris constituta inducatur ad renunciandum, hoc quidem videtur facere ex mandato patris, et sic vt illi pareatur, non autē ex sua spontanea voluntate; at vbi renunciatio fit præcedente mandato, potius illi parere, quam iuri sibi particulari concessio renunciare censeatur, † & hoc verissimum esse videtur, at- tenta communi experientia, cum vt plurimum renunciationes hodie fiant ex pacto parentum in Capitulis matrimonialibus causa matrimonij contrahendi à suis filiabus, prævia obligatione eorum virorum; quo casu fit, vt renunciatio inde secuta non dicatur facta ex spontanea renunciantis voluntate, sed stimulatione parentum, vel eorum virorum, ad id obligatorum, ne incidant in eorum indignationem, &

sic coactè, vt in specie consideravit, Magon. decis. Florent. 18. † dicens, quod renunciationes istæ, quæ per filias parentibus fiunt, parui faciendæ sunt, vti dolo, metu, suasionibus, & suggestionibus communiter extortæ; & propterea non debent ita in renunciantis præiudicium latè interpretari, sed vt minus ius illius lædat, vt his verbis ante eum tenuit etiam, Fontan. de pact. claus. 9. glos. vnic. num. 6. Hodiern. in l. hac edict. aliq. quest. 11. num. 105. & Merlin. de legit. lib. 3. titul. 3. quest. 4. num. 6. & 7. Ergo non valide renunciavit, non solum simplici, sed nec compositæ tenuræ.

Ex his omnibus † satis liquet, Ducissam saltem tenuræ simplici Constitutionis *Hac nostræ* non renunciassè: & vt argumenta in contrarium adducta nihil obstant, illa diluamus: Ad primum respondetur certum esse, quemlibet favori suo renunciare posse, sed negatur consequentia: nam Ducissa tenuræ simplici non renunciavit.

Ad secundum, † quod magis videtur urgere, ex doctrina Ferreri, Sarmiento, & Paz, respondetur cum Mieres *suprà* num. 17. & Fontan. nu. 16. quod due tenuræ inveniuntur in Constitutione *Hac nostræ*, alia possessionis *Civilissimæ*, ab statuto translata in viduā ab instanti mortis mariti, ipso iure, quæ simplex vocatur; alteraque perceptionis fructuū post annū luctus, quæ composita nominatur, & hæ duæ tenuræ æqualiter ab Authoribus Cathalanis tenuræ nominantur. Et vt *suprà* probatum extat sufficit ad renunciationem, vt in aliquo verificetur, & minus noceat, vt *suprà* probavi, & ita vt verificetur doctrina Ferreri sufficit Ducissam tenuram compositam renūciassè, Sarmiento verò, & Paz has tenuras Constitutionum Cathalonix nō cognoverunt, & ideò autoritates eorum nihil obstant.

Ad tertiū, † idem responsum adhibetur: nam tertium privilegium à Fontan. relatū, faciendi fructus suos, tenuræ

nta etiam vocatur, cui Ducissa renū-
ciavit, sicut etiam renunciavit mulier
relata in decisione Senatus; & ideo
fuit declaratum contra tenutam com-
positam vxoris; quæ petebat fructus
bonorū mariti; declarando quod pro
nunc contentaretur mulier alimentis
pactatis.

- 48 Ad quintum respondetur † renun-
ciationem generalem legum, statuto-
rum, aut privilegiorū non valere, quia
- 49 a contrahente ignorantur, † & renun-
ciatio, etiam si sit expressa, ad ignora-
ta non trahitur, *l. mater decedens in prin-
cipio, ff. de inoffic. testam. cum reliquis
citatis supra num. 36.* siquidem in iure
verissima est conclusio, renunciationē
quantumvis generalissimam non trahi
ad incognita ipsi renuncianti, *l. qui cum
tutoribus, ff. de transact. l. 3. ff. eodem, l. si de-
certa, Cod. eodem, l. mater decedens vbi Bart.
ff. de in officios. testam. † incognitum au-
tem mulieri dicitur id, quod ei iuris
dispositione confertur, l. regula, §. 1. ff. de
iuris, & factis ignorantia, &c.* Quæ con-
clusio adeo vera est, vt procedat † quā-
vis in instrumēto renunciationis adese-
sent verba illa scilicet, *id fecisse ex cer-
ta scientia*; illis enim non obstantibus
adhuc ignorantia præsumeretur, & talis
clausula nihil operaretur: & multos
DD. refert, & prosequitur Hodiern. d.
52 *l. hac adictali n. 121.* dicens: † hoc pro-
cedere, etiā si mulier dubitasset illud
ius sibi competere, cum in generali
renunciatione id vti incognitum non
veniat, ex eo, quia debet dicere, sciens
se ad prædicta nō teneri, vel quod do-
nare volebat. Et rationem supradictæ
ampliationis satis doctè ostendit, Rui-
nus *in dict. conf. 60.* scilicet, † quia mu-
lier, minor, & rusticus ignari disposi-
tionis legis ea facilitate, qua actum
conficiendo renunciaverunt, eadem
facilitate patiūtur in ipso actu apponi
clausulā, ex certa sciētia, & aliās simi-
les iuxta, *l. doli, §. di versū, ff. de dolo malo,
& metus exceptione, Hodiern. d. n. 121.*
- 54 Hæc inquam ratio non solum deservit
pro responsione huius ampliationis,

imò pro omnibus alijs supra dictis
clausulis in renunciatione interveniē-
tibus, vt inquit idem Ruinus, & latius
de his omnibus clausulis simul vnitis
tradit Gracian. tom. 3. *disceptat. forens.
cap. 501. num. 8. & tom. 5. cap. 824. nu. 20.*
ac Beccius *conf. 90. num. 19. & 20.* sic
etiam Schrader. *conf. 13. nu. 242. vol. 1.*
& Aldon. *conf. 69. n. 56.* qui loquentes
in materia renunciationis, † cū clau-
sula *omni iuris, & legū auxilio* inquit, 55
quod vbi agitur de magno præiudicio,
expressio specialis, & individua requi-
ratur, nec sufficit vniversalis etiam ge-
minata dispositio: † ignorantia enim
defectus per geminationem non colli- 56
tur, ita Menoch. *conf. 918. nu. 24. & seq.
lib. 10.* eademmet ratione, scilicet, †
eadem facilitate, qua quis motus est 57
ad faciendum primum, ducitur ad fa-
ciendum secundum, sic etiam Asslic.
decis. 110. Curt. iun. *conf. 51. num. 7.*
cum alijs per Grat. tom. 5. *discept. forens.
d. cap. 824. num. 20. & 59.*

Effectus † enim harum clausularum 58
*ex certa scientia, ex qua vis causa, omni alio
legum auxilio, & similibus* restringuntur
ad scientes effectum talium verborum,
aliās nihil operantur, vt notabiliter vo-
luit Bart. *in l. finali, §. idem quasi vis, ff.
de condit. indebiti,* & in nostris terminis
Beltram. *in dict. leg. hac adictali, §. si ve-
rò, num. 16.* ac Martil. *singul. 18.* & prop-
terea inquit Merlin. *in decis. Lucen. 45.
num. 7.* ex mente Iasonis *in l. sciendum,
ff. de verb. signific. † quod debent No-* 59
tarij certiorare tales personas non so-
lum de huiusmodi clausulis, immò de
omni iure, licet levi: cum renunciāns
iuri suo, vel alicui privilegio debeat
prius certiorari, vt tradit idem Iason.
in l. penultima, num. 19. C. de pact. † 60
Nec sufficit, vt in renunciatione fiat
mentio certiorationis, nisi cum effectu
exprimatur, Rota *in decis. 657. num. 5.
part. 3. in novis.* & idcirco Beltran. *in
d. §. si verò, num. 14.* respondendo con-
trarijs, inquit, ea procedere, vbi re-
nunciāns esset certificata de clausulis
prædictis; † aliās non certiorata nihil 61

operarentur, tanquam appositæ ex stylo Notariorum argum. *legis si certa, C. de transact. Rud. decis. 25. num. 54. conf. 9. num. 95. Volum. 2. & de Analog. cap. 23. num. 24. Farinac. decis. 624. n. 8. p. 3.*

62 Solet enim in renunciacionibus distinguui, an sit ius delatum, vel deferendum, quod renunciatur: nam iam delatum facilius amittitur, quàm deferendum: nã per renunciacionem amittitur ius de præsentì, non de futuro, vt tenet Flamin. Paris. *de resignat. lib. 1. quest. 5. num. 39.* quod in favorem Ducissæ potest allegari: cum tenuta constitutionis nondum ei erat delata, sed deferenda: Sed tutius est idem esse observandum in vna quam in alia, & teneo cum Hodier. *vbi supra, num. 128.* non ob stare tertiam opinionem admittentem distinctionem illam, an lucrũ esset delatum, vel deferendum tempore renunciacionis, siquidem responderetur id verum non esse, † cum ad hoc, vt beneficio renunciatur, requiratur specialis, & expressa renunciatio, vt in materia legis seminae decisum refert Boer. *decis. 185. num. 24.* Rota Ram. *Verall. decis. 26. part. 2.* ac Papon. *lib. 15. tit. 1. arrest. 11.* de nupt. & in terminis leg. hac edictali sic firmarunt Ferrer in adition. ad Guidon. Pap. in *decis. 228.* subdens falsam esse hanc distinctionem, & Fontan. *de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 4. nu. 49.* vbi id ampliat, † quamvis expressè huic lucro per mulierem renũciatum fuisset, cum nisi certiorata fuerit, talis renunciatio, tale lucrum non comprehendit, quamvis fuisset delatum: supra dicta ratione, quia † mulieres sunt personæ idiotæ, quæ licet sciant parentem plus reliquisse vitrico, vel novercæ, quam ipsis, non tamen sciunt beneficium, quam lex eis tribuit in casu prædicto, & sic vnquam potest renunciatio, & si generalis, ad hoc ius ignoratum, & in eis quasi impossibile cognitum extendi, *dict. l. mater decedens, vbi Bartol. ff. de inoffic. testam. cum alijs iuribus supra allegatis, scilicet, quod renunciatio non trahi-*

tur ad incogitata, & quæ renunciante nesciat sibi competere, & hac de causa Molfes. *ad consuet. Neap. tit. de renunciacione, quest. 11.* probat multorum autoritate, † renunciacionem alicuius iuris sibi competentis non suffineri absque certificatione, quæ specialis, & particularis esse debet, aliàs diceretur absque causæ cognitione, & sine voluntate renunciantis factam esse renunciacionem, & potius ex stipulatione, & stylo Notarij appositam esse censetur.

Hæc omnia, quæ in isto discursu de renunciacione dicimus, observa, mentique, & memoriæ recommenda, ad renunciacionem factam à Ducissa de Medina, in discursu sequenti tractaturã.

Præterea iam est dictum quod illa clausula fuit relativa tenuræ fructuum supra memoratæ, vt denotat illum verbum *dictam*, vt supra probavi, num. 23.

63 Ad sextum fundatum † in illa coniunctione, & respondeo, quod fuit error calami provisionis Senatus, in qua illam coniunctionem appossuit: nam in originali Capitulorum, non est ita scriptum, sed cum disjunctione *aut*, vt ego vidi: Sed quamvis inveniretur dictio, & nihil ob staret; nam vt sæpè dictum est, † tenuta est genus, quod sub se comprehendit duas species, scilicet tenuram simplicem, & tenuram compositã: † & quando dictio, & ponitur inter genus, & speciem, causam, & causatum, declarativè ponitur pro *id est*, vt tenet Barb. in *dictio. vsufrequente. dictio. 110. num. 27.* † & non est copulativa, nec inducit diversitatem, & citat Cavedum Lusitanum intelligentem *70* autoritatem illam Christi Domini Martij 16. *dicite Discipulis, & Petro,* ac si dixisset *dicite Discipulis, id est Petro:* similiter debent intelligi illa verba renunciacionis: *renunciat cuilibet iuri, legi, statuto, aut pri privilegio, quod habeant, & illis pertineat ad petendum dictam tenuram, & possessionem fructuum:* quasi sic fuisset dictum: *ad petendum dictam tenuram, id est possessionem fructuum;* vt ita *lecta,*

Et, & declarativè posita illa dictio, & conversaque in dictione *idest* magis declararetur intentio renunciantis, quæ fuit renunciare tenuræ fructuum, quæ composita vocatur.

71 Sed quamvis † non esset apposita illa dictio, & sed dictio *aut* etiam hæc accipitur: expositivè pro *idest*, & pro *sicut*: ut supra de dictione, & exposuimus, præsertim in casu odioso, ut tenet idem Barb. dictio 46. num. 8. & 12. & si illa dictio, & vertitur in dictione, vel declarativè, etiam iurimur pro *idest* sicut diximus de dictionibus *aut*, & & præcipuè quando est posita post genus, ut diximus de dictione, & Barb. loco citato, dictio. 415. num. 5. cum Peregrino, cons. 33. num. 7. vol. 2. Voi dicitis † quod posita inter genus, & speciem stat expositivè. Itaque sive in renunciatione legatur cum dictione, & sive cum dictione *aut*, sive cum dictione *sicut* positæ inter genus, & speciem, causam, quæ est tenuta simplex, & causatum, quod est possessio si uantum, declarativè, & expositivè accipiuntur, quasi diceret, *renunciat dictam tenuram, idest possessionem fructuum*, quæ etiam tenuta vocatur, ut supra probavimus.

73 Ad septimum, † respondeo non esse certum, ut supponitur, in maioratibus non habere locum tenuram compositam, nec DD. in illo citati talem conclusionem probât: quin potius inter se certant, & ego ipse in *discursu* 8. huius libri. & adhuc est quæstio valdè anceps, & dubia: Et ad hoc dum evitandum, potuit prodesse dicta renunciatio, etiam in terminis, quod fuisset valida, quibus hic discursus remanet satis enucleatus, & magna, qua potui claritate, & subtilitate, discussus.

(* *)

DISCURSUS VI.

De renunciatione legitimæ.

SUMMARIVM.

1. **V**erba Regiæ provisionis referuntur.
2. Renunciatio iura a facta à Filia dum nuptui traditur debet servari: sed intellige, ut num. 36. & 48.
3. Qualitas heredis requiritur in filio, ad hoc, ut illi competat tenuta constitutionis Hæc nostra.
4. Qualitate deficiente adiecta dispositioni, cessat, & ipsa dispositio.
5. Legitima filiorum in Castella, quæ sit.
6. Renunciatio legitimæ materis excludit in Castella filiam ab hereditate matris ab intestato decedentis.
7. Pater, transendo ad secundas nuptias, tenetur reservare filiis prioris matrimonij proprietatem portionum filiorum præmortuorum, fruendo usufructu tempore vitæ suæ.
8. Hæc habet duas limitationes prima quando de licentia Regis secundo nupsit.
9. Matrimonium non contrahunt magnates in Hispania absque Regia licentia.
10. Secunda limitatio explicatur.
11. Tenuta constitutionis Hæc nostra, ut competat filio, est necessarium, quod sit hæres immediatus matris, & non sufficit, quod sit hæres heredis.
12. Legitima filij præmortui, quam tenetur Pater reservare filio eiusdem matrimonij, si secundo nubat, non est filio debita iure nature.
13. In illa Pater succedit, ut hæres filij præmortui pleno iure.
14. Filius superstes non habet iure hereditario tamquam hæres matris illam portionem fratris præmortui sed beneficio legis.
15. Heredem matris immediatum filium futurum esse, ut tenuta illi competat, duobus decisionibus Senatus Cathalonici probatur.
16. De

16. Decisiones duæ Senatus habent vim legis.
17. Renunciatio facta à filia in favorem patris, iuramento firmata, debet servari.
18. Licet contra illam dicatur, intervenisse dolum, vel metum; & donec rescindatur, est in statu validitatis, & debet servari.
19. Et donec filia sit absoluta à iuramento, audiri non potest.
20. Etiam si pretendatur, esse enormissimè lafam.
21. Renunciatio à filia iurata, etiam si interveniat enormissima lesio. & absolutio iuramenti sit impetrata. & petat rescissionem, non debet manentio concedi, cum decisione Senatus, & 22. & 23.
24. Renunciatio iurata, facta à filia in favorem patris tempore nuptiarum, intelligitur facta, si existant filij masculi, non aliter; & non existentibus succedit in hereditate, ac si non renunciasset.
25. Confirmatur decisione Senatus, & alijs autoritatibus, & num. 26.
27. Renunciatio à filia facta in favorem patris, qui in dotatione non expressit quantitatem dotis, quam illi dedit ex bonis maternis, est nulla.
28. Renunciatio, in qua filia est enormissimè lafa, est ipso iure nulla, & nihil operatur; & dicitur enormissimè lafa, si nihil receperit ex bonis matris.
26. Donationes, per filias parentibus factæ, parvi faciendæ sunt, vii dolo, metu, suasionibus, & suggestionibus communiter extorta.
30. Renunciatio non valet, etiam si præcesserit dotatio Paterna, qua diceret Pater, se dotare filiam tam de Paternis quam de maternis, si non declaraverit quantitatem, quam illi dedit ex bonis maternis.
- Dotatio debet fieri de bonis Paternis, nõ de maternis.
31. Dos in Castella constituitur ex bonis superlucrativis constante matrimonio, & num. 32.
33. Renunciationes factæ à filiabus, sine causa fuerunt factæ, & sunt ipso iure nullæ, & nu. 34.
35. Lesio enormissima intervenit in dotatione, quando Pater dedit adeo modicam dotem filia, cum esset dives, & ve presumatur dolum re ipsa ex tanta lesione.
36. Renunciatio filia, in qua intervenit lesio enormissima, etiam si sit iurata, est ipso iure nulla.
37. Nullum quod est, nullum producit effectum.
38. Nullum quod est, ius parti tribuere non potest.
39. Nullum esse idem est, ac esse sine effectum.
40. Nullum quod est ipso iure, non præstat impedimentum.
41. Lex resistens alicui aetui, reddit nullum, & ex eo nec naturalis, nec civilis oritur obligatio.
42. Lesione in enormissima deficit consensus, ex quo nascitur obligatio naturalis.
43. Renunciationem esse nullam, & non esse factam, parificantur.
44. Nullum quod est, nihil est.
45. Lesio enormissima reddit contractum nullum: Ex quo sequitur rescindi non posse.
46. Renunciatio, quæ est nulla, ipso iure, non præstat impedimentum, ad concedendam tenutam Constitutionum Hac nostra, & finali.
57. Respondetur primò argumento.
48. Renunciatio metu, vel dolo facta, vel lesione enormissima interveniente, etiam si sit iurata non valet.
49. Secundò argumento respondetur.
50. Repetendæ non sunt: quæ iam sunt dictæ.
51. Respondetur alio argumento.
52. Respondetur doctrinæ Ramon.
53. Hereditas matris, si non fuerit adita, per primum heredem, adhuc dici potest hæres matris immediatus alter, frater hæres, in quem tenuta transferatur.
54. Respondetur ad 4. & 5. argumentum, & nu. 55.
56. Lu.

56. Iuramentum appositum in contractibus non attenditur, ubi lasio enormissima interuenit: præsertim in Senatu Cathalonie.

57. Relaxatio iuramenti in Cathalonie non est necessaria: & sine illa potest agi, quando in contractu lasio enormissima interuenit.

58. Sententia Authoris.

59. Iudicibus inferioribus licet, quod superioribus est permixsum.

Doctores, qui asserunt absolutionem esse necessariam, loquuntur de Consilio propter honestatem, non de necessitate.

60. Respondetur doctrinæ Fontanæ.

61. Lasio enormis ultra dimidiam non ipso iure reddit contractum nullum; sed rescissione indiget, & donec rescindatur, impedit tenutam Constitutionis Hac nostræ.

62. Lasio enormissima rescissione non indiget.

63. Nullum quod est ipso iure, rescindi non potest.

64. Rescissione si contractus nullus ageret, vim obtineret, & in aliquo noceret.

65. Alia responsio adhibetur loco Fontanellæ, & num. 66. & sequentibus.

68. Voluntas in mente retenta nihil operatur.

69. Respondetur aliter decis. Senatus.

70. Contradictor legitimus non est in tenute iudicio, qui non habet æquale ius.

71. Decisioni Senatus respondetur.



DISCVRSVS. VI.

De renunciatione legitima.

AN RENVNCIATIO IVRATA, à filia in capitulis matrimonialibus facta in favorem patris suarum legitimarum paterna, & materna, sit valida, & servanda: & impediatur tenutam Constitutionum Cathalonie, Hac nostræ, & final. titu. soluto matrimon.

Senatus Cathalonie in sua Regia Provisione, nu. 10. sic rescripsit. Secundo, quidquid sit, an per renunciationem legitimarum paternæ, & maternæ, factam per dictam admodum Illustræm Ducissam Domnam Catharinam Antoniam, in favorem dicti admodum Illustris Ducis Domni Ludovici eius patris, &c. Et idem de alijs sororibus; sit renunciatum per unam quæque earum pro sua parte hereditati dictæ admodum Illustris Ducissæ Domnæ Mariannæ de Sando Val illarum matris ab intestato defunctæ; consequentièrque an renunciata verine tenute, & possessioni statuum, & bonorum, quas, & quæ dictus admodum Illustris Dux Dominus Ludovicus die sui obitus habebat, & possidebat in præsentibus Principatu, quæ ipsis cõpetere poterat, ut heredes ab intestato dictæ admodum Illustris Ducissæ Domnæ Mariannæ, illarum matris, &c.

Quod renunciatio sit valida, & servanda; & quod impediatur tenutam, & sit illi renunciatum videtur ex sequentibus. Primò, ex text. expresso in e. quamvis pactum de pactis, ubi sic Romanus Pontifex: Quamvis pactum patri factum à filia dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex ei vilis: Si tamen iuramento, non vi, non dolo præstito firmatum fuerit ab eadem servari debbit. Cum non vergat in aternæ salutis periculum, nec redundet in alterius detrimentum.

3 Secundo, † nam sorores expressè in suis pactis nuptialibus in favorem sui patris legitimæ maternæ renunciârunt cū iuramento, vt ex illis constat: Sed renunciata legitima, est renunciata hereditas matris: ergo non habent privilegium tenuræ. Maior patet; minor probabitur inferius in secundò argumento; & consequentia probatur, ex *Constitutione fuali in fine*, quæ requirit in filio qualitatem heredis, ad hoc, vt illi tenuta competat: & cum in illis hæc qualitas deficiat, non possunt tenuram prætere: † nam deficiente qualitate adiecta dispositioni, cessat, & ipsa dispositio, l. *titiam*, ff. de testam. *militaris*, l. 2. ff. de aur. & argen. legat. Menoch. de presump. lib. 6. presump. 15. num. 47. Calanat. conf. 43. nu. 14. Sesse decis. 187. num. 100. & 101. Salgad. in labyrinth. credit. part. 2. cap. 10. à num. 40. & part. 3. cap. 1. à num. 89. Redenasc. conf. 7. num. 13.

3 Tertiò, † in Regnis Castellæ legitima filiorum, quando pater moritur cū testamento, sunt omnia bona patris, vel matris excepto tertiò, quod pater cuilibet descendendum prælegare potest, & quintò, de quo in funere suo, & inter extraneos ad libitum disponere valet: ab intestato autem omnia bona sunt filiorum ita tenet Don Ioann. Baptist. de la Rea, decis. Granaten. 36. nu. 18. ibi: nec iuxta Angulum, num. 14. dicitur filiam capere ultra legitimam. Nam eam dupliciter considerat, aut patre in vivo, aut eo volente: Legitima patre in vivo est, quæ extracto tertiò, & quintò ex reliquis bonis tangit aqualiter cuique filiorum, cum pater possit tertium, & quintum vni adimere, & alij dare; legitima patre volente est pars aqualis cum alijs ex omnibus bonis. Nam cum pater non compellatur disponere de tertiò, & quintò nullo meliorato, vel patre intestato defuncto omnia bona sunt legitima filiorum, & eis ex lege aqualiter deferuntur. Et in hoc, iuxta leges Castellæ, omnes Doctores illius Regni concorditer, & nemine dempto procedunt: †

Ergo in renunciatione facta à sorori-

bus legitimæ maternæ, omnibus bonis matris, quæ decessit ab intestato, & hereditati eius renunciârunt, & cum non possit petere tenuram Constitutionum filius, nisi sit hæres; hinc sequitur, quod Ducissa, nec eius sorores tenuram prodece, & arhis petere possint; quia deficit illis qualitas heredis adiecta in Constitutionibus.

Et si dixeris, † quod licet dictæ filie legitimæ maternæ renunciarent; remanebant illis duæ portiones ipsius hereditatis maternæ, debitæ duobus filijs eiusdem matrimonij, qui post mortem matris mortui fuerunt, ex eo, quod pater ad secundas nuptias cõvolaverit, in quo casu tenetur reservare illas portiones filiorum mortuorum alijs filijs primi matrimonij, vñ usufructu illarum tempore vitæ suæ fruendo, vt habetur in l. *femine*, C. de secundis nupt. de iure Castellæ l. 14. & 15. Tauri. vbi scribentes, & Covarr. de spons. lib. 2. part. 3. § 9. num. 7. nam respondetur, dictas leges duas limitationes habere. † Prima, quando pater secundò nupsit cum licentia Principis, vt tenet Anton. Gom. in l. 16. Tauri, num. 6. ibi: *Secundò limita præterquam si talis mater, vel pater transeat ad secunda vota de licentia, & consensu Principis: quia tunc non incurrit prædictas penas: & plurimis authoritatibus probat; & Dux pater eas cum licentia, & consensu Regis secundum matrimonium contraxit, † vt fit in Hispania, vbi Magnates sine Regia licentia, matrimonium non contrahunt.*

Secunda † limitatio est, quando aliqua iusta, & gravis causa concurrat, quæ ad secundum matrimonium moveat, veluti quando pater ex primò matrimonio filium masculinum non habet, & est persona nobilis, & magni splendoris: nam tunc successionem viri appetendo, vt agnatio in sua familia conservetur, etiam si secundo nubat, non incurrit penam dictæ legis *femina*, vt tenet Cyriacus in terminis controverf. 137. num. 10. ibi: *Adhuc in proposito casu dicendum erit patrem non amissis-*

fuisse proprietatem horum bonorum, quia talis amissio cessat, vel quando pater necessitate ductus transit ad secundas nuptias, vel quando hoc facit ad utilitatem filiorum, vel quando filij ipsi consenciant: & inferius, num. 13. ibi: Sed maior necessitas iure probata hic insurgebat, ex eo quod extinguebatur agnatio familia ipsius patris, & eius fratrum, si non transivisset ad secundas nuptias, cuius conservanda, iustissimum est desiderium, imò in hoc publicum versatur interesse, l. 1. ff. solut. matrim. & c. Et cum Dux ex primò matrimonio non haberet filium masculinum; legitimè sequitur, absque ista pœna, potuisse ad secundas nuptias convolare; & non ex hoc amississe proprietatē legitimarum aliorum filiorum illius primi matrimonij: nec teneri alijs filijs reservare; & per consequens nullam portionem hereditatis maternæ in Ducissa, & suis sororibus remansisse, propterquã possent tenutam Constitutionum pretendere.

¶ Quartò, † contra renunciationem, etiam obstat: nam etiam si legitimæ pertinentes filijs mortuis prioris matrimonij, fuissent reservatæ à patre cæteris filijs eiusdem matrimonij, adhuc pro illis legitimis non competeret tenura: nam ad hoc, ut filio competat, est necessarium, quod sit hæres immediatus matris, & non sufficit, quod sit hæres heredis, ut tenet Ramon conf. 92. num. 14. ibi: Secundò respondemus Constitutionem, qua vult continuari possessionem in filium heredem matris, esse intelligendam in herede proximò, & immediatò, & non in herede heredis; ne concurrant plures fictiones, ut in statuto simili ita declarat, & ex multis resolvit Tirraquel. in tract. la mort sayst le vis in 2. p. & sic dicta Eugenia non potest pretendere tenutam, & possessionem bonorum pro parte dotis, in qua hæres extitit fratri heredi eorum matris, cum in ea parte non sit hæres matris, sed hæres heredis, in quo non habet locum constitutio.

¶ Quintò, legitima † filij præmortui, quam tenetur pater reservare alteri filio eiusdem matrimonij, non est filio

debita iure naturæ, ut debetur filijs, l. simus, §. illud, C. de in officio testam. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 1. quest. 1. num. 5. & 6. † nam in illa pater succedit, ut hæres filij præmortui pleno iure, & lex famina, C. de secundis nupt. §. l. 14. & 15. Taur. Castellæ; in pœnam iniuriæ mulieri, vel marito defuncto factæ, propter transitum ad secundas nuptias, illum proprietate bonorum privat, & filio superstiti illius matrimonij reservat: † & ita filius superstes non habet iure hereditario tanquam hæres matris illam portionem fratris præmortui, sed beneficio legis Cancer. var. p. 1. cap. 5. num. 32. & part. 1. in prim. respons. num. 52. Fontan. de pact. claus. §. glos. 8. part. 11. num. 35. & 36. Castill. Sotom. quori. lib. 1. cap. 2. à num. 83. & 126. Sperel. decis. 22. num. 19. Roxas decis. 231. num. 3. Redenas conf. 50. num. 63. Et cum Constitutiones Cathalonie requirant qualitatem hæredis matris, & quod iure hereditario illi succedat, ad hoc ut illi tenura competat, hinc est, quod frater, qui in illa portione legitimæ, legis beneficio successit, non possit pro illa petere tenutam, quia in illa non est hæres matris.

¶ Sextò, in † Senatu Cathalonie bis declaratum cum decisionibus extat, filium futurum esse heredem immediatum matris, ad hoc, ut ius tenuræ matri competens transeat in illum: prima fuit in causa inter Michaelem Ioannem de Moredon, & Dominicum Moredon referente Doct. Astor 12. die Decembr. 1624. Notar. Mollol. secunda in causa Magini Balthasaris Florença, & Modolell 8. die Octob. 1663. referente Mag. D. Aleny, ibi: Et ex clausula testamenti dictæ Mariæ Florença, & Gali, quod fecit in posse Ioann. Baptist. Vidal, Notar. Barcinonæ 13. Septembris 1654. constat, eandem Mariam heredem sibi universalem instituisse ad suas liberas voluntates dictum Petrum Florençam virum suum, nec illi successisse ex testamento dictos fratres Florenças filios suos, pro ut requirebatur, ad hoc, ut ius tenuræ matri competens

in illos transiret, &c. quæ fuit confirmata referre Magnif. Doct. Pastor 19. Februar. 1664. Not. Cortès.

Et quando inveniuntur duo decisiones conformes Senatus habent vim legis, à quibus recedi non potest, Xam. de offic. iudic. part. 1. quest. 15. num. 79. & definit. 17. num. 28. Fontan. de pact. claus. 7. glos. 1. part. 2. num. 55. & decis. 245. num. 18. & decis. 398. num. 28. & decis. 579. num. 7. Sapientiff. D. Mich. de Cortia, decis. 3. à nu. 34. ad 37. & decis. 24. à num. 32. ad 34.

17 Septimò, † renunciatio legitimarum maternas, & paternarum facta in nostro casu in favorem patris, fuit iuramento confirmata, & est observanda, ut est decisum in dict. cap. quam vis pactum de pa-

18 ctis, † & licet contra illam dicatur esse vi, vel dolo factam, donec rescindatur, est in statu validitatis, & debet servari, Intringli. singul. 155. lib. 2. Giurb. decis. 100. Mastri. decis. 160. nu. 15. Franchi. decis. 373. Capic. Latro. decis. 43. num.

19 17. & eius addition. num. 13. † Et donec sit absoluta à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi auctori non potest Fontan. de pact. claus. 7. glos. 2. part. 7. num. 18. Ripoll. ad Peguer. rubri.

20 1. Donat. de renunc. cap. 8. num. 21. † quod procedit etiam si prætendatur esse enormissimæ læsam, Grato conf. 36. lib. 1. Paris. conf. 45. na. 52. lib. 1. Vaccar. in constit. Marchia. glos. 2. num. 28. Carpano ad statuta Mediolani, cap. 453. num. 137. Mansino de iuram. part. 4. effectus 1. quest. 4. ex num. 33. Borgnim decis. 9. nu. 42. part. 1. Rota decis. 102. num. 9. part. 1. de ves. & decis. 59. num. 2. post 1. volum. consiliorum Farinacij, Sperell decis. 83. num. 29.

21 Fulcitur hæc doctrina, † nam quando filius, legitima, & dote contenta, renunciat omnibus iuribus sibi competentibus, tam in hereditate paterna, quam materna: hæc renunciatio excludit filiam à dote, & iuribus maternis, & ab omni prætensione tenutz, quæ datur pro dote, etiam si absolutionem iuramenti obtineat, & petat rescisio-

nem renunciationis: quia cum non sit renunciatio rescisa, & existat in statu validitatis, non debet ei manutentio concedi, ut totum id tenet cum decisione Senatus Fontan. de pact. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 94. ibi: Querimus ergo, an sit in omni casu verum, quod filij primæ uxoris heredes illius præferantur secundæ, & filijs, & heredibus illius in tenuta: Respondeo, quod licet regula sit generalis affirmativa fundata in constitutione ipsa, nihilominus non desunt ei salentia, & limitationes perpulchra, inter quas illa est scitu digna, quando filij, & filia primi matrimonij, legitima, & dote respecti ve contenta renunciassent, pro vi sæpè fit, maxime in filiabus quando nuptius traduntur omnibus iuribus sibi competentibus, tam in hereditate paterna, quam etiam in materna; cum enim ista renunciatio excludat filios, & filias à dote, & iuribus maternis, ex Mascardo de probat. conclus. 1265. per tot. Menoch. conf. 370. num. 29. & 32. lib. 4. Surd. conf. 192. nu. 9. & alijs etiam numeris eiusdem consilij: Sequitur, quod excludit etiam eos, & cas ab omni prætensione tenutz, quæ datur pro dote. Sic in terminis Senatus declaravit referente Egregio olim Senatore Antonio Oliva 20. Octo. 1592. inter Magdalenam Iordà & Iacobum Taverna.

22 Prosequitur Fontanel. num. 95. ibi: in qua declaratione est aliud singulari notatione dignum, quod non in vat obtinuisse filios absolutionem iuramenti in renunciatione appositi, movisseque causam pro rescissione, ex aliquo particulari motivo, propter quod videatur illam rescindi debere, quia sufficit non esse renunciationem adhuc in iudicio rescisam.

23 Octavò, † alia decisione Senatus videtur iuvari in causa Domnæ Ludovicæ Annæ Sabater, & Franciscæ Solanell, referente Doctore Gaspare Iulian Pexò, 10. Aprilis 1631. Not. Ribes, ubi negata fuit manutentio pro dote eo motivo, ibi: Et constat dictam Ludovicam Annam iureiurando renunciassse omni iuri sibi competenti, & competituro dicta ratione, & alijs in bonis patris sui, de ex præ kalendatis nuptialibus instrumentis.

tis constat, & oppositam extet eidem Ludovica Annae de Perivio schedula articulo-
rum oblata die 5. Mart. 1627. signanter
in 14. articulos, & absolutionem ad effe-
ctum obtinuisse minimè constat.

24 Pro contraria parte sic Insurgo. †
Primò, nam renunciatio iurata facta à
filia in favorem patris tempore nuptia-
rum intelligitur facta, si existant filij
masculi, non aliter: imò eis non existē-
tibus datur locus eius successioni, ac si
non renunciasset, quia habetur pro cō-
stanti, eam favore illorum renunciasset,
non aliàs; & cum non existāt filij mas-
culi, sequitur Ducissam habere locum
successioni mæris, ac si non renuncia-
set, ita tenet Fontan. decis. 570. num. 1.
ibi: Dum pro firmo constituerunt similiter
in earum renunciationibus favore ipsarum,
ut intelligantur facta, si existant filij
masculi, non aliter, imò eis non existentibus
datur locus earum successioni, ac si non
renunciasset, quia habetur pro constanti,
eas favore illorum renunciasset, non aliàs:
& citat Micha. Graffs, Cancr. Fell. Fernãd.
Molin. Hondede. insignem Covar. Mart.
Joann. Anton. Bello. Hodiern. & Franc. de
Petr. & prosequitur, ibi: Sicut ergo filia,
quæ simpliciter, & absolute renunciavit,
accipiunt benè, in suis renunciationibus,
subintelligi in sui favorem conditionem,
si masculi existant, aliàs eis non præiudicari,
&c. Et in num. 24. ibi: Quia quã-
vis favore masculorum dicantur fieri istæ
renunciationes, non tamen sic ut perfectum
proinde dici possit dominium acquisitum
illis, quod non potuerit eis per patrem, alijs
relinquendo, auferri.

25 Confirmat Fontanella suam senten-
tiam † decisione Senatus, quam refert
n. 22. quæ sic dixit: Renunciationes præ-
sumptione iuris censei factas favore mas-
culorum fratrum, cum per eos duntaxat
honor familiae, & splendor agnationis con-
servetur. Idem tenet Valenz. Velaz. 10.
1. conf. 17. à num. 36. Merlin. decis. 894.
num. 1. & 4 Cyroco disp 38. nu. 41. ibi:
Et in terminis, quod dicta filia renunciavit
bonis paternis cum iuramento, censeatur
renunciasset favore, & contemplatione mas-

culorum descendendum ex patre, ita ut
masculis, præmorientibus, filia admittatur
non obstante renunciatione iurata, tradit
Salicetus, &c. & refert octo Doctores;
Et infra: Quinimò, talem renunciationem
nihil operari etiam extantibus masculis si
illi non instituantur. Et est advertendū
quod neque extant masculi, & pater
decessit ab intestato in nostro casu.

Comprobat † Hodierna in l. hac 26
adictali, Cod. de secun. nupt. quæst. 11. n. 22.
ibi: Hinc est, quod deficientibus masculis,
renunciatio filie non obstat. Et num. 23. ibi:
Renunciatio enim tacitã in se habet condi-
tionem, si aliquis ex masculis superviveret,
&c. Et prosequitur: Vbi ex cõmuni DD.
sententia resolvit, renunciationem per filiam,
factam etiam dote recepta, habere tacitam
conditionem, si supervivant fratres patri,
aliàs se præmoriancitur, haberi ac si facta nõ
esset, cum semper præsumatur facta cõtem-
platione fratrum, qui tempore existebant.
Et quando Ducissa renunciavit habe-
bat fratrem masculum, qui mortuus
fuit ante patrem. Et num. 55. tenet,
hanc esse doctrinam indubitatã, & sic
vnum dilemma componit: Aut conclusio
illa, quod deficientibus masculis, cesset re-
nunciatio, sit vera, & ceriè renunciatio verè
resoluta amplius in consideratione habenda
non erit, nam fingetur eam non intervenisse,
ex defectu conditionis per mortem mas-
culorum; aut vera non sit, & ad quid eam
DD. admittunt. Et num. 56. ibi: Dicens
hanc esse communiter approbatam circa om-
nem controversiam, cum renunciatio ad
causam, & personam obquam facta est re-
stringatur, l. iubemus, Cod. ad Vellei. quæ
cessante, cessat ipsa renunciatio dict. cap. cũ
cessante, & si intervenit iuramentum, quod
intelligi debet, rebus sic stantibus, leg. quod
servas de cond. ob causa. l. fin. C. qui satisfacit.
cogan. idem tenet Merlin. de legit. lib. 1.
tit. 4. quæst. 3. num. 41.

27 Ulterius † ista renunciatio ex alio
capite etiam est nulla, scilicet, quia
quando pater filiam dotavit, in dota-
tione non expressit quantitatem dotis,
quam illi dedit ex bonis maternis, ita
Fontanel. cum decis. Senatus de pact.

claus. 9. glos. vnic. part. 1. à num. 9. Ioseph. Ludovic. decis. Lucent. 21 nu. 16, de Senatu Saubu. Ant. Faber in Cod. sic. de dot. promis. lib. 5. tit. 6. definit. 7. de Senatu Neapolit. Bosi. de dote cap. 4. §. 5. num. 66. de Senatu Sicil. Mastrill. decis. 186. per tot. & nu. fin. Mainard. decis. 21. lib. 4. Vrsil. ad Afflict. decis. 179 num. 4.

28 Confirmatur, † Ducissa nihil recepit de bonis maternis, & nihilominus renunciavit legitimis, paternæ, & maternæ: & in hac renunciatione fuit enormissimè læsa, & ideò fuit renunciatio nulla ipso iure, & nihil operatur, vt docet Fontan. de pact. claus. 9. glos. vni. part. 1. num. 5. ibi: *Quando filia quæ nihil ex matre, seu bonis illius recepit, renunciat nedum legitimæ, & successioni paternæ, sed etiam maternæ, tunc nihil nocet renunciatio propter magnam lesionem, quam continet: & quia sine causa facta fuit renunciatio, est ipso iure nulla, ac nihil operatur.*

29 Et in num. 6. sic ait: *Parvi faciendæ sunt donationes, quæ per filias parentibus sunt, vti dolo, metu, suasionibus, & suggestionibus communiter extortæ.* Et idem dixit Hodierna in d. l. Hac adictali q. 11. num. 105. & Molin. de legit. lib. 3. tit. 3. quest. 4. num. 6. & 7.

30 Probatur vltcrius, † pater simpliciter dotavit filiam sine assignatione, & declaratione quantitatis, quam illi donabat ex bonis maternis; sed etiam si diceret se dotare illâ, tam de paternis, quàm de maternis esset nulla renunciatio, & nihil valeret, Fontanel. d. claus. 9. glos. vnic. part. 1. num. 9. ibi: *Renunciatio non valet, etiam si præcesserit donatio paternæ, qua diceret pater se dotare filiam, tam de paternis, quàm de maternis.* Itaque ex duobus etiam capitibus fuit nulla ista renunciatio (& idem dico semper de renunciationibus sororum), scilicèt: quia pater non dixit illas dotare, exprimendo tantam quantitatem pro bonis paternis, & tantam pro maternis; sed etiam si diceret, tam de paternis, quàm de maternis: & etiam si diceret illas dotare de bonis maternis, adhuc dotatio intelligeretur facta

de bonis paternis tantum, vt dicit Fontan. d. num. 9. ibi: *Cum ea dotatio nihilominus intelligi debet facta de bonis paternis tantum, non de maternis, cum ex bonis paternis fieri debeant dotationes.*

Probatur etiam, † pacta matrimonialia filiarum in Regno Castellæ fuerunt celebrata, vbi iuxta leges illius Regni, intelligitur dotes constituisse filiis suis ex bonis super lucratis constante matrimonio, ex quo fuerunt procreata; nam in illis Regnis bona acquisita durante matrimonio vtrisque coniugibus acquiruntur, † Et tanquam onus matrimonij ex illis bonis acquisitis intelligitur filias esse dotatas, vt docet Covar. variar. resolut. lib. 3. cap. 19. vers. *Ex quo inferitur, ibi: Contrarium tamen in praxi frequentiore iudicum suffragio receptum est, vt tandem si pater soluto matrimonio filia eiusdem matrimonij donationem propter nuptias dederit, aut promissurit, dotem vè constituerit, ea donatio, & constitutio facta presumatur, ex bonis illo matrimonio constante quesitis, potius quidem quam ex bonis proprijs ipsius patris.* Idem tenet Aiora de partition. 3. part. quest. 14. num. 48. Et hæc doctrina est sine contradictore.

Pater † quando dotavit filias, matrimonio soluto, opulentissimas diuitias habebat, in ipso matrimonio acquisitas, ex quibus filias videtur dotasse, & non ex proprijs bonis, nec ex maternis: ergo renunciationes quæ filie patri fecerunt, fuerunt sine causa, & sic fuerunt ipso iure nullæ, ac nihil operarunt, vt dixit Fontan.

34 Corroboratur hæc doctrina † alia Ripoll. variar. cap. 10. num. 505. & 506. vbi pater dotavit filiam, tam de bonis paternis, quàm maternis; & in eius favorem omnia iura renunciavit, quæ ex hereditate matris illi competebant, & sic ait: *Quæsitum fuit, an ipsa filia posset agere ad partem dotis, quæ in hereditate matris poterit ad se expectare: nam licet filia renunciaverit iuribus competentibus in hereditate matris, cum tamen realiter, & de facto ad eam nihil per venerit de illa,*

re nunciatio nulla est. Ergo nostra renun-
ciatio fuit nulla.

- 35 Pater † modicam dotem in nostro
casu constituit istæ filiæ, quæ in deci-
ma parte consistit cæterarum dotium,
quas sua Excelentissima domus solet
cæteris filiabus constituere: in quo ca-
su læsa invenitur enormissimè, & iustè
conqueri potest Fontan. de pact. claus. 9.
glos. vnic. part. 1. num. 39. cum decisione
Senatus, ibi: *Vbi dictum fuit, tunc posse
filiam conqueri de incongrua dotatione, cum
pater dederit adeo modicam filiæ dotem, cum
esset dives, ut præsumeretur dolus re ipsa ex
tanta læsione. Et si enormissima læsio est,
quæ excedit tripulum, aut quadruplum,
quid erit dicendum de ista, in qua filia
renunciavit, & nihil recepit ex bonis
patris, nec matris, sed ex bonis super
lucratis in matrimonio, illam dota-
vit?*
- 36 Quando † enim in renunciationi-
bus filiæ intervenit læsio enormissima,
etiam si sint iuratæ, sunt ipso iure nul-
læ, & nihil operantur, ut dixit Covar.
in fra citandus, & Fontan. † Et quod
- 37 nullum est, nullum producit effectum,
l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudica. l. non
putavit, §. non quævis, ff. de honor. posses.
contr. tabu. Flamin. de resignat. lib. 7. quest.
1. num. 26. Cæsar Argel. de legi. contrad.
quest. 7. num. 146.
- 38 Et cum sint nullæ † nullum ius pa-
tri tribuere possunt, Rot. Rom. apud
Farin. decis. 572. num. 9. tom. 1. part. 1.
- 39 Et paria sunt † esse nullæ, quam esse
sine effectû, Surd. decis. 51. num. 21. &
22. & conf. 3. à num. 8. & conf. 157. n. 13.
conf. 179. à num. 49. conf. 381. à num. 13.
Marin. Anton. Variar. lib. 1. resolut. 61.
nu. 24.
- 40 Et quod nullum est, ipso iure, † nō
præstat impedimentum, l. 4. §. condem-
nato, ff. de re iudic. cap. qui contra ius, &
cap. non præstat 52. de regul. iur. in 6. Tusc.
liter. N. conclus. 140. elegans text. in l. nō
dubium, Cod. de legib. ibi: *Nullum enim
pactum, nullam conventionem, nullum
contractum inter eos volumus subssecutum,
qui contrahunt a lege contrahere prohi-*

bente. Ex qua deducunt Doctores, † 41
quod quando lex resistit alicui actui,
tunc ex eo, nec civilis, nec naturalis
oritur obligatio: cuius ratio clara est
in læsione enormissima, quia in ea de-
ficit consensus, ex quo nascitur obli- 42
gatio naturalis, Fontan. claus. 4. glos. 8.
part. 1. num. 57. Hodiern. in l. Hac adir-
etali, Cod. de secun. nupt. num. 99.

Et nullam † esse renunciacionem, & 43
non esse factam parificantur, cap. pro va-
niens de filijs Presbyterorum, Doctores in
cap. in presentia de probationibus, Flam-
minius Parilius de confidentia quest. 46.
num. 30.

Quod † enim nullum est, nihil est, 44
l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata, Ma-
rinus Antonin. Variar. lib. 1. resolut. 78.
num. 10.

Et cum † enormissima læsio reddat 45
contractum nullum, sequitur rescindi
non posse, l. nam, & si sub conditione, ff.
de iniust. rupt. & irit. test. l. obligare, §. tutor,
ff. de auctor. tutor. l. si tutor, Cod. in quibus
causis integ. rest. non est necessaria, cap. ad
disol. vendum de sponsatione, impuber.

Ex his † omnibus satis probatum 46
manet, renunciaciones à filiabus factas
nullas esse, ipso iure, ac si factæ non
fuissem, nullumque præstare impedi-
mentum ad concedendam tenuram
Constitutionum Hac nostra, & final,
tit. disol. lo. matrimoni; quibus addere
poteris omnia, quæ diximus in renun-
ciacione suæ matris supra discursu. §. quæ
etiam his renunciacionibus conve-
niunt.

Restat † nunc, ut argumenta in cō- 47
trarium adducta diluamus. Non ob-
stat primum ex textu in cap. quamvis
pactum de pact. nam ibi excipit Roma-
nus Pontifex vim, & dolum, quando
intervenit in iuramento.

Tunc † enim iuramentum metu, vel 48
dolo extortum non firmat pactū istud
renunciacionis maternæ hereditatis,
ut docet Covarr. in d. cap. quamvis pa-
ctum 3. part. §. 4. num. 2. Et quando inter-
venit læsio enormissima in illa, etiam si sit
iurata, non tenetur servare, Covarr. ibidem,
num.

num. 5. & 6. vers. Sexta, & vers. Septima, & num. 7. idem tenet Nogueroi. in allegat. 29. & 30. Hodiern. in l. Hac aditali, Cod. de secund. nupt. quæst. 11. nu. 99. & seqq. quia intervenit dolus.

Ad secundum † respondetur, quod quidquid sit; an in renunciatione facta à filia de legitima materna intelligatur in Cathalonia non renunciassse hereditati maternæ ab intestato: certissimi iuris est in casu præsentis nullius effectus esse renunciationem à filia factam, propter læsionem enormissimam supra probatam, & à me dicta in discursu 5. de doctrina Ioannis Baptist. Hodierni ex num. 99. quæ non licet mihi iterum repetere, ne indignatione Imperatoris Iulianiani incurere valeam, qui in l. amplioem, §. in refutatorijs, Cod. de appellacion. sic ait: † *Caudeant, tam litigatores, quam libellorum dictatores verbosis rei assertionibus, & ea quæ iam perorata sunt, iterum resuscitare: scituri quod si hoc fuerit prætermisum, non d'erit adversus libellorum conditores amplissimi iudicij competens indignatio.*

Ad adducta † num. 8. & ibi dicta de portionibus hereditarijs matris, quas pater tenetur reservare filijs primi matrimonij, iuxta l. femina, Cod. de secundis nupt. cum duabus limitationibus ibi traditis, nihil respondeo; nam illa questione non egeo ad meum institutum; quia filiabus renunciantibus suas legitimas, sufficit, invalidè renuciassse, & esse admittendas ad hereditatem suæ matris, ac si non renunciassent, ut tanquam heredes possint admitti ad tenutam pro dote, & arthis suæ matris.

Impugnando † prætensam successionem legitimarum duorum fratrum præmortuorū primi matrimonij, propter transitum patris ad secundas nuptias, attulli doctrinam Ramoni, in qua dixi, ad obtinendam tenutam esse necessarium, quod filius sit heres immediatus matris, & non sufficit, quod sit hæres hæredis, cuius verba retullis; sed immediatè ipse Auctor sequètia scrip-

sit, quæ adversarij tacuerunt. † *Etiam hoc habet res minus dubitationis, quia quæstio tantum formari potest, pro ut faciunt DD. cum heres mortuus est, non addita hereditate, an tunc continuetur possessio bonorum defuncti, ex vi statuti in heredem, in quem heres transmisit hereditatem defuncti, in quo posset esse aliqua dubitatio, quia cum hereditas non fuerit addita per primum heredem, adhuc dici poterat hereditas primi; at secus est in hoc casu, quia frater adivit hereditatem matris, & in ea dicta Eugenia successit, non ut in hereditate matris sed fratris. In quibus probatum, quod quando hereditas matris non fuit addita per primum heredem, adhuc dici potest heres matris immediatus, in quo tenuta transfertur: Et hic est casus noster, nam fratres mortui non adierunt hereditatem matris, & intestati decesserunt, & sic dici potest heres immediatus matris.*

Ad quartum, & quintum argumentum † respondeo, fatendo filium superstitem non esse heredem patris præmortui primi matrimonij, cui pater tenetur reservare illam portionem propter transitum ad secundas nuptias; & consequenter quod non potest ille frater superstes petere tenutam pro illa portione à patre ministerio legis filio reservata; quia non succedit in illa ut heres matris, quæ est qualitas à constitutione requisita; sed legis ministerio illam adipiscitur in pœnam transitus ad secundas nuptias; sed in præsentis casu non egemus illis portionibus fratrum demortuorum, quia sufficit ad tenutam portio hereditaria, quæ competit Ducissæ tanquam heredi matris suæ, ex eo quia renunciatio nullius momenti est, ut supra probavi, & idem dico de cæteris sororibus.

Sexto argumento, † responsum dedi in primo, in illa parte, quæ est fundata in cap. quamvis pactum de pact. Ad cæteras autem auctoritates † quibus adhæret altera, Fontan. quæ probant, renunciationem legitimæ debere servari, donec rescindatur, & non posse agere

agere filiam, nisi prius sit absoluta à iuramento, etiam si dicat se esse enormissimè læsam, sic respondeo, cum Fontan. claus. 7. glos. 2. part. 7. num. 13. Vbi tenet † quod in Senatu Cathalonix, ubi lis pendet, non curatur de iuramentis positis in contractibus, in quibus læsio enormissima invenitur, sic ait: *Sanè in nostro Senatu benignè hac recipitur opinio, quod ubi adsunt istæ immodicæ læsiones, parum curatur de iuramentis positis in contractibus, sed subvenitur semper læsis in quantum fieri potest: & idem tenet Caldas Perei. in l. si curatorem habens, verbo Læsis num. 1. vers. si contrar. um. & Covar. in d. cap. quamvis pactum 3. part. §. 4. n. 2. 5. & 6. vers. Sexta, & vers. Septima, & num. 7. Nogueroi. late allegat. 29. & 30.*

56 Et quamvis † Covar. teneat, relaxandum esse iuramentum; in Cathalonia vero hoc non servatur: nam etiã si absolutio non sit petita, nec obtenta, pro rescissione, vel declaratione nullitatis contractus agi potest, ut restatur, Fontan. cum deois. Senatus dict. num. 13. ubi casum refert, in quo mulier Barchinonensis renunciavit in favorem patris cum iuramento hereditatem paternam, & maternam in pactis nuptialibus illic celebratis: & postea ad agendum, absolutionem huius iuramenti ab Archiepiscopo Tarracoenensi petivit, & fuit disputatum, an absolutio esset necessaria; & valida, & concludit Senatum non attendere ad istas absolutiones, & sic ait: *In quo quasi clarè Senatus docuit, in his non fore necessariam absolutionem, aliàs quomodo potuisset admittere absolutionem à Iudice incompetenti.*

57 Sed in hac † contrarietate opinionum, & stylo Senatus, ego mediam viã eligere sum ausus, & dico, quod si mulier litem incipiat agendo, & petendo nullitatem, contractus ob enormissimam, læsionem; ad cautellam ante litem ingressum absolutionem, seu relaxationem iuramenti petat; & illa ex æquitate debet concedi, ut tenet Covarr. imò facillimè in Tribunalibus

Ecclesiasticis conceditur; nam cum sit admittenda ad probandam enormissimam læsionem, & hoc longam petat indaginem, æquum est, ut ista sit absolutio munita. Si verò in vim exceptionis opponat in lite iam cœpta, præsertim summarissimi possessorij, enormissimam læsionem, allegando, nullam renunciationem fuisse ipso iure, & rescissione non egere; & existima præsertim in Senatu Cathalonix, parùm de hac absolutione esset curandum; & licet non obtenta, & periculum opponeretur, læsam subveniret. Et idem dico † de iudicibus inferioribus, qui vestigia superiorum sequendo, benè, & iustè agerent, ut tenet Parlador. ver. quotidian. 5. part. §. 16. num. 7. ibi: *Si ergo inferiores iudices huiusmodi humanitatis exemplum usurpa verint, culpandos minime crediderim, nã velut à fonte rivulos æquè, & à maioribus doctrinæ exemplis derivare honestum est.* Et quod dicit Covar. intelligo † de consilio, propter honestatem; & semper est in hoc stylus Tribunalium servandus.

Ad doctrinam † Fontanellæ cum 60 decisione Senatus allatam supra num. 49. devenièdo, loquitur quando filix legitima, & dote cõtètæ renunciavît, quia dotem, & legitimã receperunt: at in nostro casu nullã legitimã maternã receperunt; dotes autem illis ex bonis superlucratis fuerunt constitutæ, & sic enormissimè fuerunt læsæ; quod in decisione Senatus non decidit, ubi non constat talem læsionem fuisse; quin potius videtur pro enormi ultra dimidiam virtute, legis 2. C. de rescind. vendit. egisse, ut denotant illa verba, *mo vissesque causam pro rescissione. ex aliquo particulari motivo, propter quod videatur illam rescindi debere, quia sufficit non esse renunciationem adhuc in iudicio rescisam: Et hoc non est mirum, nam † cum ista læsio contractum, ipso iure, nullum non reddat, rescissione indiget, & ad impediendam tenutam sufficit, non esse renunciationem adhuc in iudicio rescisam; si verò † læsio enormissima inter-*

61
62
veni.

63 veniret, rescissione non egeret, † nam quod ipso iure, nullum est, rescindi nō potest, l. nam, & si sub conditione, ff. de iniust. rupt. & irrit. test. obligare, §. tutor, ff. de author. tutor. l. si tutor. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria, cap. ad dissolvendum de sponsatione impuber. Surd. cons. 73. num. 77. & cons. 114. num. 9. & cons. 160. num. 61.

64 Et si † contractus nullus rescissione egeret, iam vim obstineret, & in aliquo noceret, & Fontanel. d. claus. 9. glos. unica, part. 1. num. 5. dixit: Nihil nocet renunciatio, ac nihil operatur.

65 Vltcrius † respondetur, quod illa verba; *mo visseque causam pro rescissione* satis denotant, ante prætensionem, & petitionem tenutzæ filiam movisse causam pro rescissione, & in hoc casu nihil mirum, quod Fontanel. diceret; *quia sufficit non esse renunciationem adhuc in iudicio rescisam*, propter regulam iuris, † ubi captum est iudicium, ibi finiri debet, l. ubi captum, ff. de iudic. Et cum iudicium principale tenutzæ à rescissione renunciationis penderet, quod nondum erat decitum, necessarium fuit illud iudicium finiri: tanquam ab eo originem tenutzæ habens Felin. in cap. ex tenore de rescript. num. 19. Fachin. contro vers. lib. 11. cap. 78.

67 Vidi conclusionem † in Archivo Regio huius Civitatis Barchinonæ, quam refert Fontanel. num. 94. & 95. in quo dixit: *Mo visseque causam pro rescissione ex aliquo particulari motivo*; in quo errorem passus fuit: nam decisio illa non dicit, filiam movisse causam pro rescissione, sed tantum absolutionem iuramenti in Curia Ecclesiastica obtinuisse ad rescissionem petendam, ibi: *Adversus dictum iuramentum obtinuisse beneficium absolutionis in Curia Ecclesiastica Abbatatus Solsonæ ad fines agendi contra dictam renunciationem*. Et non est idem

68 † habere voluntatem, & intentionem rescissionem petendi, quam illam petere in iudicio: nam voluntas in mente retenta nihil operatur, l. quia cum filium, ff. de hered. instit. Menoch. de præ-

sumption. lib. 1. quest. 26. num. 5. l. si repetendi, ff. de conditione ob causam. Et in dicta conclusione non refertur causa, quæ filia poterat habere, ut renunciatio rescindi deberet, nec Fontanel. retulit eam, & tantum dixit, *ex aliquo particulari motivo*: Et sic doctrina Fontan. & decisio nihil obstant.

69 Præterea † in dicta decisione Senatus vidua secundi matrimonij tenutam pro sua dote petebat: filia autem primi matrimonij pro dote suæ matris similiter contendebat: & cum ambæ æquale ius haberent, quælibet contra alteram legitimus contradictor erat; sed cum viduæ tenuta clara esset, sualque qualitates haberet: exceptiones autem filiz altiore indaginem peterent, quia incontinenti probati non poterant, ideo Senatus manventionem concessit viduæ, iure filiz altero iudicio reservato. Quod † in nostro casu non concurret: nam læsio enormissima est suo tempore allegata, & incontinenti ex ipsis capitulis matrimonialibus probata, & contraria pars, non habet æquale ius, quia non habet dotem, & ita non est legitimus contradictor, ut latè demonstratur infra, discursu 9. lib. 2. & fuit dictam supra, discursu 4. ex num. 10.

70 Ad alteram † Senatus decisionem in octavo argumento adductam, respondetur, quod ibi filia non renuntiavit matris hereditati, sed bonis patris sui; & illi tenuta fuit denegata ex alio motivo, ibi: *Et consequenter prædictam Ludovicam Annam penes se habere integram dotem, & sponsalium Rosa matris suæ, per quam dumtaxat pretendere poterat prætersam tenutam*. Et ita nihil obstant decisiones Senatus, & Fontanellæ doctri-

(*) (*)
(*) (*)

DISCURSUS VII.

An restitutio dotis facienda sit in loco contractus.

SUMMARIVM.

1. Dotis restitutio an debeat fieri, secundum leges loci contractus, in quo fuerunt celebrata pacta nuptialia, vel secundum statuta domicilij viri.
2. Videtur quod debeat fieri secundum statuta, & leges loci contractus.
3. Probatur quod debeat restitutio fieri secundum statuta domicilij viri.
4. Pactum quod restitutio fiat secundum leges alicujus Provinciae debet servari.
5. Tenuta non competit, quia fuit conventum, quod restitutio dotis fieret secundum leges Castellae, in quo Regno non conceditur tenuta pro ea.
6. Alio argumento idem probatur.
7. Expressum facit cessare tacitum.
8. Probatur alia auctoritate Alderan. Mascari.
9. Melius probatur doctrina Mauric.
10. Contractus ex conventionem legem accipiunt.
11. Renunciare quilibet potest iuri suo.
12. Pacto inhibito, quod dos restituatur in Civitate, in qua contractus est celebratus, Statutum domicilij viri servari non debet.
13. Contrarium probatur in casu questionis.
14. Mulier diverso iure succedit in arrhis in Castella, quam in sponsalicio, seu escreix in Cathalonia, in quo differat, num. 15.
16. Mulier pleniori iure succedit in arrhis, quam in sponsalicio. Sed in sponsalicio Cathaloniae breviori modo, ac magis privilegiato repetit.
17. Aliq. differentia maioris utilitatis 18.

19. Bonorum superlucrationum in matrimonio habet medietatem mulier in Castella; non vero in Cathalonia.
20. Pactum fuit appositum in capitulis matrimonialibus, quod dos, & arrhae restituerentur iuxta leges Castellae, in favorem mulieris, propter diversa motiva.
21. Argumento primo respondetur, & secundo, & tertio, num. 22.
23. Respondetur quarto argumento Petri Barbof. & reliquis argumentis, n. 24.

DISCURSUS VII.

De restitutione dotis.

AN RESTITUTIO DOTIS, & Arrharum facienda sit secundum leges loci contractus, in quo celebrata fuerunt pacta nuptialia, vel secundum statuta domicilij viri, ubi lis pendet?

Fuit dubitatum: † An iuxta verba capitulorum matrimonialium interdictum admodum Illustrissimi Ducem Dominum Ludovicum, & dictam admodum Illustrissimam Dominam Marianam in hitorum, super restitutione dotis, & arrharum dictae admodum Illustris Ducissae, ibi: Et duodecim mille nummi ad complementum centum, & duodecim mille huius dotis, qui solvantur in iocalibus, & vestibus, & ceteri duodecim mille promissionis arrharum, restituendi sunt dictae D. D. Mariana, vel cui summius habuerit, iuxta dispositum in legibus Castella, &c. Praesens causa mantentionis decidenda sit secundum leges Castellae, in quibus viduae non habent privilegium tenutae, & possessionis bonorum viri, ipso iure, post eius mortem: an autem decidenda sit per Constitutiones Principatus Cathalonia, quibus ipso iure viduae, sed eius filijs, & heres habet tenutam, & possessionem bonorum viri post eius obitum.

Quod restitutio dotis, & Arrharum fit facienda secundum leges Regni Castellae, in quo viduae non habet privilegium

gium tenutz; & non suum secundum Cōstitutiones Principatus Cathalonie, in quo viduz cōceditur dictum privilegiū tenutz, videtur probari ex seqq.

Primò, † ex verbis expressis capitulorum matrimonialium supra traditis: nam licet restitutio dotis, & exactio illius sit facienda secundum statuta domicilij mariti, iuxta textum in leg. *exigere dotem* 65. ff. de iudicijs: tamen † quando in capitulis matrimonialibus intervenit pactum, quod restitutio fiat secundum statuta, & leges alicuius Provinciae, debet servari. Ant. Gom. in l. 53. Taur. n. 75. Roderic. Suar. tit. de las ganancias nu. 42. vers. *Secundò limitabis* Matien. in l. 9. gl. 1. titu. 9. lib. 5. recop. Sanch. de matrimon. lib. 6. disputat. 5. num. 1. Larrea decis. 62. num. 11. & 12.

Cum † ergo in capitulis matrimonialibus pactum expressum intervenisset, quod restitutio dotis, & arrharum sit facienda secundum leges Castellæ, ab illisque dispositum: & in legibus Castellæ non concedatur tenuta pro dote, & arrhis viduz in bonis mariti, legitimè sequitur, tenutam Cathalonie pro dote, & arrhis in nostro casu non competere.

Uterius: † aut vir erat domiciliarius Cathalonie, aut Castellæ, ut inferius disputabimus: si erat domiciliarius Cathalonie, dos exigenda est secundum statuta, & Constitutiones huius Principatus, ut est decisum in dict. l. *exigere dotem*: Sed cum pactum interveniret, ut sit restitutio facienda, ut est dispositum in legibus Castellæ, est servandum, ut supra ostensum est: Si erat domiciliarius Castellæ, restitutio etiam facienda est iuxta leges domicilij viri: ergo utroque casu debet exigi dos, & restitui secundum leges Castellæ, non verò secundum Constitutiones Cathalonie.

Quartò, probatur † ex doctrina Pet. Barbol. in dict. leg. *exigere dotem*, num. 107. ibi: *Quare si expressum sit, quod restitutio dotis fieret secundum statuta domicilij uxoris, non habebunt locum prædicta,*

quia expressum facit cessare tacitum, quod probat cap. 1. de sponsa. lib. tradit Andrcol. Sicul. cons. 4. col. 3. ad medium, lib. 2. Croc. l. omnes populi, n. 262. supra de iustitia, & iure, ac ita videatur, renunciari decisio huius text. iuxta regulam, l. penult. C. de pact. Valasc. consult. 175. num. 19. ampliando, ut per eundem ibidem, num. 26.

Quintò † probat Alderan. Mascard. de general. statutor. interpret. conclus. 7. nu. 61. ibi: *Si fuisset actum, quod secundum formam statuti illius loci expressi, dos restitui deberet, quia tunc haberet locum limitatio ad d. l. exigere dotem, eo quia aliud fuisset conventum inter partes.*

Sextò, in dubitabilem † dicit hanc doctrinam Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 14 n. 9. ibi: *Quintò communis etiã sententia debet restringi, ut non habeat locū, si dos ea lege sit data, seu constituta, ut soluto matrimonio secundum statutum loci in quo contractus est celebratus, restituantur, & hac limitatio non recipit dubitationem: † quia contractus ex conventionione legem accipiunt, l. 1. §. si conventiat, ff. de pos. † & unusquisque potest renunciare ijsque pro se introducta sunt, l. si quis inscribendo, Cod. de pact. & sicut per statutum, ita etiam pactum potest derogare dictæ l. exigere, ff. de iudic. Bald. cons. 357. nu. 5. lib. 1. Chassen. cons. 7. num. 4. & Iuann. Croc. in d. l. omnes populi, num. 170. † Unde si fuerit scriptum in instrumento, quod in ea Civitate dos restituantur, in qua contractus est celebratus, statutum domicilij viri servari non debet, Cra vet. in cons. 880. nu. 20. & Rol. qui alios etiam refert in tract. de luc. dot. quest. 19. in fin.*

Sed his minimè obstantibus † tenendum est, tenutam Constitutionum Cathalonie pro dote, & arrhis uxori, eiusque filijs heredibus competere. Quod sic probo: Certissimum est, Ducem virum domiciliarium fuisse huius Principatus, ut inferius probabimus, quando de domicilio agamus, discurs. 9.

Et cum sit conclusio indubitata, quod exactio dotis sit facienda in domicilio viri, & iuxta illius statuta ex dict. l. *exigere dotem* 65. ff. de iud. hinc sequi-

quiritur secundum Constitutiones Cathalonix esse dotem exigendam, & competere illarum tenuram.

stante matrimonio acquisitis, ut late Larrea cum legibus Regni in decis. 62. per totam. In Cathalonia vero nihil lucratur.

Cum igitur tam diversæ sint leges, Constitutiones, statuta, & consuetudines Regnorum, idcirco pactum fuit appositum in capitulis matrimonialibus, quod arrhæ, & dos restituerentur soluto matrimonio, iuxta dispositum in legibus Castellæ, ad hoc, ut mulier dotem, & arrhas, illi maritus, seu eius heredes integrè restitueret, ut ita fuit cautum in apocha ipsius dotis, ubi dictum fuit, solutionem totius debiti integrè esse faciendam: quibus verbis mulieri fuit cautum, ut arrhæ integræ, & pleno iure ei restituerentur, sive soluta esset dos, sive non: & partem lucrorum nuptialium haberet: totamque integram dotem recuperaret, etiam si fortè in Cathalonia, vel Regno Valentix statutum vigeret, quod maritus pro oneribus matrimonij aliquam eiusdem dotis partem retineret: ut ita quanto magis posset, hæc clausula mulieri favorabilior esset, ut supra late ostendimus in discurs. 5. & in hoc sensu loquitur, Sanch. Larrea, & cæteri supra n. 4. citati, qui agunt de lucris nuptialibus.

Hæc igitur tam intelligentia verissima, uti consona iuri, menti que contrahentium; nihil obstant argumenta in contrarium adducta. Non primum, robur accipiens ex verbis capitulorum; nam eorum legitimus intellectus iam remanet explicatus; & cum distinctione dissolvitur, concedendo restitutionem dotis, & arrharum esse faciendam iuxta dispositum in legibus Castellæ in substantiali, & essentiali restitutione, quæ respicit quantitatem, & qualitatem, ac plenum, & perfectum dominium: non verò quo admodum exactio, & locum domicilij viri, ubi exigere debent, secundum dispositionem dictæ legis exigere dotem 65. ff. de iudic. nam hæc lex non fuit ab vxore renunciata, nec villo modo in iure renunciatio præsumitur, ut in d. discurs. 5. probatum extat,

14 Tota enim hæc difficultas consistit in examinandis illis verbis relatis, & in pactis nuptialibus scriptis, verumque sensum intelligendo: ad cuius explicationem suppono, quod in Regno Castellæ diversimodè succedit mulier in Arrhis, quas illi promittit maritus in præmium virginitatis, quam in sponsalicio, seu escreix succedit in

15 Cathalonia: nam in Castella succedit in Arrhis pleno, & perfecto iure, in Cathalonia verò tantum in usufructu, vel aliàs, multisque additis, ut supra in discurs. 1. est satis disputatum. Et ita

16 est favorabilius mulieri repetere Arrhas in quantum ad quantitatem, & dominium Arrharum, iuxta dispositum in legibus Castellæ, quam secundum Constitutiones Cathalonix: in quibus plures difficultates occurrunt, licet in modo repetitionis brevissimæ tenuræ, irregularis que hypothecæ commocius, & vtilius est sequi iudicium summarissimum Constitutionis Hæc nota, quæ ipso iure transfert in viduam, & eius filios heredes possessionem civilem, & naturalem bonorum mariti ab instanti suæ mortis.

17 Cæterum in Castella mulier soluto matrimonio repetit Arrhas integras, sive soluta sit dos à patre, vel extraneo, sive non: in Cathalonia verò, si non est soluta dos, vel soluta est in parte, tantum debetur sponsaliticium correctivum ad dotem solutam, ut supra probavi in discurs. 1. num. 38.

18 Vtèrius in Castella mulier repetit dotem integram, sine aliqua detractioe, quæ viro solet competere secundum statuta aliquarum Provinciarum, in quibus conceditur viro aliqua pars pro oneribus matrimonij, ut refert Petr. Barbof. in d. l. exigere dotem, ff. de iudic. num. 95. & 106. & Velasc. consule. 175. num. 19. & 20.

19 In Castella etiam mulier habet medietatem in lucris nuptialibus con-

eat, cui te remitto. Et idem responde-
tur secundo, & tertio argumento, quæ
eadem distinctione diluuntur.

23) Quartum † argumentum sumptum
ex Petro Barbof. nihil vrget, quin po-
tius probat meam supradictam doctri-
nam: nam loquitur de statuto domi-
cilij mariti in quo maritus partem do-
tis retinere poterat, pro oneribus ma-
trimonij: & vt hanc partē non recipe-
ret, seu retineret, in pactum fuit de-
ductum, vt restitutio dotis fieret inte-
gra secundum statuta loci contractus,
quod debet seruari: quoniam aliās si
hoc pactum non apponeretur, cum ex-
actio dotis deberet fieri in loco domi-
cilij mariti *iuxta d. l. exigere dotem*, se-
queretur, quod quando mulier dotem
peteret in domicilio mariti retineretur
illa pars, quæ ei deberetur ab statuto
pro oneribus matrimonij. Et idem
fuit cautum in favorem dotis, & arrha-
rum Ducisse: nam si illa clausula in ca-
pitulis matrimonialibus nō fuisset ap-
posita, quando ipsa, vel sui filij here-
des peterent in hoc Principatu arrhas
illi promissas in præmium suæ virgini-
tatis, eis responderetur, non esse sol-
vendas, vel quia dos integra, vel in par-
te non erat soluta, & cæteræ excep-
tiones eis opponerentur. Et in dote po-
tuit timeri, aut iuste vereri, ne in Ca-
thalia, aut Valentia aliquod statu-
tum inveniretur, propter quod mari-
tus pro oneribus matrimonij aliquam
partem dotis retinere posset, provt re-
fert Barbof. & ita inveniretur sua dote
fraudata, quando illam in Cathalo-
nia exegisset: & ad cautelam, ac præ-
cautionem illud pactum fuit adiectum,
vt restitutio dotis, & arrharum fieret
secundum dispositum in legibus Cas-
tellæ, vt utrumque integrum, & sine
detractione, & pleno iure reciperet.

24) Sic similiter respondetur † ad quin-
tum, & sextum argumentum Mascard.
& Mantic. qui in his terminis loquun-
tur. Et præcipuè Mascard. qui loquitur
de dote lucranda, vt in casu antece-
denti, vt tenet, *num. 57. ibi: Quisō in-*

*tellige, vt conclusio non procedat in dote, vel
lucranda, vel restituenda, & num. 61. pro-
sequitur.*

DISCURSUS VIII.

De excusione bonorum.

SUMMARIVM.

1. **V**idua, vel eius filius heres an te-
neatur agere contra bona mariti
obligata ad restitutionem dotis, &
arrharum: facereque in illis excusio-
nem, antequam petat tenutam: &
possit directè agere contra bona ma-
ioratus sine excusione bonorum liber-
rorum.
2. *Mulier non habet tenutam simplicem,
nec compositam in bonis fideicomis-
si, seu maioratus possessis à marito
tempore mortis, secundum Fontanel.*
3. *Mulier non potest agere contra bona
maioratus obligata ad restitutionem
suæ dotis, & arrharum antequam
faciat legitimam excusionem bono-
rum liberorum, secundum Noguera.*
4. *Tenuta Constitutionis Hac nostra, cõ-
petit in bonis assignatis, & obliga-
tis tantum, & non in alijs, iuxta Cõ-
stitutionem Cathalonia.*
5. *Mulier non potest petere tenutam in bo-
nis Maioratus, vel fideicommissi
perpetui à marito possessis tempore
mortis, quando remanent bona libera,
quæ prius obligavit: sed intellige,
vt num. 7. 8. 9.*
6. *Actor probare debet defectum bonorum
liberorum, vt agat contra bona ma-
ioratus.*
7. *Excusionem facere tenetur mulier, quæ
agit pro dote, si agat contra tertios
possessores.*
8. *Creditor non tenetur facere excusionem
bonorum debitoris, quæ sunt extra
Provinciam, vel territorium iudicij,
quando debitor est absens ab illa,
& 9.*

- 10. Absens dicitur, qui est in alio territorio, quam ubi agitur.
- 11. Excusio tantum debet fieri à creditore de bonis existentibus in Provincia, ubi agitur.
- 12. Provincia intelligitur territorium subpremo Tribunali subiectum.
- 13. Dos in Cathalonia solvi non potest nisi in auro, argento, vel pecunia numerata apud viduam existente, & possessa.
- 14. Hereditas est, quod superest deducto are alieno.
- 15. Tenuta, & interim possessoria non impediunt illiquida, & quæ altiorems indaginem petunt.
- 16. Decisio Senatus Cathalonie.
- 17. Maritus si assignavit certa bona pro securitate dotis, & sponsalitij: in tali casu mulier censetur possidere talia bona.
- 18. Sed hoc procedit, quando illa bona fuerunt specialiter hypothecata; non vero de generali hypotheca.
- 19. Hypotheca generalis bonorum liberorum, quam maritus constituit in securitatem dotis, non impedit remedium tenute omnium bonorum.
- 20. Tenuta simplex competit mulieri in bonis maioratus.
- 21. In tenuta composita perceptionis fructuum magna est difficultas inter DD. Cathalanos.
- 22. Quessada Pilo tenet indistinctè, competere viduæ tenutam compositam: & in Cathalonia in Aula Regentis Cancellariæ est recepta eius doctrina. 23.
- 24. Contrarium tenet Fontan.
- 25. Mulieres ne remaneant indotatæ, expedit Republica.
Bona fideicommissi ex hac ratione alienari possunt propter dotem, etiam si testator ex causa dotis alienationem prohibuisset. num. 26.
- 27. Authentica res quæ loquitur in dote filie, vel nepoti debita, sed non in extraneo.
- 28. Tenuta composita non potest habere locum in fideicommissio ab extraneo instituto.

- 29. Maioribus in conservandis publica utilitas viget.
Publica utilitas non invenitur in conservanda vidua in tenuta composita bonorum maioratus.
- 30. Favor publicus non debet adeo extendi, ut vxor cum alterius iactura locupletior fiat, & secundo nubat.
- 31. Nuptia secunda à legibus sunt prohibita, & aliqua pœna hodie vigent.
- 31. Legatum relictum sub conditione, si in viduitate permaneat, non debetur secundo nubendo.
- 33. Publica utilitas licet inveniretur in dotanda puella bonis fideicommissi, ab extraneo instituti; non tamen invenitur in concedendo tenutam compositam viduæ in bonis maioratus.
- 34. Remedium, quod reddit Quessada solvendi illic dotem, ut successor maioratus bona possideat cum fructibus, tanquã dissonum rationi reprobatum.
- 35. Sententia media Authoris.
- 36. Tenuta privilegium est odiosum, & non debet extendi, sed restringi, & num. 37.
- 38. Viduitas Regni Aragonum refertur.
- 39. Secundo argumento respondetur: 3 & 4.
- 42. Excusionis ab onere excusatur, si debitoris bona sint intricata, & difficilis exactio.
- 43. Excusio favore dotis non est necessaria.
- 44. Excusionis materiam in restitutione dotis, qui tractaverint.



DISCURSVS VIII.

De excussione bonorum.

AN VIDVA, VEL EIVS
filius heres teneatur agere contra bona mariti obligata ad restitutionem dotis, & Arrharum facereque in illis excussione[m], antequam petat tenutam Constitutionis Hac nostra, in bonis maioratus, qua maritus tempore mortis possidebat? Et an in bonis Maioratus sit locus compositæ tenutæ faciendi fructus suos?

Fuit etiam † in Regia Provisione dicta: Quarto quicquid sit an stante obligatione bonorum liberorum pro restitutione dotis, & arrharum facta in dictis capitulis matrimonialibus per virum, & in eorum defectum fructuum, & reddituum Statuum Cardonæ, &c. existentibus pluribus bonis liberis dicti viri, per dictam admodum illust. N. eius secundam uxorem obrentis, &c. Debeat prius agere dicta Ducissa de Medina actione hypothecaria pro restitutione dotis, & arrharum contra dicta bona libera penes dictam uxorem secundam existentia, antequam habeat recursum ad manutentionem tenutæ: an autem pro restitutione dotis, & Arrharum possit directè agere contra dicta bona Maioratus, absque eo, quod habeat necesse agere contra possessore[m] bonorum liberorum.

2 Pro parte affirmativa, † quod vidua teneatur prius agere contra bona libera mariti, in illisque excussione[m] facere, antequam habeat recursum ad manutentionem bonorum Maioratus, videtur facere sequentia. Primò, nam mulier non habet tenutam simplicem, nec compositam in bonis fideicommissi, seu Maioratus à marito tempore sui obitus possessis, ut tenet Fōtan. de pact. claus. 7. glos. 3. part. 4. num. 6. ergo nullo

modo potest recursum tenutæ in bonis Maioratus habere.

Secundò, † in terminis probat Nól. 3 guer. allegat. 40. ex num. 35. mulierem non posse agere contra bona Maioratus obligata, ad restitutionem suæ dotis, & arrharum, antequam faciat legitimam excussione[m] bonorum liberorum: Ergo nec poterit intentare tenutam.

Tertiò, † maritus assignavit certa bona, & illa obligavit pro solutione dotis, & arrharum: sed quando maritus istam assignationem bonorum facit, non competit tenuta, nisi in bonis assignatis, & obligatis tantum; ut expressè cavetur in d. Constitutione Hac nostra, ibi: Exceptis tamen vxoribus, quibus per suos viros certa loca, aut redditus, aut alia bona, vnde anni redditus, vel proventus peruenire possent pro securitate suæ dotis, & sponsalitiij fuerint assignati: quo casu ipsa dumtaxat loca, & redditus, & bona possidende censentur, & super ipsis provisionem suam habeat, & fructus suos faciat eorundem, Fontan. de pact. claus. 7. glos. 3. part. 4. ex num. 36. Ergo in hoc casu non competit tenuta pro dote, & Arrhis in bonis Maioratus Cardonæ, provt petitur: cum maritus obligasset pro securitate dotis, & arrharum redditus, & proventus Statu de Comares, & omnia bona libera.

Quartò, † maritus ad securitatem, & restitutionem dotis, & arrharum obligavit bona sua libera; & in defectum, & subsidiariè fructus, & proventus Statuum: At in processu, constat plura bona libera reliquisse contenta in inventario, de quo nulla admittitur dubitatio: ergo contra illa prius agere debet, antequam ad bona Maioratum recurrat. Et si fuisset dubitatum an bona libera extarent, mulier probare debet ea non extitisse: nam certum est, † quod ille, qui venit agendo, est ad quem expectat probare defectum bonorum; contra verò si reus sit, & alius eum in iudicium vocet. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 7. num. 36. Peregrin. de fideicom. art. 42. num.

num. 73. Leo decis. 171. num. 11.

7 Quintò, † Ducissa de Frias possidet bona mariti, ad restitutionem dotis obligata. Sed si mulier sivè constante matrimonio, sivè iam soluto contra tertios possessores agat pro dote, tenetur excusionem facere in bonis mariti, vt tenent Anton. Faber, C. de iur. doti. definit. 25. Font. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. part. 3. à num. 31 Castill. lib. 4. contro. v. cap. 40. num. 67. vers. Quo ad tertium D. Olea decis. iur. tit. 3. quest. 7. num. 19. Ergo heredes vxoris tenentur prius facere excusionem in bonis liberis mariti, antequam tenutam petant contra bona Maioratus à tertio possessa.

8 Sed his minimè obstantibus, † tenendum est mulierem, seu eius filios heredes in nostro casu posse directè tenutam bonorum Maioratus Cardonæ petere, & obtinere, antequam agat cōtra bona libera mariti, in illisque excusionem faciat; nec teneatur exactio- nē fructuum, & proventuum Statuum Sugurbi, & Comares prætere. Primo, nam bona libera, si quæ sunt, Mariti, & Lucenæ existebant, vbi de illis fuerunt à Ducissa de Frias vidua inventaria confecta, & ab ipsa sunt pos- sessa, vt expressè refert dict. Regia Pro- visio. † Et quando debitor est absens à Provincia, in qua lis agitur, & bona etiam sunt extra eam, non debet cre- ditor facere excusionem illorum, sed tantum de bonis, quæ sunt in territo- rio iudicij, vt expressè docet Cancr. Variar. 2. part. cap. 5. num. 192. vbi ait non esse necessariam excusionem, vbi

9 principalis est absens, & nu. 193. ibi: † Dicitur autem principalis absens, cum est in alio territorio, quâ vbi iudicium agitur, & nu.

10 195. ibi: † In Senatu obseruari audi vi excu- sionē tantū debere fieri de bonis existentibus in

11 Provincia: † Provincia appellatione intel- ligo totum territorium Supremo Tribunali subiectum. Ergo etiam si causa summa- rissima, ac privilegiata tenutæ nō foret, quæ tractatur, sed nec quilibet alius creditor excusionem bonorum libero- rum Castellæ existentium facere tene- tur,

13 Secundo, † certissimi iuris est, in Ca- thalonia non posse solui dotem nisi in auro, & argento, seu pecunia numera- ta, existentibus apud viduam; sed in hoc casu hæ tres species solutionis, si quæ sunt, inveniuntur apud Ducissam de Frias: ergo nullo modo solutio fie- ri potest. Maior probatur ex doctrina Fontanel. claus. 7. glos. 3. part. 7. num. 25. & 26. Minor constat ex ipsa Provisio- ne: consequentia est clara.

14 Tertio, † querere bona libera mari- ti dependet à iudicio partitionis here- ditatis, in quo liquidantur deducto ære alieno; nam hereditas est, quod supe- rest deducto ære alieno, l. subsignatum. ff. de verb. signif. Et fit liquidatio bo- norum Maioratus, & fideicommissi, & bonorū liberorū. † Et hæc omnia sunt illiquida, & altiore petunt indagi- nem, quæ iudicium tenutæ, & interim non admittunt, vt refert Ramon. conf. 50. ex num. 20. & præcipuè, num. 28. ibi: Nam respondetur primo, quod sub dicta præntensa distinctione non cessarent damna, & præiudicia supra animadversa in odiuna dictarum viduarum, quæ multo tempore li- tigare compellerentur, tum vsque ad senten- tiam, & declarationem fideicommissi, tum quo ad liquidationem bonorum, quæ sunt de fideicommissis, & quæ sunt libera, tum, & quo ad liquidationem fructuum, & aliorum, quæ in profundo pelago causarum similium liquidationum causas ferè immortales fa- ciunt: & viduæ ita consumerent suas dotes, & alia bona, quæ faciliter cessare possent, ipsis quietè conservatis in sua tenuta. vbi attende ad illa verba: tum quoad liquida- tionem bonorum: & iterum: tum quoad li- quidationem fructuum, quæ hanc obie- ctionem aduersariorum reiiciunt.

16 Idem tenet Quess. Pilo contro. ver. cap. 34. ex num. 6. & 11. † Ita fuit decisum in Senatu Cathalonix mense Octobris 1662. referente Magn. Ioann. Baptist. Pastor Notar. Fabra, in causa D. Ma- riæ Eril, contra D. Francisc. Cartellà, in qua fuit data viduæ manutentio in bo- nis vinculatis, alij iudicio reservando, an sint bona libera mariti.

17 Quartò probatur. † Prædicta Cōstitut. disponit, quod si maritus pro securitate dotis assignaverit vxori loca, aut redditus annuos; in tali casu mulier cēseatur possidere talia loca, & redditus assignatos: Sed sic est quod maritus in nostro casu assignavit vxori redditus, & provētus Ducatus Cardonæ pro securitate dotis, & arrharum: ergo mulier virtute Cōstitutionis, & pacti cēsetur possidere redditus, & provētus Ducatus, & in illis habet tenutam: ergo istud pactum nō tollit tenutam, sed potius donat illam in bonis Ducatus specialiter hypothecatis. Et si dixeris, quod Dux non potuerit obligare fructus, & annuos redditus Ducatus, cursuros post suā mortem, quia sunt Maioratus: respondeo cum opinione Quessadæ Pilo infra nu. 19. viduam habere tenutam compositam, faciendi fructus suos, virtute Constitutionis; & ita illud pactum in quo illos obligavit pro solutione dotis, arrharū, & vsurarum dotalium, fuit conforme dictæ Constitutioni: & ita concurrunt duplex vinculum in favorem dotis, aliud ipsius Constitutionis, & alterum expressi pacti, à Constitutione approbati.

Sed fortè iterum replicabis dicendo, quod Ducissa renunciaverit tenutæ compositæ faciendi fructus suos, vt supra in *discurf. 5.* remanet probatum; & sic non poterit habere tenutam fructuum, & reddituum Ducatus, nec ratione Constitutionis, nec virtute pacti appositi, in quo redditus obligavit. Cui obiectioni respondeo, quod non habebit vxor tenutam compositam faciendi fructus suos virtute Constitutionis, iuxta opinionem Quessadæ Pilo, & sequatium, quia illi renunciavit, in capitulis matrimonialibus (si fortè illa renunciatio valida fuit; nam non esse validam ibi probavi) sed habebit tenutam simplicem possessionum, à Constitutione translatarum, vt etiam probavi: & credo, etiam in vim pacti appositi, in quo fructus obligavit pro securitate dotis, arrharum, & vsurarum

dotalium, & Constitutionis, quæ tenutam concedit in bonis specialiter obligatis, etiam tenutam compositam faciendi fructus suos habere; saltē vsque ad concurrentem quantitatem vsurarum dotalium, vt infra dicam, num. 34. etiam in casu, quo renunciatio tenutæ compositæ à Ducissa facta, efficaciter operaretur: & sic ex dicto pacto, virtute Constitutionis corroborato, oritur prædicta tenuta translationis possessionis, & faciendi fructus suos vsque ad concurrentem quantitatem vsurarum dotalium, se ipsam solvendo, absque strepitu iudiciali. Et hoc ipsum est quod voluit maritus in apocha dotis, & arrharum, vbi dixit: *Y la misma Señora Doña Mariana, à quien tu viene su derecho, se apodere, y entregue de los tales bienes* (hoc est de fructibus Ducatus) *por su autoridad, y se haga pago.*

Quinto, † dicta Cōstitutio *Hæc nostris*, 18 in prædicta limitatione clarè loquuta fuit, & debet intelligi, quando maritus dotem, & sponsalium assecuravit, eiusque restitutionem assignavit, hypothecando aliqua bona specialia, aut fructus, vel proventus de quibus facile, & liquidè dotem recuperare posset, non verò de hypotheca generali vaga, illiquida, & confusa; in quibus tanquam in laqueum incideret dos, vt nunquam repetere posset, vt animadvertit Quessada dict. cap. 34. num. 11. ibi: *Aliàs Vidua obstringeretur pro separatione bonorum magnas lites subire, per Tribunalia vagare, quæ in volvunt secum expensarum intollerabiles erogationes sicque per longissimum tempus interdicta iaceret ad non va-* 19
convolare vota, damnata ad temporalem, & vt plurimum ad perpetuam viduitatem. † Vndè legitimè sequitur, generalem hypothecam bonorum liberorum, quæ maritus constituit in securitatem dotis, non impedire remedium tenutæ, omnium bonorum, nec de illa Constitutionem esse loquutam, sicut nec etiā, de hypotheca fructuum, & proventuum Statuum, quia etiam fuit generalis, & magis illiquida, & confusa, & con-

contra mentem Constitutionis, de quibus non intellexit; licet ista hypotheca fructuum Status Cardonæ proficiet aliquid, & quoad interiorum erit hypothecæ irregularis à Constitutionibus concessæ, ut supra in quarto argumento ostendi.

- 20 Quibus sic † prælibatis, non obstat primum argumentum: nam certissimum est, in Cathalonia tenutam simplicem, pro translatione possessionis, retentioneque bonorum Maioratus competere mulieri pro dote, & sponsalicio, ut satis probatū manet in hoc opere præcipuè *in discurs. 5.* † In tenuta autem composita perceptionis fructuum, maior est difficultas; nam Doctores Cathalani circa hanc rem pro vna, & altera parte viriliter pugnant, ut refert Fontan. *dict. claus. 7. glos. 3. part. 4. à n. 1.* qui tenet hanc tenutam compositam viduæ non cōpetere; † At cōtrariū firmiter defendit dict. Quésada Pilo *contro vers. dict. cap. 34. per totum*, ubi multas decisiones Senatus Sardinia refert, & tandem, sic inuenio practicum in illo Senatu Cathalonix cuius decisionem supra retuli *num. 15.* (si fortè illa tenuta, quæ viduæ fuit concessa, erat cōposita) † Et audiui à pluribus Advocatis, in Aula Regentis doctrinam Quésadae esse receptam, deficientibus bonis liberis, & iuxta illam aliquas esse decisiones editas; in alia verò Aula non ita contigisse; quare in hac contrarietate opinionum, decisionumq; Senatus, si fas mihi est meam proferam sententiam, istam quæstionem funditè examinando.
- 21
- 22
- 23
- 24 Doctrinam Fontan. † iam habemus: in illaque latissimè negativam sententiam fundavit, quam pro nunc omitto: veniamus ergo ad doctrinam Quésadae.
- 25 Ad fundandam: ergo suam opinionem Quésada † primum facit fundamentum in bono publico, quod versatur, ne mulieres mancant indotatæ, & in Reipublicæ perniciem à nuptijs se abstineant; & hac ratione bona fidei-

commissi propter dotem dicit posse alienari, etiam si testator ex causa dotis alienationem prohibuisset, ut refert *ex num. 2.* Hoc enim fundamentum habet principium, *ex Authen. res quæ, C. comm. delegat. leg. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim. l. mulier, §. cum proponeretur, l. si filia, ff. ad Trebel* in quibus probatur, † bona fideicommissi posse propter dotem alienari bono publico exagitante; quod privato præferri debet. Et infert, ex eadem causa, & ratione provenire, ut in fideicommissi bonis à marito possessis habet vidua tenutam Constitutionis compositam, faciendi fructus suos, etiam si testator alienationem prohibuisset, adhuc pro causa dotis. Tandem causas commiserationis ad hanc doctrinam suadendam pro mulieribus refert, maximasque ipsarum utilitates in illa consequenda; & tandem decisiones sui Senatus affert, cuius authoritate securā videtur. Sed contra suam sententiam, sic insurgo.

26

27 *Authen. res quæ,* † loquitur in dote filia debita, & danda; & omnes DD. illā intelligunt de fideicommissis ab avo, vel matre, vel altero ascēdenti relicto, quia in illis residet illa obligatio, seu affectio dotandi filias, & nepotes; sed non in fideicommissis relicto ab extraneo, in quo hæc ratio obligationis, seu affectionis, non invenitur, ut tenet Fontanel. pluribus laudatis *de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. part. 2. n. 3. 5. 6.* ex quo sequitur, † tam ad dotandam filiam, quam ad tenutam compositam *dict. Authen. fundatam*, esse necessariū discernere, ac distinguere, an fideicommissum sit institutum ab extraneo; nam in hoc, nec dotatio, nec tenuta composita habere potest locum: & ita genericè, & sine hac distinctione sumpta, opinio Quésadae, non est securā.

28

29 Secundò, † favor causæ publicæ, qui pro maritandis virginibus viget, negari non potest, sicut nec etiam negabitur, idem favor publicus, publica que

(non

utilitas in conservandis Maioribus, (non solum loquor de illis, qui sunt dignitatis Regalis, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, de quibus loquitur vnus promille Fontan. loco citato, num. 100. sed etiam de cæteris fideicommissis, & vinculis perpetuis, qui ad instar maioratus erecti sunt, vt cum D. Molin. tenet, num. 102.) Et inter has duas causas publicas, quæ debeat præferri, etiam disputat, nu. 100. & 101. qualisquisque secundum suam mentem ponderare poterit: meam autem valdè movet, quæ viget pro conservandis maioribus, quæ in Hispania servatur, vt tenet Molin. in quibus nulla difficultas existit: Sed quidquid sit de hac publica utilitate, hæc nõ invenitur in privilegio, quod introduci vult concedendo viduæ tenutam compositam faciendi fructus suos in bonis maioratus; præsertim ab extraneo instituti. † Non debet enim ad eò favor publicus nuptiarum extendi, vt vxor cum alterius aëura locupletior fiat, & ad secundas conuolet nuptias, vt Quessada perpendit nu. 111. † Nam secundæ nuptiæ à legibus fuerunt prohibitz, & aliquæ pœnæ hodiè sustinentur, vt in toto titulo præcipuè in l. femina, C. de secund. nupt. cavetur: † Et legatum relictum sub conditione, si in viduitate permaneat, non debetur secundò nubendo, l. cui relictum, C. de indict. viduit. tollen. † Eritne rationi, & æquitati consonum, nec aliquis poterit affirmare, quod vt puella nuptui tradatur, homo extraneus, dives compellatur dotare illam, propter publicam utilitatem nubendi? Quid enim distat hic casus ab illo, in quo iste extraneus maioratus instituit, ad quem vocavit extraneum, & iussit, non alienari, etiam causa dotis? Nam si iste institutor non tenebatur dotare puellam extraneam, nec sua bona tenebuntur, nec contra suam voluntatem alienari poterunt: & multo minus, vt vidua extranea secundò nubat.

33 Et licet probabile esset, quod bo-

na maioratus ab extraneo instituta possint alienari contra suam prohibitionem, pro dotanda puella extranea, propter publicam utilitatem: † ego hanc publicam utilitatem non inuenio in concedendo viduæ tenutam compositam faciendi fructus maioratus suos; illos legitimo successori tollendo, contra voluntatem institutoris, à quo illa bona accepit, vt consideravit Fontanel. claus. 7. glos. 3. part. 4. ex num. 1. & latè probabo infra, lib. 2. discurs. 7.

Nec remedia, quæ affert Quessada 34 ad solatium successoris maioratus, à fructibus spoliati, scilicet, quod solvæ illicò dotem, & bona vnà cum fructibus possidebit, mihi placent: nam hoc est consulere, quod solvat, quod non debet, vt à vexationibus liberetur. Ceterum poterit contingere, quod dos sit centum mille ducatorum, quos Dominus Cardonæ constituit filiabus, & pariter Dux cum vxore recipit: nõ enim tam facile, vt proponitur, erit eos illicò solvere, nec erit in mera facultate successoris tam ingentem dotem restituere, & mulierem à tenuta repellere, vt dixit Ripoll. à Quess. citatus.

Potius enim verò mediam viam eligerem, † videlicet, vt tenuta simplex retentionis bonorum cum translatione possessionum viduæ concedatur, vt ferè omnes fatentur, & etiam composita faciendi fructus suos, vsque ad concurrentem quantitatem vsurarum dotalium ad rationem, quinque pro centum, quas illa pro sua dote percipere poterat, interim quod dos ei non solvitur; hoc intellecto, in fideicommisso ab ascendenti instituto, non verò in illo, quod extraneus fundavit, quo illa læsa remanebit vidua, & successor non valdè lædetur, & vtérque indemnes existent: nam valdè est odiosum, quod vidua pro sua dote omnibus fructibus, & proventibus maioratus fruatur, quæ quotannis quinquaginta mille libras excedunt, & successor egeat; nec possit filias in matrimonium collocare, in quo maior utilitas publica vigeret.

Præ.

36 Præsertim, † cum Fontan. *claus. 7. glos. 3. part. 7. num. 18. & 22.* hoc privilegium tenetæ odiosum vocet, & non extensibile, sed potius stricti iuris. Ne doctrina Fontaneliæ penitus spernatur; quod non est rationi consonum, maximè in suo Senatu Cathalonie, vbi iusta ratione, sua scripta venerantur, & in omnibus nationibus frequenter admittuntur.

37 Sed fortè † alicui hæc mea concordia displicebit, sicut non placuit Fontan. altera concordia Olivæ. *claus. 7. glos. 3. part. 4. num. 17.* qui mediam viam eligens, concessit mulieri possessionem simplicis tenetæ; sed non compositam faciendi fructus suos, & licet hæc opinio esset conciliatrix aliarum, non illi assensum reddidit; ea ratione motus, quia ei dicta simplex teneta contra Constitutionem visa fuit. Sed magis mea concordia, quam sententia Quessadae æquitati consona est: cum mea viduæ, & successori consulat; Quessadae autem solius mulieris partem facit, quod Fontan. damnat *ex num. 8. ad 14.*

38 † vbi agit de viduitate Regni Aragonum, in quo coniux superstes iure viduitatis tenet, & possidet, & vitur, ac fuitur bonis præorientis toto tempore vitæ suæ, etiam si bona sint vinculata: Et dicit pleno ore id esse contra omnem iuris dispositionem, quod in bonis vinculis, & sic in rebus alienis, viduitas constituitur; & non vult tenetam compositam faciendi fructus suos in bonis vinculis concedere.

39 Redeamus nunc ad locum vnde egressi sumus, ut diluamus argumenta in contrarium adducta. Non obstat secundum desumptum ex Noguier. qui non cognovit tenetam Constitutionum Cathalonie, earumque privilegium, quod non tendit ad repetitionem dotis cum actionibus à iure introductis, sed ad possessionem civilem, & naturalem transferendam, virtute illius irregularis hypothecæ, in qua nulla actio à muliere intèratur, sed ipso iure in ea transfertur; & ideo nõ potest illius do-

ctrina ad tenetam adaptari; quia nunc nõ agitur de recuperanda dote, sed de teneta Constitutionis obtinenda. Tum, quia etiam loquitur de excusione facienda in bonis liberis existentibus intra territorium: nos autem de his, quæ sunt extra territorium, in quibus excusio fieri non debet; & ob alias rationes supra ponderatas.

Tertium † dissolvitur interpretatiõne, & explicatione verborum, quæ fuerunt adhibita in capitulis matrimonialibus prout supra exposuimus *5. 17.*

Ad quartum † respondetur, bona libera, quæ maritus obligavit, esse sub generali hypotheca, illiquida, & extra Provinciam, & ita non tenetur mulier contra illa agere.

Quintum argumentum diluitur auctoritate ipsius, D. Olea *tit. 7. quest. 3. num. 38.* & Noguierol. *allegat. 4. num. 41.* † qui asserunt ab onere excusionis excusari, si debitoris bona intricata sint, & difficilis extractionis, ut sunt, quæ extra Provinciam inveniuntur, & si quæ in ista, quæ doctrina conors est, Cane. supra allatæ *ex num. 9.* † Et favore dotis non esse necessariam excusionem, tenent, & defendunt Hipolit. Monten. *in additione ad Olivæ de act. part. 2. lib. 10. cap. 29. num. 20.* Mastril. *decis. 109.* † Materiam excusionis in restitutione dotis tractant Barbof. *in l. si constante. ff. solut. matrim. Costa de remed. subsidia. remed. 6. num. 10. & remed. 2. num. 5.* Carrocci. *de excusi. quest. 25. ad num. 4.*



DISCVRSVS IX.

De domicilio.

SVMMARIVM.

1. **D**os exigi debet illic ubi maritus domicilium habet, non ubi instrumentum dotale conscriptum est.
2. Dotis in exactione, & illius restitutione debent attendi leges, quæ vigent in domicilio mariti.
3. Domicilium viri est domicilium uxoris, quæ illud sequitur, & ammittit proprium.
4. Domicilium mariti non solum debet attendi in restitutione dotis, sed etiam in appendicibus dotis, ut sunt arrhæ, sponsalitium, & lucra dotalia.
5. In dote Constitutum, intelligitur constitutum in omnibus appendicibus, accessorijs, & dependentibus ab ipsa dote.
- Quod tempus domicilij mariti requiratur: an moris mariti, vel contractus matrimonij.
6. Lex exigere dotem, ff. de iudic. ponderatur.
7. Domicilium viri debet attendi, etiam si moriatur, antequam mulier fuerit traducta in domum viri; & etiam si mulier a Ætuali non ierit ad domum viri, satis est, quod sit itura, ipso volente; & sic sufficit sola appetudo, & potentia.
8. Domicilium si maritus mutaverit post contractum matrimonij, ad exactionem dotis primum domicilium attendi debet, quod habebat tempore contracti matrimonij.
9. Domicilium si maritus mutaverit, ius mulieri quasitum ratione primi domicilij non tollitur, sed illud retinet. An requiratur domicilium verum, & proprium, cum declaratione animi, vel domicilium habitationis.
10. In domicilio tria tempora inspicit, &

considerari possunt.

11. Domicilium Patris est verum domicilium filij.
12. Domicilium Patris habet filiusfamilias, non diversum.
13. Domicilium non contrahit, qui tanquam advena, & statim recessurus, & ad suum domicilium revertens, contrahit matrimonium in alio loco.
14. Domicilium non contrahendi, animus manifestatur ex festinato discessu cum uxore, & totius familiae asportatione, & conservandi domicilium, quod habebat.
15. Domicilium non mutatur, mutata habitatione, ad aliquod officium exercendum.
16. Habitatio simplex novum domicilium non constituit.
17. Domicilium novum ut constituatur, non sufficit sola habitatio, sed animus permanendi est addendus.
18. Animus contrarius expressè est declarandus, ad mutationem domicilij.
19. Governatores, DD. scholastici, & mercatores, ceterique huius qualitatæ verum domicilium per nudam habitationem non acquirunt.
20. Domicilij mutationem qui allegat, concludenter probare debet; nam semper presumitur, in domicilium Patris, & Avi esse revertens.
21. Domicilium, quod maritus habet tempore contracti matrimonij in restitutione dotis est inspiciendum: & licet postea illud mutaverit, ius uxori quasitum ratione primi domicilij non tollitur, sed ipsum retinet.
22. Cathalonia fuit occupata à Gallis, ex anno 1640. usque ad 1652. quo tempore fuit ab ipsis confiscatus Status Cardonæ.
23. Domicilium retinet qui ex illo recessit, & non potuit ad illud reverti ex causa necessaria infirmitatis, belli, vel civilium: & semper in eo loco sterifese fingitur.
24. Mortis Ducis, & Ducissæ dies referuntur.
25. Belli, & pacis cum Gallis tempora referuntur.

26. *Domicilium* constituendi animus declaratur per habitationem decennij.
27. Fallit in mercatoribus, & Governatoribus, ac similibus hæc præsumptio, nam omnes per modum transeuntis, & non permanentis in illis locis habitant.
28. Quod parum distat, nihil distare videtur. Belli tempore id dicitur factum, quod paulò ante, vel paulò post bellum factum est.
29. Monasteria Montisferrati, & de Poblete laudantur.
30. Domicilij retentio præsumitur, quando quis mittit filios suos baptizandos in Parrochiam sui domicilij.
31. Et idem est tenendum, quando mittit illos sepeliendos.
32. Sepulchra maiorù ad sua corpora sepelienda querebant Patriarchæ, & Proceres.
33. Domicilij retinendi coniectura sumitur ex confectione Archivi, in quem instrumenta custodiuntur.
34. Instrumenta in iure considerantur cù ipsis honoribus, ac prærogativis, quæ in eis continentur.
35. Domicilium habuerunt Dux, eiusque vxor tribus temporibus, contracti matrimonij, vitæ, & mortis in Cathalonia.
An filius heres matris cum sit forensis, gaudere possit beneficio tenuræ.
36. Domicilium mariti, quod habet tempore contracti matrimonij, est inspicendum in exactione dotis.
37. Domicilium mariti, in quo vxor ius acquisiuit, cum iam in illa hoc ius sit radicatum, ipsum cum hereditate in suos filios heredes transfert.
38. Hereditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis.
39. Domicilium transmittit ad heredes
Constitutio Hac nostra, cum tenuræ.
40. Præsertim quo ad effectum tenuræ simplicis.
Tenuræ simplicis effectus transmittit
- Constitutio Hac nostra in herede extraneos.
41. Obligationis natura ex persona successoris non mutatur.
42. Baro an sit domiciliarius in Cathalonia, & possit gaudere beneficio tenuræ Constitutionis Hac nostra.
43. Baro an habeat domicilium ad fructuositatem pascuam, cæterarumque rerum, quæ secundum statuta locorum assistentiam personalem requirunt remissionem.
44. Domicilium an habeat Baro, ut possit in illo conueniri pro dote.
45. Dotem erigere debet mulier illic, ubi maritus domicilium habuit, non ubi instrumentum dotale conscriptum est.
46. Actor debet sequi forum rei.
47. Dos exigi potest in loco ubi bona sunt specialiter hypothecata.
49. Barones domicilium in Baronia habent, & in illa conueniri possunt, etiam si in illa non habitent: & si sit necessaria personalis citatio, sufficit citatio in Baronia facta.
49. Domicilia duo quilibet habere potest.
50. Domicilia duo, quando reus sortitur, actor eligere potest forum, quem vult, ad eum conueniendum.
51. Domicilia sunt triplicia naturale, accidentale, & commune, quibus non visisimè addit.
52. Author quartum quod est dignitatis.
53. Domicilium dignitatis est, quod habent Barones in suis Statibus, in quibus Vicarij Regum, Senatores, & Prætores perpetui sunt.
54. Domicilium Dignitatis habent Iudices, Prætores, & Magistratus perpetui, & temporales in illis Civitatibus, & locis, quas regunt, etiam si in locis Civitatibus subiectis non habitent.
55. Doctores qui afferunt Dominos Vasallorum, & Barones frui non posse pascuis locorum suorum, nisi in illis habitent, tantum intelliguntur limitari de pascuis: Nam quo ad honores sufficit domicilium Dignitatis.
56. Lex Cornel. ff. de iniur. explicatur,

- Et non intelligitur de domicilio Dignitatis, quod Varo in pluribus villis habere potest, & 57.
58. S. Specialis de domo Deputationis Principatus Cathalonie adstruitur: Vbi intexuntur prerogatiua Excellētissimorum Dominorum Ducum Cardona, & Comitum Ampuriarum.
59. Cathalanni seruitijs insignibus regimē Principatus moliti fuerunt.
60. Corpus totius Cathalonie tribus brachijs componitur, Princeps, Comes Barcinonæ caput illius corporis elucet.
61. Brachia vniuersitatem Cathalonie representant, & qualiter cognominentur.
62. Don Raphael de Vilosa Regens Regiæ Cancellariam in Supremo Aragonū Consilio laudatur.
63. Brachia præmissa ad quid fuerint introducta.
64. Dua sunt in Cathalonie Republica, Democraticè in singularibus negocijs, generaliter autem Monarchicè regitur.
65. Quando creatum fuerit Deputatorum Consistorium.
66. Quando creati fuerint tres Auditores computorum.
67. Deputatorum creatio quem finem habuerit, & de illorum Cura.
68. Regnum Neapolitanum qualiter representetur, & donatiua in eo concedantur.
69. In Regno Valentie ad quem finem introducti fuerint Deputati.
70. Deputati Cathalonie an fungantur munere Neophilacum Atheniensium.
71. Deputati legum custodia debent esse intenti, & assignature elegans ratio.
72. Conuertitor Author erga Magistratū Deputatorum collaudans, & aplaudens.
73. Brachium Ecclesiasticum ex quibus coalescat.
74. Brachium Militare caput habet Exc. D. Ducem Cardona, & de alijs eiusdem brachij fit mentio.
75. Brachium Regale ex quibus personis componatur.
76. In brachio regali Deputatorum certæ sunt loca pro qualibet Vicaria.
77. In Curijs plures interueniunt, qui in Domo Deputationis non admittuntur, & è contra.
78. Loca, seu tesera quot sint pro vnoquoque brachio.
79. Cardona Dux, & in brachio militari, & in Domo Deputationis, & in Curijs generalibus veneratur vti caput illius brachij.
80. Refertur exemplar firmans relata numero precedenti de anno 1608.
81. Succedit aliud exemplar de anno 1624.
82. Proponitur alia præeminentia Ducis Cardona, quando ad venit Domm Deputationis.
83. Quo ritu fiat salutatio Duci Cardona per Principatum.
84. Assignatur ratio, quare tam specialè cultu in Cathalonie veneretur Cardona Dux, vbi quo tempore vice Comitatus Cardona fuerit erectus.
85. Ampuriarum Comes in Deputatione fixum locum occupat pro Brachio Militari, & de eius maxima præeminentia, & splendore.
86. Dux Cardona effectus Comes Ampuriarum duo loca occupat in Deputatione, & qualiter.
87. De Magistratu Inseculatorum.
88. Ante turbationes Principatus Deputati in locum demortuorum alios nominant, postea quid seruetur.
89. Declaratur amplius Inseculatorum nomen, & munus.
90. Narratur casus qui euenit in Inseculatione Excellentissimi D. Don Ioannis Francisci de la Zerda, Comitum Ampuriarum.
91. Prorex huius Principatus delegare voluit Excellentissimum Dominum Marchionem de Leganès. Deputati delegationem contrariâ suis Constitutionibus contendunt. Nominatur delegatus Proregis Regnicola.
92. Enarrantur obiectiones, quæ fiebant aduersus Inseculationem: quomodo fuit

fuit in vigilatum ad eas sedandas,
& quid fu erit resolutum.

93. Si qui Comes non est, nubat cum Comitissa, habetur pro Comite quo ad titulum, honores, & præminentias.

94. Admittitur ad Brachium Nobilium apud Aragonenses, & ad Militare, apud Valentinis, Comitatu etiam non dato in dotem.

Et quid de Parliamentis Regni Neapolitani.

95. Deducitur exemplar infeculationis Excellentissimi Domini Didaci Fernandez de Cordova mariti Ducissa Cardona.

96. Respondetur obiectioni, quæ ex controuersa possessione mouebatur.

97. In creditorem non transeant honores, & præmentia, quæ ex re per eum retenta profluunt.

98. Propalantur nomina Deputatorum, & infeculatorum, qui infeculationem definierunt.

99. Promotoris nomen, qui pro eadem infeculatione accessit, enunciatur.

100. Habilitatores in specie, qui dicantur, & quomodo creantur.

101. De quibus exceptionibus, & personis cognoscant infecutores.

102. Habitatores de quibus exceptionibus, & personis cognoscant.

103. Coram habilitatoribus nihil disputandum se obtulit.

Vbi an potuerit exceptio opponi, quia sua Excellent. esset Regius Administer.

104. Regentibus in supremo Consilio Aragonum, si sint Cathalani, conceditur absque difficultate concurrere in Domo Deputationis.

105. Conclusio infertur Ducem Cardona, Comitem Ampuriarum, & alios duos titulos habere loca fixa in Domo Deputationis, alijs vero titulis solum competere locum in Curijs ratione tituli.

106. Infertur secundo, Excellentissimum Ducem Cardona, & Comitem Ampuriarum, unumquemque pro certa Vicaria locum occupare in Domo Depu-

tationis, esseque Ducem Cardona, caput Brachij militaris.

107. Excellentissimum D. D. Ioannes Franciscus de la Zerda concurrat in extractione Deputatorum, sed non fuit sortitum eius nomen.

Postea celebrato die extractionis Visitationum eluxit nomen sue Exc. quod de alio Comite Ampuriarum non circumfertur.

In utraque extractione Author à nobilitate Cathalana fuit summè honoratus: & in illis adfuit.

DISCURSVS. IX.

De Domicilio.

AN VT VIDVA GAUDEAT beneficio tenute simplicis, vel cum fructibus, in vim Constitutionū Hac nostra, & finalis titol disolto matrimon. requiratur, quod maritus sit domiciliarius in Principatu Cathalonia?

§. 1.

QVo tempore an mortis mariti, vel contractus matrimonij?

§. 2. Dato, quod domicilium requiratur tempore contractus matrimonij, an intelligi debeat de domicilio vero, & proprio, cum declaratione animi, vel de domicilio habitationis?

§. 3. An filius heres matris, cum sit forensis, gaudere possit beneficio tenutarum?

§. 4. An dato, quod requiratur, quod filius heres matris sit domiciliarius, gaudere possit ratione Baroniarū suarum, quas possidet in Principatu, quāvis in eo non habitet?

Has quæstiones formales Regius Senatus in sua Regali provisione, num. 14. tetigit, sed non decidit, & tantum dixit, quidquid sit.

Prima quæstio facilis est expedi-

K

110

tionis, nam partes concorditer tenent, quod vt vidua gaudeat beneficio tenentæ requiritur, quod maritus sit domiciliarius in Principatu Cathalonix, iuxta dispositum in l. exigere dotem 65. ff. de iudic. ibi: Exigere dotem mulier debet illic, vbi maritus domicilium habuit, non vbi instrumentum dotale conscriptum est, & ita tenent communiter DD. quos refer Fontan. de pact. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 4. num. 32. & 34. † Vbi tenet, in exactione dotis, & illius restitutione speciali iure semper debere attendi leges, quæ vigent in domicilio mariti, non loci, vbi extra Cathaloniam esset contractus celebratus: Despuj. ad Mier. super Constit. Hac nostra nu. 149. Cancer. var. part. 1. cap. 9. nu. 157. Ferrer in constit. Hac nostra temp. 3. à nu. 60. & num. 90. Casanate conf. 54. num. 56. & 57. Casaneo in consuetudine Burgundia, rubr. 4. §. 2. verbo aut Dux. Burgund. num. 6. Fermos. cap. dilecti. 17. de for. competen. per totum. Ant. Gom. in l. 50. Tauri à num. 50. ad 75. Velasc. consult. 175. à num. 7. Petrus Barbof. in repetitione legis exigere dotem à nu. 1. Giurba in consuet. Messan. cap. 1. glos. 1. part. 1. à num. 65.

Et domicilium viri † est etiam domicilium vxoris, quæ illud sequitur, & ammittit proprium: Tiraquel. in ll. conubi. glos. 1. part. 1. num. 30. Bosi. de foro compet. num. 34. Thelaur. decis. 123. ex num. 9. Duchas regul. 377. num. 16. Surd. decis. 330. num. 16. Barbof. in dict. l. exigere, num. 12. & 13. Amaia ad l. 10. C. de incol. lib. 10. ex num. 26. ibi: Quæ verò diximus de filio teneri sequi originem paternam, non procedunt in muliere, quæ si iustum contrahat matrimonium, propriam amittit originem; & domicilium, seu incolatum mariti sequitur, & plurimos refere DD.

Quæ doctrina † non solum est recepta in exactione, & restitutione dotis, sed etiam in appenditibus dotis, vt sunt archæ, sponsaliticium, & lucra dotalia, ita observavit Roder. Suarez in l. 1. tit. de las ganancias à num. 41. Vers.

Erit tamen pulchra dubitatio, Velasc. consult. 175. num. 20. D. Covarr. de sponsali. cap. 7. num. 9 & 10. Altog. to. 2. consil. 26. num. 3. & seqq. Giurb. in consuet. Messanens. d. cap. 1. num. 65. Petrus Barbof. in l. exigere dot. num. 120. Ossual. ad Donel. lib. 17. cap. 14. lit. M. ibi: Solutio dotis exigendæ, & omnis virtus, qualitas, ac effectus eiusdem conferri in locum domicilij mariti, & melius, Ferrer d. temp. 3. num. 68. ibi: Ex quibus fit verum, quod mulier Aragonensis, Francigena, Lusitana, seu Castellana si contrahat matrimonium cum viro huius Principatus, dotis exactio regulabitur ad foros, statuta, seu leges huius Principatus, & consequenter ad dispositionem nostri textus. Et est † ratio; nam omne Constitutum in dote intelligitur Constitutum, in omnibus appenditibus, accessorijs, & dependentibus ab ipsa dote Fontanel. claus. 8. glos. 1. part. 2. nu. 80. Menoch. de presumpt. lib. 4. presump. 189. num. 40. Peregri. de fideicom. artic. 42. num. 80. Mantie. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 1. Carleu. de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 4. num. 165. Marin: resolut. lib. 2. cap. 17. per totum.

§. I.

QVOD TEMPVS DOMICILIJ MARITI REQUIRATUR; AN MORTIS MARITI, VEL CONTRACTUS MATRIMONIJ?

Decisioni † huius quæstionis viam aperit dict. l. exigere dotem. ff. de iudic. in illo verbo Redditura, quod intelligit glosa, id est itura, quasi diceret mulierem post contractum matrimonij ituram esse cum viro, ad domicilium viri, quod tempore contracti matrimonij habebat, quod est respiciendum, vt intelligit Velasco consult. 175. à num. 24. ibi: Quia mulier sequitur forum viri, l. 1. §. item rescripserunt. ff. ad municipalem, ibi: Et antequam tradatur ad eius domum, Roderic. Suarez in l. 1. tit. de las

ganancias, nu. 42. ibi: Nam attenditur consuetudo illius domicilij, quod erat tempore, quo fuit contractum matrimonium, Actolin. resolut. 8. num. 87. ibi: Debet attendi domicilium viri, etiam si moriatur antequam fuerit traducta in domum viri, & etiam si mulier actualiter non ierit ad domum viri, satis est, quod sit itura, ipso volente, & sic sufficit sola aptitudo, & potentia. Giurb. in consuet. Messanen. cap. 1. glos. 1. part. 1. num. 48. circa medium, & num. 66. Petrus Barbof. in dict. l. exigere dotem, num. 128. & 129. D. Covar. de sponsal. lib. 2. cap. 7. num. 8. ibi: Quo maritus domicilium habebat coniugij tempore, Ciroc. discep. 48. num. 45.

Quod in tantum est verum, ut si maritus post contractum matrimonium mutaverit domicilium, ad exactiorem dotis primum domicilium attendi debet, quod habebat tempore contracti matrimonij, ut tenet Suarez in dict. l. 1. tit. de las ganancias, num. 42. Velasc. consult. 175. num. 13. Barbof. loco citato, num. 129. Giurb. vbi supra, num. 66. Surd. cons. 483. num. 2. D. Covarr. de sponsal. d. cap. 7. num. 9. & 10. Mascari. de probat. conclus. 7. nu. 62. Barb. vbi supra, num. 129. qui reddit rationem, ibi: Nam licet postea illud domicilium muta verit, ius ei questum ratione primi domicilij non tollitur, sed illud retinet. Et ita constanter est tenendum, quod domicilium mariti tempore contracti matrimonij est inspiciendum.

§. II.

DATO QVO D DOMICILIIUM requiratur tempore contractus matrimonij, an intelligi debeat de domicilio vero, & proprio cum declaratione animi, vel de domicilio habitationis?

Tria tempora inspici, & considerari possunt in domicilio Ducis

mariti; aut tempus contracti matrimonij; aut constantis matrimonij; aut eius moris. Primo, tempore contracti matrimonij, & etiam ante contractum matrimonium, Dux domicilium habebat in Cathalonia in domo sui patris, cum quo habitationem continuam habebat, ut ex probatione testium, multorumque instrumentorum constat, quae Dux in hoc Principatu subscripsit, exhibita in processu; sicut etiam patres eius in hac Civitate cum omni sua familia habitabant, ut similiter probatur ex Epistolis Romani Summi Pontificis Urbani VIII. Catholicique Regis Philippi IV. ad patrem eius missis, plurimisque instrumentis ab ipso confectis; & domicilium patris est verum domicilium filij. Fontanel. de pact. claus. 3. glos. 2. num. 75. Actolin. resolut. 8. num. 11. Mieres colac. 6. pag. mibi 67. num. 27. Barb. de potest. Episcopi, part. 2. alleg. 4. num. 31. Ludovif. decis. 229. num. 18. & 20. Carleu. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 2. num. 93. Andreolo contro vers. 239. num. 44. vers. subratione, ibi: Sed etiam quia constat in processu eius patris, & a vi domicilium fuisse Mutina.

Erat enim Dux ante contractum matrimonium, & tempore contracti matrimonij sub patria potestate constitutus; & filiusfamilias habet domicilium patris, non diversum. Cyroco discep. 48. num. 70. qui allegat Rotam in decis. 279. Gregor. XV. num. 18. & 19. quia filius est pars patris, Amaya vbi supra, lib. 10. tit. 29. l. 7. num. 24.

Et quamvis Dux matrimonium contraxerit Matrivi, non ibi domicilium contraxit, sed adfuit tanquam advena, & statim recessurus, & reversurus ad suum domicilium, sicut fuit reversus statim, post octo, aut quindecim dies contracti matrimonij cum sua vxore in hanc Civitatem Barcinonae, vbi per aliquod tempus habitavit in domo sui patris animo permanendi.

Et ex isto festinato discessu cum vxore, totiusque familiae asportatione manifestatur animus non contrahere,

di domicilium in Castella, & conservandi, quod habebat in Cathalonia, ut tenet Roderic. Suarez in l. 1. tit. de las ganancias, num. 43. ibi: Quibus contractis reduxit uxorem suam in patriam Salmantinam, nam tunc indubitanter crederem, quod deberet observari dispositio dicta legis exigere dotem, scilicet, quod attendatur statutum, seu consuetudo domicilij ipsius viri.

Huic doctrine admodum conducit alia Bondedei de iure contro. colluc legal. 44. ex num. 1. & num. 5. ibi: Ex festinatu discessu post officium expletum cum omnium bonorum suorum, & totius familie asportatione manifestatur animus non habitandi, idem tenet Altogrado conf. 27. num. 37. Amaia loco citat. ex num. 99.

15 Et licet postea † mutato consilio habitationem mutavit ad Regnum Castellæ in Lucenensem Civitatem, quæ est caput sui Marchionatus de Comarès, hoc fecit cum mandato amplissimo sui patris ad gubernandam illam Civitatem, & Statum, alimentis ibi assignatis.

16 Et hæc simplex † habitatio novum domicilium non constituit, ut tenent DD. in lege, l. Cornelia, §. si tamen, ff. de in iur. Bartol. in l. & si verum, C. de incolis, lib. 10. Burat. decis. 75. nu. 14. Andreolo contro. vers. 239. num. 37. Amaia ad l. ci ves 7. C. de incolis, lib. 10. ex num. 99.

17 Et ad constituendum † novum domicilium, nudæ habitationi animus permanendi in loco habitationis est addendus Balboa in cap. finali de foro competem. num. 48. & 49. Fermosin. ibidem, quæst. 1. à num. 10. Alvar. Velas. d. consult. 175. propè finem. Et hic animus permanendi Lucenæ non potest conjecturari, nec verosimiliter credi, cū in hoc Principatu maximum Ducatum Cardonæ plurimosque Status, honoribus, maximisque prærogativis refulgentes, post mortem sui patris sperabat possidere, qui residetiam realem requirebant, ut habuerunt eius pater, & avus, licet in Castella dictum

Marchionatum habebant; & cum animum † contrarium expressè non declarasset, est præsumendum, in primò redeundi in Cathaloniæ permanisse. Ioann. Ant. ab Ecclesia obser. 112. nu. 14. tom. 1.

19 Prædictus Dux † per modum transeuntis in dicta Civitate Lucenæ habitavit, tanquam gubernator; & gubernatores Doctores, Scholastici, & Mercatores, cæterique huius qualitatis verum domicilium per nudam habitationem non acquirunt, ut tenet Fermosin. in cap. finali de foro competenti, quæst. 1. num. 18. & quæst. 5. nu. 13. Andreol. contro. vers. 428. num. 10. & contro. vers. 239. num. 39. Amaia in l. 7. de incolis, lib. 10. à num. 107. ad 110. D. Solorç. Polit. India. tom. 2. lib. 5. cap. 9. pag. 835. colum. 2. Neguerol. allegat. 12. num. 132. & 133. Rota apud Rubeum 5. part. decis. 436. num. 16 & 8. part. decis. 270. num. 14. & part. 9. decis. 312. num. 17.

20 Et non præsumitur animus in contrarium habuisse; & qui mutationem † domicilij allegat, concluderet probare debet; nam semper præsumitur, in domiciliū patris, & avi esse reverturū, ut tenet Andreol. dict. contro. vers. 239. num. 44. vers. Sub ratione, ibi: Sub ratione igitur subditi ex domicilio contracto in Statu Parmensi, non potest dici comprehensus dictus Hector, quia non solum non fuit probatum dictum Hectorem constituisse domicilium Parmæ, cum requisitis necessarijs ad domicilium constituendum; sed etiam quia constat in processu eius patris, & avi domicilium fuisse Mutinæ. Idem tenet multis allegatis Cyroc. discept. 48. à num. 68. Grat. tom. 3. cap. 569. num. 5 & 6.

21 Et licet domicilium † mutasset ex Cathalonia in Castellā animo ibi permanendi, nihil intererat; nam ut supra probatum extat num. 6. domicilium, quod maritus habebat tempore contracti matrimonij est inspiciendum; & licet postea illud mutaverit; ius vxori quæsitum ratione primi domicilij non tollitur, sed ipsum retinet.

22 Si secundum tempus † intermediū cor.

23 **Contracti matrimonij consideremus,**
 Dux legitimè fuit impeditus redeun-
 di in Cathaloniam ex causa necessaria
 pestis, & belli ex anno 1640. vsque ad
 1652. per quod tempus turbationes
 huius Principatus miserabiliter acci-
 derunt, & Status à Gallis fuit confisca-
 tus; † qua ratione, vt legitimè impedi-
 tus conservavit primum domicilium,
 quod tempore contracti matrimonij
 in Cathalonia habebat, Redenaf. *conf.*
 91. num. 29. ibi: *Si constet talem habita-*
tionem, & recessum pro venisse ex causa
necessaria, puta, infirmitatis, belli, vel ci vi-
lium: tunc semper in eo loco stetisse fingi-
tur. l. 1. & l. retroceditur, ff. de captivis, &
post lim. revers. l. malum in fine, ff. de
verb. significat. Rebutus de privileg. scho-
lar. privileg. 23. in princ. Grammat. decis.
 103. num. 112. Caphal. *in conf.* 96. n. 19.
 Deci. *conf.* 7. num. 2. & *conf.* 66. num. 8.
 lib. 3. Ramon. *conf.* 10. num. 23.
 24 **Tertiò, tempore † mortis vxo-**
 ris, & Ducis etiam domicilium
 Cathalonix coniuges conservaverunt;
 nam vxor tempore belli, & pestis vita
 functa fuit; Dux autem die decima-
 25 **tertia Ianuarij anni 1670. vitam cum**
 morte cõmutavit, † & licèt anno 1660.
 pace vniversali bellum huius Provin-
 ciæ fuerit finitũ: iterum pax fuit rupta
 anno 1667. & bellum vires assumpsit
 vsque ad annum 1670. in cuius initio
 26 **Dux ad superos evolavit. Itaque †**
 pax inter Reges per sex annorum cur-
 ricula tantum permansit: qua compu-
 tatione responderetur tacitæ obiectiõni
 dicentium, animum ad constituendum
 domiciliũ declarari per decenij habi-
 tationẽ, vt dicit Andr. *cõtro vers.* 239. n.
 43. Thesaur. *decis.* 123. n. 10. Peregri. *de-*
 27 **cis.** 86. nu. 10. Ludovis. *decis.* Oberus *nens.*
 76. num. 12. † in mercatoribus, & Gu-
 bernatoribus, ac similibus hæc præ-
 sumptio nullam vim habet, nam om-
 nes per modum transeuntis, & nõ per-
 manentis in illis locis habitant, vt te-
 net Velasc. *d. consult.* 175. in fine, Carleb.
de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 1. num. 12.
 28 **Et cum † per pusillum temporis**

(pro nostris demeritis) pax durave-
 rit, iustè potest dici, semper bellum
 durasse, ex regula legis, quod parum di-
 stat, nihil distare videtur, ff. de regul. iur.
 & quod dicit Tiraquel. *de retract. con-*
vent. §. 1. *glos.* 5. num. 6. ibi: *Ad dici factũ*
tempore belli, quod paulò ante, vel paulò post
bellum factum est.

Cõiecturatur † etiam, & præsumitur 29
 animus Ducis permanendi in domici-
 lio huius Principatus, ex maxima affe-
 ctione, & amore, quo cum diligebat;
 nam in vita, & post mortem maxima
 pia opera ab ipso fundata in Monaste-
 rijs Sanctissimi Virginis Montiserrati
 refulgent, & Regalis Convētus de Po-
 blete vbi sepulchra Regũ Aragonum
 suorũ progenitorũ mirabili, ac mag-
 30 **nifica constructione respiciuntur, suis**
 expensis ad aucta, in quibus eius filius
 primogenitus, qui ei præmortuus fuit,
 ipseque in pace requiescunt: & con-
 31 **iectura † sumitur animi retentionis,**
 domicilij, quando quis mittit filios
 suos baptizandos in Parrochiam sui
 domicilij, vt tenet Actolin. *resol.* 2. n. 90.
 Et † idem est tenendum propter pari-
 32 **tatem rationis, quando mittit illos se-**
 peliendos: iuxta † antiquam consue-
 tudinem Patriarcharum, & Procerum,
 qui sepulchra maiorũ, ad sua corpora
 sepelienda quærebant, vt refert Iul.
 LAVOR. *de prisco, & recenti funerandi mo-*
re titul. 2. cap. 5. n. 69.

Alia coniectura † retinendi domi- 33
 cilium Cathalonix sumitur ex confe-
 ctione Archivi, maximis suis sumpti-
 bus in Castro de Falsete constructo,
 in quem omnia instrumenta, privile-
 gia, cæterasque scripturas attinentes
 ad Status Ducatus Sugurbi, & Mar-
 chionatus de Comares transtulit vnà
 cum Ducatus Cardone, cæterorumque
 Statuum illi vnitorum, nam † hæc in- 34
 strumenta in iure considerantur cum
 ipsis honoribus, ac prærogativis, quæ
 in eis continentur, iuxta legem qui chy-
 rographum 59. ff. delegat. 3. l. seruum 44.
 §. cum: 5. delegat. 1. D. Olca *de off. iur. tit. 7.*
quest. 1. num. 5.

35 Ex his omnibus concluditur, † Duce-
m, eiusque uxorem dictis tribus
temporibus, scilicet contracti matri-
monij, vitæ, & mortis verum, & pro-
prium, cum declaratione animi insuf-
ficienti forma, domicilium in Catha-
lonia habuisse, & retinuisse.

§. III.

AN FILIVS HERES

Matris, cum sis forensis, gau-
dere possit beneficio te-
natarum?

- 36 HÆc quæstio † suam trahit origi-
nem ab alia in §. 1. supra disputa-
ta, ubi fuit resolutum tempus contracti
matrimonij esse inspiciendum, ad do-
mici- lium mariti cognoscendum, de
quo loquitur *d. l. exigere dotem*, vt in
num. 6. probavimus cum D. Covarr. &
Barbos. & quod mulier ad exactione
sue dotis acquirit ius in illo; quod nõ
tollitur, etiam si primum mutaverit.
- 37 † Ex quo sequitur, quod cum istud ius
iam sit in uxore radicatum, ipsum cum
hereditate in suos filios heredes trans-
fert: † nam hereditas, est successio in
vniuersum ius, quod defunctus habuit
tempore mortis, *l. hereditas 62. ff. de re-
gul. iur. l. cum heredes 23. ff. de acquir. pos-
ses. l. item videndum, §. fin. ff. de petit. here-
dit. l. 1. ff. de bonor. posses. Ant. Gom. var.
lib. 1. cap. 2. num. 1.* † Et ipsa Constitutio
Hac nostra, transmittit ad heredes do-
mici- lium, & omne ius, & illis tenutam
concedit, vt tenet Fontan. *claus. 7. glos.
3. part. 7. num. 2.* † præsertim quoad ef-
fectum retentionis possessionis, quod
tenutam simplicem vocamus; † quis
effectus, etiam in heredes extraneos
est transmissibilis, vt Fõran. asserit *dict.
num. 2.* & Cancer. *variar. tom. 1. cap. 9.
nu. 35. & 36.* Ioan. Campeg. *de dor. part.
1. quæst. 81. num. 3.* † & hoc ex eo proce-
dit, quia obligationis natura ex per-
sona successoris non mutatur, Carleb.

*de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 5. sub
num. 320.*

§. IV.

AN DATO, QVOD RE-
quiratur, quod filius heres matris
sit domiciliarius, gaudere possit ra-
tione Baroniarum sitarum, quæ
possidet in Principatu, quam-
vis in eo non
habet?

HÆc quæstio † æqualiter com- 42
prehendit maritum ac filiam he-
redem matris, nam vtérque Baronias
in hoc Principatu obtinuerunt, pro-
quibus domicilium, in eo habent. Hæc
enim disceptatio tam amplam viam
disputationis offert, vt in ea perscu-
tanda multas possem membranas ad-
dimplere: sed ne tempus sine fructu
consumamus, vt iliora eligere mihi vi-
sum est. † Nunc non quærimus, an Ba- 43
ro habeat domicilium ad fruitionem
pascuum, cæterarumque rerum, quæ
secundum statuta locorum assistentiã
personalem requirunt, de quibus lo-
quuntur Avend. *de exequen. mandat. 1.
part. cap. 4. num. 25.* Narbon. *ad leg. Recop.
lib. 4. titul. 1. Rovit. in pragmat. Neapol. tit.
de Baron. pragmat. 12. ex num. 1. ad 5. & alij.*
† Domicilium mariti quærimus, vt 44
possit in illo conveniri iuxta *d. l. exigere
dotem*, & ita DD. in his terminis lo-
quentes sunt laudandi.

Si attentè consideretur *d. l. exigere* 45
dotem, nihil novi continet in illis pri-
mis verbis, ibi: *Exigere dotem mulier
debet illic, ubi maritus domicilium habuit,
non ubi instrumentum dotale conscriptum
est.* † Nam solum indicant mulierem, 46
vt actricem debere sequi forum rei,
quod est iuri consonum, *l. in criminali,
Cod. de iuris. d. omni. iudic. l. iuris ordinem,
Cod. eodem tit. cap. sanè, cap. cum sit gene-
rale, cap. si Clericus de foro competenti.* Et
cum maritus tempore contracti matri- 47
mo-

monij domiciliū haberet in hoc Principatu, vt supra satis ostensum est: hinc sequitur dotem etiam esse exigendam in hoc Principatu, iuxta illius constitutiones, & statuta, etiamsi in eo Baronias non haberet, & hoc in quantum respicit ad actionem personalem tantum: sed si attenditur, vt attendi debet, etiam ad actionem realem hypothecariam, qua Dux in capitulis matrimonialibus bona Ducatus Cardonæ obligavit, vt in discursu anteedenti demonstravimus; † Virtute illius pacti, & obligationis realis potuit etiam exigi dos in hoc Principatu, iuxta illius statuta, contra bona specialiter hypothecata, *l. heres absens, ff. de iudic. lege finali, Cod. in rem actio. cap. sanc. §. finali. de foro competent. Thomas de Thom. regula. Barbol. in lege heres absens, §. prorinde, ff. de iudic. art. de foro ratione rei sitæ. Carleb. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 1. ex num. 1.*

48 Hinc etiam provenit, quod Barones possint in Baronia conveniri, quia in ea domiciliū habent, etiam si in illa nō habitent: & si sit necessaria personalis citatio (sufficit citatio in Baronia facta) vt tenet Capic. Galior. 2 part. contro ver. 67. num. 6. Marin. resolut. lib. 2. cap. 43. num. 4. 5. & 6. Cancer. 2 part. cap. 14. num. 125. cum decis. Senatus Cathalonie. Ita expressè D. Salgad. de supplicat. ad Sanctis. 2 part. cap. 5. §. 3. num. 26. ibi: *Quam resolutionem limitandam arbitror in Dominis Temporalibus puta; † Marchionibus, Ducibus, & Comitibus, qui etiam absentes actione Reali conveniuntur in districtu, quo habent caput Comitatus, aut maioratus, suumque statum, domum principalem, & foraliam, quorum ratione domiciliarij sunt in dubio.*

49 Et dato, & non concessio, † quod domiciliū etiam in Castella habuisset, cum nō amisisset Cathalonie, posset dici, duo domiciliā habere, quod validè potest Text. in *l. assumptio, §. iuris prudentibus, ff. ad municipalem, ibi: Iuris prudentibus placuit duobus locis posse aliquem habere domiciliū, si utrobique ita*

se instruxit, vt non ideò minus apud alteros se colocasse videatur. Amaia. vbi supra num. 111. De quo enim verba huius text. proprius verificari possunt, quam de Duce, qui quamvis propter bella, alteraque accidentia in Castella habitationem haberet, hic, & illic, magnos Status possidebat, & de illo dixit hæc lex: *Si utrobique ita se instruxit, vt non ideò min⁹ apud alteros se colocasse videatur: cum super omnes vassallos æqualiter vigilasset: † & est regula, vt quoties reus sortitur multiplicem forum ordinarium, electio fori pertinet ad actorem, probat multis relatis, Carle. loco cit. quæst. 3. num. 152.* Itaque si vè vix aliud domiciliū in Castella haberet, si vè primum mutasset, si vè vt Baro in loco Baronie, & Status habeat domiciliū, si vè filia Baronias etiam habeat, vel non, ad præsentem causam nihil refert; nam ad exactionem dotis, & tenuræ pro illa competentis solum attenditur ad domiciliū, quod tempore contracti matrimonij habebat, in quo ius acquisivit irrevocabile mulier, transmissibile ad suos filios heredes; cuius virtute possent agere remedio Constitutionum ad tenuram adimplendam.

Cæterum † tria domiciliā à Doctoribus considerantur, vt ex Gail. Me-⁵¹noch. & Farin. docet Amaia *l. 7. Cod. de in col. lib. 10. d. nu. 52.* † Aliud naturale, hoc est, originis; aliud accidentale, idest, habitationis, aliud cōmune, hoc est patriæ cōmune, quibus ego novissimè addo quartum, quod est dignitatis, & nostro casui, & quæstioni magis adaptabile, & conveniens, vt probatur expressè in *l. Senatores, Cod. de incolis lib. 10.* vbi postquam loquutus fuit Imperator de domicilio incolatus, seu habitationis aliud dignitatis assignat, his verbis: *Senatores in Sacratissima vèbe domiciliū dignitatis habere videntur.*

Hoc dignitatis † domiciliū est quod habent domini Temporales in suis Statibus, locis, & Baronijs: in quibus Vicarij Regum, Senatores, & Præ-

tores perpetui sunt, vt docet Bobadilla in sua polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. nu. 19. & num. 22. asserit, quod isti domini in alijs Provincijs, vt Cathalonix Barones vocantur; & aliquibus in rebus Regibus equiparantur. † Hi enim Iudices, Prætores, & Magistratus perpetui, & etiam si temporales fuissent, sunt Cives, & incolæ illius Civitatis, quam regunt, & in illa domicilium dignitatis habent, de quo loquitur dict. l. Senatores, vt tenet Amaia, vbi supra num. 61. quamvis in alijs Locis, Civitatibus subiectis non habitent; † nam quæstio, quæ à Doctõribus suscitatur, præsertim à Bobad. d. cap. 16. ex num. 198. vbi plurimos DD. refert, qui asserunt dominos Vassallorum, & Barones pascuis Locorum suorum frui non posse, nisi in illis habitationem habeant, iuxta dict. leg. Cives in princ. Cod. de incol. lib. 10. cui patrociniatur, l. 9. tit. 28. partit. 3. ibi: *Ca todo home que fuere, y morador, puode usar de todas estas cosas sobredichas, è son comunes à todos, tambien à los pobres, como à los ricos. Mas los que fueren moradores en otro lugar no pueden usar de ellas, tantum loquuntur de pascuis; non verò de honoribus, quibus gaudere debent, etiam si in illis domicilium habitationis non habeant; nam quo ad honores sufficit domicilium dignitatis, vt asserit glos. in d. l. Senatores.*

56 Nec obstat, † l. Cornelia. ff. de iniur. vbi dicitur: *Quia non possit vbiq; domicilium habere, hoc est, per omnes Villas suas, quasi clarè dicat Ducem nõ posse habere domicilium per omnes Villas suas: quia respondeo cum Bart. in dict. l. 6. dico quod Labeo, qui dicit, quem non posse habere domicilium per omnes Villas suas intelligitur de habitationes; quia nõ potest quis habitare in pluribus Villis: non autem intelligitur de domicilio dignitatis, quod in pluribus Villis habere potest, absque aliquo inconvenienti: † Quin potius vt dixit d. l. assumptio, ff. ad municipalem, Barones, modo hic, modo illic videtur se collocare in gubernatione vassallorum, propter quod hoc*

dignitatis domicilium illis competit.

§. De domo Deputationis Cathalonix, & prerogativis, quibus fruuntur Excellentissimi Domini Duces Cardona, & Comites Ampuriarum.

58 **O**ccasione materiæ in præsentis discursu attractæ circa domicilium Dignitatis, nõ extraneam ab instituto existimavi expositionem præminentiarum, quibus effulgescunt in isto Principatu sublimes, ac Excelsi Duces Cardonæ, & Comites Ampuriarum (liceat viro extero in his, quæ labore proprio, & notitijs familiariter mutatis, quæsiuit, paulisper immorari) nam vt inferius delibabo, propter domicilium Dignitatis hæc prerogativis locus fuit constitutus.

Antequam rem aperiã, exposcit eius lucidatio, vt edamus, qualiter moliti fuerint Cathalani regimen totius Principatus suis privilegijs, comparatis sanè servitijs insignibus incessanter exhibitis, nec non cū sanctionibus Curiatibus, seu in diversis Curijs stabilitis, quas Constitutiones generales vocat.

60 Aggrediens Provinciam mihi, tam gratã, quã incognitam, & absconditã, priusquam ad litis, de qua peragimus, patrociniũ me conferrem: Admoneo triplici Brachio mirabilis Gerionis instar (stamenta etiam Gothallana lingua appellantur) seu trium membrorum generibus magnum, & eximiũ corpus Cathalonix coalescere, cuius caput Princeps, & Dominus Supremus Comes Barcinonæ, cultu, & obsequio vassallæ veneratur ingens ista Respublica, fidelitatis gloria nulli secunda.

61 Tria igitur hæc brachia cognominantur, Ecclesiasticũ, Militare, & Regale, & vniuersitatem totius Cathalonix representant: Quemadmodum referunt Doctissimus Regens Don Philippus

- lippus Viñes in summe erudita allegatione incipienti: *Cessò la Monarquia de los Godos*. Typis mādara de anno 1632.
- 62 Gabriel Berart in Speculo visitationis de Vilosa in Supremo Aragonum Cōsilio Regentem, de cuius singulari acumine testimonia acceperunt faustioris collaudationis Cathalonia, Neapolis, Mediolanum, Matritum, tota Aragonica Corona: cū ius in istis Regnis reddiderit, non minori reſtitutione, quam subtilitate: sed agnoscunt omnes gentes disciplinæ suæ splendore in publicam lucē sparso, scribit mirè peracutus is Regens *discertat. 5. §. 2. fusè: Ad-do Bosch. titols de honor de Catalunya, lib. 4.*
- 63 cap. 1. † Qui tractat, præmissa brachia ad duplicem finem introduci cepisse: Ad celebrationem Curiarum, seu Comitiarum generalium, pro statuendis legibus, & ad erectionē alterius Reipublicæ vniversale beneficiū, & augmentum dispicientis Regio indulto, & autoritate proditæ: provti animadverit, Oliba *de iure fisci cap. 6. nu. 14.* appellatur hic honorificentissimus Magistratus, publicæ vtilitati, & compendio adscriptus, *Deputació.*
- 64 Idem Bosch. edocet relatas duas Respublicas esse Democraticas cum tamen in alijs negotijs Principatus extra concernentia Curias, & Deputationem gubernio Monarchico regatur omnimodè.
- 65 Sed prætermitti penitus non oportet, quomodo cursu temporis creatum fuerit prælibatum Deputatorum Consistorium, & pro certo constituo, primordium traxisse è Privilegio Regis Alphonsi II. Aragoniæ dat. Montioni 7. Idus Novēb. 1289. subsecutis post deinde alijs complurimis diversorum Regū, Bosch. *d. l. 4. c. 2.*
- 66 Deinceps in Curijs celebratis in Monasterio fratrum Prædicatorū huius Civitatis per Serenissimum Regē Ferdinand. de anno 1413. tres Auditores computorum superadditi fuerunt, computorum examini destinati, vt cō-

tinetur in cap. 2. libri inscripti: *Dels quatre senjals Generalis Cathalonia*, sic in Castella Rationales, sive Calculatores creati leguntur in *la Contaduria mayor*, de qua in *tit. 1. & seqq. lib. 9. recopilat.* & in partibus Indiarū tres esse, qui rationibus sumendis, & exigendis reliquis intendunt tradidit Dominus Solorçano *de iure Indiar. lib. 4. cap. 1. num. 131.*

Ex quibus elicitur opus fuisse Cathalaunis ad explenda donativa promissa in Curijs Sereniss. Regibus suis impositionibus, & gabellis voluntarijs onerari: quarum administrationi destinarunt, seu Deputarunt Procuratores, qui ob munus iniunctum Deputatorum nomen obtinuerunt: ad eos pertinet Cura propugnationis Principatus sumptus, ac pecunias ad id necessarias bello vrgente erogādo, Thomas Mieres *collat. 7. cap. 7. num. 6. in Curia Dertusa.*

Regnum Neapolitanum per Syndicum repræsentatur tradit Roccus *de Offic. rubr. 17. §. 1. num. 19. 22. & 23.* vbi quod præcedit proceres Regni, id est septem officia, quæ recēsentur apud Regentem à Ponte *decis. 15. num. 19.* & præcipuè deligitur Syndicus in eo Regno ad donativa Regiæ Maiestati præstanda, tunc etenim petente Prorege literis S. M. singulis binis annis Barones omnes à Regno convocat, qui omnes Proregi obtempetantes accedunt, vel Procuratores mittunt, ipsis vnitis, Syndicus creatur ex nobilium cætu alicuius sedilis, inde congregantur, & Syndicus petita licentia congregat Parlamentum generale, & fit debita conclusio, deinde civitas duodecim creat *Deputatus*, aliove duodecim Barones. Postea isti Syndicus, & 24. *Deputati* in vnum coadunantur in aliquo loco, de donativo tractatur, & à maiori parte ipsarum concluditur latè Roccus *de donativis faciend. §. 5. n. 87. num. 7. 8. & passim*, quo loci notatu digna adducit, probans Regnum teneri donativum Regi facere iure Divino, Canonico, communi, illius Regni, &

ex communi Schola Theologorum.

69 En quomodo † representatio Regni Neapolitani versatur ad donativa Regi subministranda, vt pacata quietè fruatur: sicque Regia potestas adeò emineat, vt terrorem hostibus incutiat citati per eundem Roccum de donativis faciend. §. 5. nu. 18. Ortum etiam habuisse Deputatos in Regno Valentia à donativis per Brachia Domino Regi oblati enuntiat dominus Regens Dō Laurent. Matheu de Regimin. Valent. cap. 3, §. 2. à num. 1. vbi vectigalia, sive superindictiones exoriri narrat ad donativorum exsolutionem, indeque infert postulantibus necessitatibus, vsuque exigente officiales fuisse creatos, per quos exactiones istę colligerentur, & iura ipsa administrarentur: qui Deputatorum nomen sortiti fuerunt, cumulat memoratus Matheu de Deputatis tractantes Madriaga, Salon Cerdan, Fontan. Ripoll ex Aragonensib. Molinam, cum Portoles, Sesse, Blancas, Calixtum, Ramires, ex Sardis Ibanum de Bardaxi, ex Siculis Mastrils.

70 Ex ratione † ipsa qua dominus Matheu Deputatos sui Regni Neophilaces non esse fundat, firmabimus Cathalaunicos illi Atheniensium Magistratui respondere, Valentinus namque legum custodes non esse demonstrat, at in Cathalonia Diputati Iuris municipalis tutamini ex præscripto sui officij incumbunt, & consequenter Neophilaces non malè vocitabuntur iuxta Alexandrum ab Alexandro Dierungenal. lib. 5. cap. 17. Tiraquel. ibidem in notis, lit. F. Mastris decis. 15. nu. 71.

71 Huic obligationi † debent esse intenti Deputati nedum, quia varijs Constitutionibus sub gravibus poenis adstringuntur, sed etiam quoniam cum, vt præhabetur, num. 63. vniuersali Principatus vtilitati destinatum fuerit Deputatorum Officium; congruit etiam vt legum custodię enixè nacent, ne quid contra receptas leges decernatur, nam veluti salubrè est leges habere, easdem custodire, & observare sa-

tins, & plausibilius, ac expediens Reipublicæ nemo nõ agnosceret Bonifac. in C. unico, §. quoniam de statu regul. in 6. Pompon. in l. 2. §. post originem, ff. de origine iur. Et passim Religiosissimi Reges Castellæ in nostri Regni legibus stabilitum reliquerunt.

O scelix, & † munificentissimè Magistratus Deputatorum, belli occurribus in Principatus defensione, legum municipalium tutamine, Principis seruitijs, pecunias, & operas expendendo, & vndequaque publicæ vtilitati sacrate, his omnibus pareas, & pateas, vt ego experior dum ardentissimi Martis æstu in hac regione degens quotidie bellicos strepitus resonare exaudio, legionesque expensis Generalis efformari, & subsistere ad spicio.

Præcognovimus, num. 64. duas Res. 73 publicas Cathalonix † Democratitas tribus Brachijs, seu classibus compositas ad Curias, & Deputationis regimen destinatas emeruisse, nunc fecerendum venit, vt speciei nostræ satisfaciamus Brachium Ecclesiasticum formari primū ex Archiepiscopo Tarraconensi, cæterisque Episcopis Cathalonix, certo Canonorum Capitulum, seu Ecclesiarum Cathedralium numero, quibusdam Abbatibus, & Monachis Benedictinis, (antea aderant Cistetcirnses) & equirebus Hierosolymitanis.

Alterum † verò militare scilicet Primum ab Excellentissimo Meccenate meo Duce Cardonæ, Magnatibus, nobilibus, equestribus Ordinis viris, & Baronibus. Vltimum constituitur ab incolis Civitatum, Villarum secundum loca vnicuique Vniuersitati Regiæ præfixa, quod Regale appellatur, fortè quia à Regijs Civitatibus, & Villis cõfiatur, vt voluit Don Raphael Vilosa supra citatus disertat. 5. §. 2. nu. 1. & seqq. De cuius tamen denominationis ratione, pace tanti Authoris valdè dubito.

Sicut etiam † parum aridet, quod ibidem scribit, asserens Brachium Re-

gale Syndicis Civitatū, & Villarū cō-
fistere, nam Syndicorum consideratio
quoad Brachiū Regale non attenditur
ad materiam extractionis Deputatorū
sed ad Curiarum convocationem, & id
nicidissimè commonstratur, quoniā in
Curijs interveniunt, & convocantur
Syndici Univerſitatum Regiarū, quæ
virtute Privilegiorum sunt solitæ in
Curijs interesse, declarat Peguera *in
practica de celebrat Cortis, cap. 5. num. 3.*

76 In Brachio autem Regali Deputato-
rum, pro qualibet Vicaria certi sunt
loci præstituti, nec omnes Univerſita-
tes Regiæ locum consequuntur, vt de
pluribus enumerare fas est.

77 Intuper plures † in Curijs assident,
qui in domo Deputationis nusquam
intervenerunt, & è converso mit-
tuntur Cives honorati Barcinonæ ad
Deputatorum dignitatem sorte invi-
tantur, & quod magis est, sunt quoque
pars Brachij Militaris, quoties solum
Brachium convocatur ad seſſu, à Curia
tamen repelluntur, Peguera qui pro-
ximè *cap. 5. num. 8.* Accedit Iurisperi-
tos, ac Medicos in Curijs nō audiri, in
Deputationis autem domo admitti.

78 Neque fidē dari † consenserim An-
dræ Bosch Cathalano, accuratissimo
patriæ gloriæ, cuius aureus liber si La-
tine fuisset evulgatus crebrius con-
celebraretur, nec inus municipij li-
mites delitesceret, cavendum ab eo,
dum in Deputatu, *titols de honor de Ca-
talunya, lib. 4. §. 2.* inquit Deputatos
Ecclesiasticos esse 30. Militares, 36. Re-
gulares Barcinonæ, 39. Regales omniū
Vicariū, 52. Auditores Ecclesiasticos,
36. Militares 52. Regales Barcinone,
46. Omnium Vicariarū, 72. nam Lon-
ge maior est numerus verum est De-
putatos Ecclesiasticos in seculari, 30.
Auditores, 36. sed Deputati Milita-
rem, sunt 12. pro varijs Vicarijs Au-
ditores, 114. Deputati Regales, pro
omnibus Vicarijs nō exaudiunt nume-
rum, 85. Auditores Regales sunt 116.

79 Noster verò † faustissimus Cardonæ
Dux vbiq; & in Brachio Militari, &

in Domo Deputationis quoties extra-
ctionis dies advenit, & in Curijs ge-
neralibus vti caput præcellens illius
Brachij obsequiosis cultibus adoratur.
De Curijs attestatur Peguera *in practi-
ca de celebrat Cortis, cap. 6. num. 1.* de Domo
Deputationis innuit Don Raphael Vi-
lola *differat. 5. §. 2. num. 1.* affirmans
Archiepiscopum Tarraconensem in il-
la Domo primariū locum occupare; &
exploratum lumimus eandem esse se-
dem respectu Brachij Militaris Ducis
Cardonæ, ac in ordine ad Brachiū Ec-
clesiasticū Tarraconēsi Archiepiscopo.

Propterea † cum die 20. Septem- 80
bris 1608. notitiam Deputati habuis-
sent de adventu Excellentissimi Du-
cis Cardonæ ad hunc Principatū (quē
antea non fuerant ingressus) quindecim
personas convocarunt, sex pro
Brachio Ecclesiastico, sex pro Militari
& tres pro regali; eisq; proposuerunt,
propè Civitatē adesse suam Excellen-
tiam, & cū esset primus ingressus eius
in Civitatem audisse ipsis incumbere
cū Comitatu, & pompa solitis in simili-
bus casibus egredi mœnia vrbis, & in
non magna ipsius distantia illū quære-
re teneri ac addictissima veneratione
salutare, vti caput Brachij Militaris
provt legerunt Deputati in primo ad-
ventu ad urbem Illustrissimi, & Reve-
rendissimi Archiepiscopi Tarraconæ.
Quare expetabant consilium à con-
vocati; hi determinarunt Deputatos
sequi, quæ servaret Barcinonensis Ci-
vitas; miserunt Consiliariis Barcino-
næ duas personas notæ existimationis,
pro exerutando animo in facto occur-
renti, die 21. nuntiarum per equites
sanguinis præclari Deputato Ecclesia-
stico, vt toti Magistratui innotesceret:
tractato, & discusso negotio cum viris
prudentibus resoluisse, Consiliarios
forma solita exire Civitatem pro ce-
lebratione adventus domini Ducis;
qui inopinatè repentinè intravit, & tē-
pus præripuit Magistratibus ambo-
bus præmissa animo inducta adimplē-
di. Ita notatum curiosus indagator
com-

comperiet in vtraque Domo Deputa-
tionis, & Civitatis.

¶ 1. Cæterum clarius † adinvenitur exē-
plar de anno 1624. nam vt accepi
Consiliari Barcinone in similem supra
relatæ deliberationem nexerunt, &
perdlexerunt ad effectum 9. Aprilis
lis præmentionati anni plurimo co-
mitatu Nobilium.

¶ 2. Amplius observabit, † nā si vt vrba.
nitati respondeat Dux Cardonæ, ad-
veniat domum Deputationis Depu-
tatos visitatores, plures Officiales
descendunt vsque ad atrium ex ianuæ
principalis exterioris, & in vertice sca-
læ Deputati inveniuntur, idemque as-
servatur quando secedit, sicut 8. Octo-
bris 1608. practicatum accepi: cum ta-
men alijs, et si Magnatibus, solum so-
leant occurrere in fastigio scalæ Au-
ditore computorum, vt in dies expe-
rientia manifestat.

¶ 3. Quo ritu hæc † alacris salutatio fiat
Deputationis, & Consiliariorum, cum
paripassu currat, cum vrbantatis de-
core devovendo Illustrissimo, & Re-
verendissimo Domino Archiepiscopo
Tarraconæ procul difficultate investi-
gabitur, nam de tempore sedentis ho-
die dignissimè in Archiepiscopali dig-
nitate in executionem hæc solemnita-
tas deducta fuit.

¶ 4. Percontanti vnde † profluxerit hæc
Gotholanorū obsecundatio Cardonæ
Duci, fortè divinari posset, quia nul-
lus alius vassalus sub his Domini no-
stri Regis, titulus ex his qui existebat,
quando Deputatio erecta fuit nempe
anno 1289. vt præmonui *num.* ad Du-
catus apicem postea translatus fertur,
Vvifredus 2. cognomento el Velloso
Comes Barcinonæ Don Raymundo
Folch tertio huius nominis cōcessit, ac
donavit Cardonæ Villam (erat tum
Castrum) & alia loca, cum titulo Vi-
cecomitis; quapropter indubium red-
ditur ante annum 967. hanc gratiam
fuisse, cum eo tunc decessisse sit notum
Comitem Vvifredum. Deinceps post-
quam successores ad Comitatus gradū

transferant Don Ioannes Raymundus
Folch quartus, istius nominis Ducatus
Cardonæ dignitatem assequutus extitit,
hucvique enodata probantur hi-
storij circumferentibus inficias autem
iri non potest honorè Ducatus Vice-
comitatus à Comitatus gradus ante-
cellere (sed illis temporibus Dux Me-
dinaceli Rex Castellæ erat) sicque
Ducem Cardonæ in Cathalonia, cum
non alius Ducatum possideat in illa,
cultum supra expressum poneretur ad
instar Archiepiscopi Tarragonæ capi-
tis Brachij Ecclesiastici, quia nullus
coæquali ipsi præpollet dignitate. Qua
autem æstimabile sit præmentionatum
obsequium dignoscet quicumque qui
antiquitatem recurrat circa demon-
strationes festinas in triumphantium
plausibus graphice depictas per Blan-
dum Foroliviensem *lib.* 10. de Roma
triumphante, & recentiorum temporū
exempla elucescunt in adventu in-
clerti Caroli V. ad quamplurima Regna
recitantem Sandovalio in historia hu-
ius Maximi Imperatoris *lib.* 3. §. 3. *lit.* C.
& passim occurruntque innumera exē-
plaria condinentia penès Historicos,
& Curiarum plurium Regnorum scrip-
tores.

Ampuriarum Comes † nō immerito 85
fixum in Deputationem solum occu-
pat pro Brachio Militari: nam diffi-
teri nemo poterit nullam esse in Ca-
thalonia vetustiore dignitatem Co-
mite Ampuriarum, qui aliquando à
primis incunabilis regnarunt, cū Co-
mitibus Barcinonæ, & regalijs omni-
bus vtebantur quibus Comites: vnde
magnos Principes sēper habitos fuisse
in hac Provincia, & noluisse quan-
doque submittere fasces Comiti Barci-
nonæ scripsit, Oliba *de iure fis.* cap. 13.
num. 4. pervenit hic Status ad Cardo-
næ Ducem matrimonio copulato in-
ter Domnam Sibillam filiam Comiti
Don Ponze Hugo, cum Don Raymun-
do Folch nono Vicecomite adhuc
Cardonæ.

Attamen cum Dux Cardonæ esse 86
ctus

ctus Comes Ampuriarum duos repræsentet titulos, duo quoque loca occupat in sorte, seu vna Deputatorum, & vnica tantum gaudent cum effectu, in duplici concurrens, & in vna dumtaxat admissus scribendo Dux Cardonę N. Comes Ampuriarum, sicque nomen possessoris geminatum, siquidem si fors in vnum cecidit, alius exclusus locus, seu inhabilitatus remanet.

87 Sortem, siuè extractionē † Deputatorum antecedit singulis triennijs creatio Magistratus, iuxta dispositionem, cap. 8. no^{vo} ordinamenti anni 1599. novem viris concurrentibus (qui pariter fortè disquiruntur) tribus pro quolibet Brachio: isti super omnibus exceptionibus, quæ opponuntur à Filco illius Magistratus, ius dicunt, hoc modo leguntur coram ipsis nomina eorum, qui libro insecularum erant noviter cōscribendi; & super exceptionibus contra eos propositis proferunt, locum esse, vel non.

88 In tribus burfis, † vnaquaq; sui Brachij, ex quibus extractio profici scitur, annis singulis soluerant Deputati ex concessione Regia alios nominare: Sed post felicissimam reductionem istius Provinciæ nominationem illam fuisse suæ Maiestati reservatam, reliquis cōditionibus in suo robore permanentibus, præcedente propositione Deputatorum annectit Regens Villosa *dissertat. 5. §. 2. nu. 8.*

89 Attamen adhuc † declaratione hæc indigent, nam *in est. cap. 8 curiarum anni 1599. in no^{vo} ordinamento*, dispositum extat novem personas placium prælibatarum habilitaturas eos, qui inseculari poterunt in Deputatos, & Auditores computorum his verbis: *Quos portaràn be. y llealment en la habilitació de las personas.* At verò istæ personæ propriè non sunt *Habilitatores*, sed in genere verè, & in rigore appellantur *Inseculares*, sicuti solent annotare institutistæ principio tituli instituta de adoptationibus. De hisce hætenus alloquium fecimus. De habilitatoribus in specie infra peragetur,

Descendamus clarius ad ea, quæ me 90 huic magnæ liti dedito evenerunt. Sua Regia Maiestas (quam Divina servet incolumen) de anno 1677. inseculationem emisit Deputatis personarum, quas nominaverat ad locos vacantes: & in altero ex Capitulis hæc verba continebantur, *por muerte de Don Luis Folch de Cardona, Conde de Empurias, enseculareis à Don Juan Francisco de la Zerda, y Aragon, por averle sucedido en este Estado.* Venerunt istæ inseculationes directæ Excellentissimo Domino Proregi huius Principatus, vt moris est, per Regiam Cancellariam Supremi Aragonum Consilij expeditæ.

D. Prorex (non omitto, † quia scitu 91 dignum) in Villa Oloti, non parum remota à Civitate Barcinonensi, existebat: & facultate sibi speciali à Domino Rege concessa, vt exceptionibus forsàn opponendis adversus scribendos in libro provideretur, delegavit Excellentissimum Dominum Marchionem de Leganès, tunc Generalem exercitus æquestris; sed Deputati Syndicum miserunt Proregi, delegationem opponi prætendentes Constitutionibus Cathalonix, quæ exteros, qualis erat Marchio, ab exercitio iurisdictionis omninò excludunt: & talem delegatum non excipiunt; quam ob rem delegationem in Regnicolam fieri supplicarunt: & post varias dilationes, ita obtinuerunt: fuitquè delegatus Nobilis Don Iosephus de Rocaberti, Baiulus Generalis Cathalonix, vt sanguinis splendore, pariformitè animi dotibus clarissimus: & crevi novitatem magnam extractionem Deputatorum non fuisse executam festo Divæ Magdalenzæ illo anno, quod raro, vt audi vi, contigerat: Sed fortasse, vt defendi potuisset delegatio, in persona domini Marchionis, cum subrogans esse externus, & crearetur Marchio ad nutum revocabilis, non in titulum, quo casu non intrant Constitutiones prohibentes officia exteris conferri propugnat Cenedo qq. *Canoniar. q.* sed de his satis. L Obj

92 Obiecerunt adversus dominū † Comitem Ampuriarum, Comitatum non esse suum, sed Exc. Domine Confortis, 2. sub lite versari an sit manutenda in possessione illius Status, quibus concurrentibus in seculari non valere contendebatur, & non leviter: nā pernoctavimus Advocati Exc. Ducis de Medinacæli: nec dormierunt patroni Excellentissimorum Dominorū Comestabilium Castellæ, vtrisque partibus sæpius informantibus, resolutio cæpta fuit, quod in seculari Don Ioannes Franciscus de la Zerda provti per suam Mæiæstatem præcipiebatur.

93 Moti fuerunt in seculari † sequentibus rationibus. Quoniam si qui Comes non est, aut Dux matrimonium contrahat cum Comitissa, aut Ducissa, ex hac dignitatis communicatione, cum habere pro Comite facit quoad titulum, honores, præminentias bene D. Olea de cessione iur. tit. 3. quæst. 3. num. 33. Mastrils de Magistratib. lib. 4. cap. 13. à num. 24. ad 47. alios dat. D. Solorçan. de iure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 20. num. 15. qui de Hispaniæ consuetudine testatur; & in Italia idem procedere asserit Ioannes Bapt. Thoro in compend. decis. 1. part. verbo Fœmina titulata, & non solum de consuetudine, sed, & de iure, probat Garcia de nobilitate, glos. 1. §. 1. num. 45.

94 In Brachio militari † apud Valentinenses, & in Brachio Nobilium apud Aragonenses admittendus esset sicuti doctè defendit Vicecancellarius, Crespi observat. 117. num. 109. idque non solum si Comitatus in dotem fuisset datus, quod magis indubitatum est, sed etiã si nihil amplius habeat, quam radijs vxoris coruscare; & in eadem consuetudine stare maritos in Regno Neapolitano tradit Mastrils supra citatus, affirmans vidisse servari in generabilibus Parliamentis, in quibus absque aliquo Procuratorio mariti interveniunt. Quã ob rem non immerito ob dignitatem ab vxore communicatam propter Comitatum Ampuriarum fuit in seculari

D. Don Ioannes de la Zerda. 95
Accedit etiã † de anno 1575, fuisse in seculari in Deputatum militarem vti Ducem Cardonæ Excell. Dominum Dominum Didacum Ferdinandū de Cordova, cuius vxor Domna Ioanna erat Ducissa Cardonæ: & quantum authoritatis habeat exemplaria in domo Deputationis ambiget nemo, qui viderit Villosa d. dissert. 5. §. 2.

96 Neq; ulterius refragatur † super possessione Comitatus litem pèdere, quippe cum super proprietate non sit controversia, nihil conturbabat intentum præmemoratalis: nam supra stabilita de communicatione dignitatis ad effectus ibidem discussos intelligenda sunt in casu, in quo vxor sit domina Comitatus, seu Marchionatus, non autem si possideat tantum, Mastrils de Magistratib. lib. 4. d. cap. 13. nu. 47. quare possessio sola in consideratione non habetur, & urgentius inuiant præmissa in nostro casu, cum Ducissa de Medinacæli super possessione Comitatus Ampuriarum Regiam provisionem in sui favorem fuerit consecuta, vt sæpius in hoc opere meminimus; & in vera possessione dicti Comitatus existat; quapropter donec dicta provisio, & possessio sit revocata, in Deputationis Republica admitti debet Dux maritus ex animadversis per Don Christophorum Crespi in allegata observat. 117. num. 109. & num. 111.

97 Insuper prætenso † Excellentissimorum Dominorum Comestabilium Castellæ solū erat in retinèdo Statu Ampuriarū pro creditis, sed iura, & præminentia obvenientes ob dignitatem Comitatus, deberi non poterant. Dño Comestabili ex persona à confortis creditricis, in quam non transeunt, quæ dignitatis radios intuentur, scripserunt Lambertin. de iure patronat lib. 1. part. 2. fol. mihi 166. pag. 2. Salgad. in labyrinth. creditor. p. 3. cap. 5. num. 40. & 42.

98 Diximus nu. 89. † habilitatores specificè di fferre ab in secularibus: di qui-

quæramus nunc, qui in specie habilitatores cognominentur, & qualiter differant ab infeculatoribus. De habilitatoribus habetur dispositio in c. 85. anni 1599. in novo ordinamento. vbi constituitur, quod sextiduo ante diem extractionis Deputatorum (quæ dicata est Divæ Magdalenzæ tutelari) sorte extrahantur novem viri, tres pro quolibet Brachio, qui vna cum Deputatis exceptiones oppositas in infeculatos decidunt, ea forma quam spatiosè describit Vilosa *dissert. 5. §. 2. num. 8.*

99 Designare est opus, † qualiter differant Infeculatores ab Habilitatoribus, & de quibus isti, & de quibus illi iudicant. Infeculatores in habitu habiles reddunt personas eis bene visas ad Deputatorum, ac Auditorum munus, cognoscunt de exceptionibus ætatis, domicilij, & alijs consimilibus circa noviter libro infeculationis mittendos, de domicilio est textus expressus in c. 62. anni 1599. in novo ordinamento, vbi iubetur prætendentes infeculari non esse audiendos, donec probaverint esse domiciliatos in Villa loco, aut Vicaria, pro qua sunt intraturi.

100 Habilitatores nõ dũ † de noviter infeculatis cognoscunt, sed etiam de his, qui antea concurrerunt, fortè, quia supervenit exceptio, quæ ipsis obest, veluti non potest, quia est debitor domus Deputationis, vel non potest, quia non vacavit per tempus, & circa noviter infeculatos plus speculantur, quam Infeculatores, videlicet vtrum sit Officialis Regius, ac aliæ huius generis: & merito, quia Capitula Curiarum Sanctæ Annæ, & alia pertractatio de Officialibus Regijs solum respexerunt inhabilitatem concurrendi, & cum effectu administrandi Officium, non verò intuentur idoneitatem, vt infeculati aliqui maneat, plures siquidem sunt infeculati, qui cum effectu ab occupando loco excluduntur, quamvis enim extractio fieri non potest nisi pro omnibus locis vacantibus adunt personæ infeculatz, at verò necesse non est omnes infeculatos concurrere,

In habilitationis iudicio † nihil evincere opus fuit; nam, & si propter sublimè officium, quoungebatur tunc, & nunc quoque fruitur Dominus Don Ioânes Franciscus de la Zorda Archicubicularius vulgo *Somiller de Corps*, & Regij Consiliarij in Supremo Consilio Status, & bellij possit cavillari, concurrere non posse, ex latè examinatis per Regentem Vilosa *d. dissert. 5. §. 2.*

Tamen postquam † Regentibus Cancellariam in Supremo Aragonum Consilio Cathalaunis concurrendi facultas concessa fuit, quippè in Cathalonia contentiosam iurisdictionem non exercent, locus non relinquitur disputationi, quoad attinet alios Administratos Regiæ Domus suæ Maiestatis, nullam penitus in Cathalonia exercentes iurisdictionem, sed superandæ erant quæcumquè difficultates, & controversiæ: cum Deputati, & Habilitatores oculatissimè sederent sequentes, *D. Stephanus Mercadal*, Archidiaconus Maior Vicen. Deputatus Ecclesiasticus, vitæ notæ probitatis: *Don Iosephus de Amigant*, Baro de Castell Gali, Deputatus militaris præpollens hereditaria fidelitate, post effusum sanguinem parentum publico holocausto, carceres, & cruciatus superatos per proximos consanguineos suos, pro Regiæ devotione, addidit non pauca per clara facinora erogatis sumptibus patrimonij sui magna iactura, *Doct. Ioannes Alds*, Deputatus Regalis, Prothomedicus meritis suffragantibus in hoc Principatu, *Doct. Iosephus Manyer*, Canonicus Tarraconæ, Auditor computorum Ecclesiasticus, qui ante Elnen extiterat Canonicus, & ob suam egregium in affectum Domini nostri Regis Supremo diademati ad Tarraconen transferri curavit, ne sub obedientia Regis Galliz moraretur, *Hieronymus Gasta*, *Co. de Guerau*, Auditor militaris parentum virtutibus præstantibus in sui Regis servitio benè notus, & suis non contemnendus, *Doct. Narcisus Camps*, civis honoratus Barcinonæ, & Gerundæ non

infimis animi dotibus præditus.

103 Nequè silentio prætereundū † duxi nomen Promotoris : cum quo tantum possunt loqui insecutores; donec eorum sententia fuerit promulgata, sicut dicitur in *capite 8. anni 1599. in novo ordinamento*, cuiusque munus est, denunciare Insecutoribus, quæ expedire videantur ex parte Deputatorum. Erat in casu Don Ioannes Baptista de Olzina, & de Villanova ingenio, & genio optimis decoratus, genitoribus non modicæ nobilitatis editus, qui iam olim devictissimi fuerant Excellentissimis Aragonicis Magnatibus, per eosque non vulgaribus honoribus decorabantur, ac promeritis in Regio servitio Magistratibus præfuerunt lucidissimis.

104 Ex hucusque exaratis fit notum, † Ducem Cardonæ, & Comitem Ampuriarum differre ab alijs titulatis huius Principatus, nam & si ipsi (ob solum domicilium dignitatis, de quo in hoc discursu sermonem instituimus) in cōventu Curiarum concurrant, licet exterius, Peguera *in praxi de celebrat Cortes cap. 5. num. 2.* attamen locum non habent in Republica Deputationis, exceptis Comite Paleopolis, & Vicemite de Rupebartino, imò alijs titulatis locum fixum non habentibus intrare non conceditur in vnam Deputatorum, nisi Cathalani sint: cum tamen in loca fixa occupantibus hoc non attendatur.

105 Remaneat igitur, quod † Excellentissimus Dux Cardonæ pro Vicaria Cervariæ, Excellentissimus autem Comes Ampuriarum pro Vicaria Gerundæ in Domo Deputationis ex suis personis loca fixa pro Brachio Militari sibi vendicant, & ea de causa à sua Maiestate iubetur Deputatis, eos inseculari, seu poni in libro vocato *anima*, in quo asservantur nomina insecularium. Esse què Ducem Cardonæ caput Brachij Militaris.

106 Quibus consideratis, † concurrat Excellentissimus Dominus D. Ioannes

Franciscus de la Zerda de mense Iunii anni 1677. in extractione Deputatorū, & eius nomen, seu tessera non advenit ad manus sortientis, sed aliud; at postea die 7. Augusti præmemorati anni, cum fieret extractio Visitatorum eluxit nomen præclarum (casus novus quo ad Dominos Duces Cardonæ, & Comites Ampuriarum): verum tamen non potuit sua Excellentia acceptare hæc ob suas ingentes occupationes, in suprâ mentionato munere: vnde fuit processum ad alium extrahendum: & tam quando extractio Deputatorum celebrabatur, quam quoties ista Visitatorum contigit, summè honoratus sui à Nobilitate Cathalana, cum qua his actibus honorificis interfui: quocirca ei obsequentissimus semper inserviam.

Et quia nu. 69. † promiseram aliqua 107 curioso Lectori afferre, & in summario super eodem num. 69. continetur cum tamen non potuerim illic abundè explere librorum defectu, id circò libuit antea quam hinc aviam summo digito annotare: De gubernio Romę tractare, Bolch alijs citatis *in tit. de honores de Catalunya lib. 4. cap. 1.* Democraticū erat olim imperium apud Athenienses, & postea apud Helvetios. Veneti Aristocrathico gaudent. De Regno Britannię quantam auctoritatem habeat Parlamentum, & qualiter suffragia præstet Camera alta, qualiter Camera inferior pro præmissijs cōcludendis, quibusvè concurrentibus satis conminiscuntur Historiæ, quæ etiam consilium electionum tradunt, & reducit ad certum Deputatorum electorum cetum, qui specialem numerū eligunt pro Civitate, seu Villa ad quam opus sit mitti Governatores. Denique qui de omnibus mundi gentibus, Regnis, ac plagis ad facietatem scire cupiat, quæ Respublicas contineant, & quo vtantur regimine iuxta subiectum institutum adeat Fratrem Hieronymum Roman Ordinis Divi Augustini *in libro Republicas del mundo*, per

per longa volumina distributo, qui copiose notatu digna congeffit. Quæ hucusque de domo Deputationis retuli, non à me extero recipias, qui ea cognoscere non possum: sed vir eruditissimus ac in dignitate constitutus sic mihi honorificè ministravit cui gratulari poteris.

DISCVRSVS X.

De confes. domi. vel procur.

SVMMARIVM.

1. **D**ecisio Senatus Cathalonie proponitur.
2. Quæstiones exagitantur proponuntur.
3. Possessorem alium qui confitetur, se non possidere fatetur, & alterius possessionem approbat.
4. Possidere non possunt duo in solidum eandem rem.
5. Possessionem qui petit, confitetur se non possidere.
6. Possessionem petens, & in eam admittitur, supponit eam non habere.
7. Spoliatum se esse, qui confitetur, non potest interdictum interim intentare; quin potius spoliator est manutentendus.
8. Iura duo in vno subiecto concurrere possunt.
9. Possessionem naturalem, & civilem habens potest petere realem, & actualè.
10. Possessione translata in vim clausule constituti, potest proponi interdictum adipiscendæ.
11. Possidere potest mulier tenutaria bona mariti duobus titulis: & si vna fuit vno, non intelligitur renunciasse se inri tenute.
- Renunciatio non præsumitur, cum sit donatio.
12. Mulier tenutaria potest possidere bona mariti virtute Constitutionis, & alio titulo petere actualè, & realem possessionem.

13. Possessionem realem, & actualè potest petere heres, in quem virtute statuti translata fuit possessio civilis, & naturalis.
14. Possessio, quæ transfertur in viduam, vel filium heredem virtute Constitutionis, similis est, leg. 45. Tauri Castellæ.
15. Lex quod inducit in alicuius favorem, non debet in eius damnum retorqueri.
16. Naturalis, & civilis possessio frustranea est sine reali, & actuali.
17. Possidere eandem rem possumus ex pluribus causis probatur, ex text. in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquirend. possel.
18. Possidendi, qui plures causas habet, si inter se sine compatibles ex omnibus, si verò incompatibiles, ex pinguiorè retinere dicitur.
19. Possessionis nova apprehensio, quam facio, intelligitur animo corroborandæ primam, & non renunciandæ primæ causæ possessionis.
20. Possessio acquiri, & conservari potest ex pluribus titulis.
21. Possessionis immisionem potest heres petere tantum, vel manutentionem. Et immisionem simul, diversis respectibus, stante statuto de continuandæ possessione defuncti in heredem.
22. Filius heres matris, in quem translata est possessio Constitutionis, potest petere actualè, & simul immisionem tanquam successor maioratus, nam hi duo tituli compatibles sunt.
24. Verba sunt ponderanda in mandato ad capiendam possessionem actualè, & corporalem, quæ præsupponunt civilem fuisse penes Ducissam.
25. Mandatum ad capiendam possessionem, non excludit possessionem præcedentem; nec intelligitur esse renunciatam.
26. Interpretatio sumenda est, quæ non excludat possessionem iam acquisitã.
27. Possessionis translata virtute Constitutionum nemo præsumitur se habere pro spoliato.

28. Qui allegat probare debet.
 29. Et quidem concludenter.
 30. Et quod habuerit animum verum amittendi possessionem.
 Taciturnitas non nocet in ipsa electione, nisi appareant actus positi vi voluntatis amittendi.
 31. Possessionem amittendi animus non presumitur.
 32. Mentem, & animum perscrutari difficilimum est, cum sit latens in corde.
 33. Solus Deus cognitor est absconditorum.
 34. Possessionem civilem retinere an quis intendat, pendet ab eius animo, in quo ipsa possessio civilis consistit.
 35. Per testes probari non potest, an quis animum amittendi possessionem habuerit.
 36. Possessionem claram non amittit, qui non habuit se pro spoliato, sed illam retinet, & manutenendus est.
 37. Possessionem realem, & actualem existimans esse vacantem, & dedit mandatum ad illam apprehendendam, non dicitur se spoliatum esse à naturali, & civili, ab statuto translata.
 38. Spoliatus à possessione actuali, si vult suam possessionem civilem, & naturalem tueri, potest dicere adhuc se possessorem esse, & interdictum retinendæ intentare, dicendo esse turbatum.
 39. Spoliata mulier à possessione bonorum mariti, etiam à iudice, potest intentare tenentiam, & est manutenenda, cum decisione Senatus Cathalonie.
 40. Possessionis recuperationem petens, & eius restitutionem, & reintegrationem, non sibi nocet ad petendum tenentiam.
 41. Petitio est species confessionis, & debet interpretari ad favorem confitentis, quantum minus noceat.
 42. Renunciatum iuri publico non presumitur per actus indifferentes.
 43. Exceptiones intricata, & dubia in facto & in iure opposita in iudicio summarissimo possessorio, alij iudicio sunt reservanda.
 44. Exceptio nulla in iudicio possessorio summarissimo potest admitti, quæ non est undequaque patens, & clara.
 45. Exceptiones turbida, & dubia, & altiore petentes indaginem non retardant mentionem.
 46. Possessory summarissimi interim merita sunt momentanea, & modici præiudicij.
 47. Dotis in favorem in dubio iudicandum est.
 48. Respondetur primò argumento.
 49. Respondetur secundò, & tertio.
 50. Qui dicit se spoliatum esse à possessione, intelligitur de molestis, & turbationibus de facto illatis, non de civili, quæ animo retinetur.
 51. Advocatus cavere debet à repetitione eorum, quæ iam perorata sunt, ne incidat in indignationem Imperatoris.
 52. Virum, uxorem posse à tenentia excludere, videtur
 Exponitur, l. fin. C. de pact. convnt.
 53. Maritus non potest movere actiones paraphernales sine speciali mandato, vel præstita ab eo ratihabitione.
 54. Maritus non potest excedere limites mandati ab uxore præstiti.
 55. Maritus citra mandatum potest in omnibus defendere uxorem agendo; mandato autem habito super una causa in alijs non potest.
 56. Concordantur text. in l. maricus, C. de procurat. & leg. final. C. de pact. convent.
 57. Maritus, quando uxor non habuit à principio bona, quia post contractum matrimonium illi obvennerunt, cum in his bonis nihil sit ab initio marito commissum, mandato uxoris eget.
 58. Maritus, si tanquam coniuncta persona, & legitimus administrator rerum uxoris, atque curator conjugalis agere intendat, debet facere cum cautione de rato.
 59. Maritus, quando principio bona paraphernalia ab uxore recepit, ut apud eum loco paraphernalium manerent, atque ita in dotali instrumento fuit scriptum, admittitur ad agendum absque mandato.

60. Illa traditio, & commendatio admi-
nistrationis locum habet sufficien-
tis mandati.
61. Mulier, pro contractu à marito celebra-
to eius nomine, non tenetur.
62. Procuratoris confessio non potest nocere
domino magis, quam confessio ip-
sius domini.
63. Verba secundum verisimilitudinem
sunt intelligenda, quando de mente
non constat.
64. Verba ad incognita non extenduntur.
65. Verba Procuratoris sunt restringenda,
quatenus minus nocent domino.
66. Et restringuntur adabilia.
67. Verba generalia Procuratoris restrin-
guntur ad verbum speciale adiunctum.
68. Procurator non potest rem præiudicia-
lem domino confiteri, nec animum
sui principalis in ordine ad possessio-
nem declarare, absque speciali, & in-
dividuo mandato.
69. Confessio, à Procuratore facta sine spe-
ciali mandato, non præiudicat prin-
cipali.
70. Ratificatio non præsumitur ex profe-
sione litis iam capta per Procurato-
rem in præiudicialibus.
Possessionis civilis in dimissione re-
quiritur specialis, & individua sci-
entia præiudicij, aliis ad ea non exten-
ditur ratificatio.
71. Possessionis civilis retentio, vel di-
missio, cuius respectu competit ma-
nucentio, consistit in animo principa-
lis, quem non potest declarare Procuro-
rator sine speciali mandato.
72. Procuratoris confessio potest revocari
per principalem, etiam non docto de
errare.
73. Ratificatio non extenditur ad ea, quæ
requirunt specialem, & individuan
scientiam præiudicij.
74. Mandatum Generale, etiam cum libe-
ra, non sufficit, ubi umque speciali-
ter agitur de hijs, quæ ad favorem
domini nullatenus tendunt, sed in-
merum ad versarij favorem.
75. Actiones confunduntur, quando iure
creditoris, & debitoris, concurrunt in
eadem persona.
76. Mulier heres Mariti non habet tenu-
tam contra bona mariti pro sua dote,
& sponsalicio.
77. Tenuram non habet filius primi ma-
trimonij, quamvis sit heres matris,
si est simul heres, aut donatarius Pa-
tris.
78. Confessio Procuratoris nocet domino,
quando eius nomine peti vit redditi-
onem rationum suæ administrationis
ab Administratore.
79. Procurator ad lites sine speciali man-
dato an possit addere hereditatem,
vel confiteri se pro herede, & cum
hac confessione præiudicium domino
asserere negativa sententia probatur.
80. Filitio heredi Patris, per additionem
hereditatis, non confunduntur actio-
nes, nec tollitur remedium tenute
Constitutionum.
81. Tenuta, ut possit denegari filio heredi
per confusionem actionum, requiri-
tur, quod bona Patris sint in eius po-
testate.
82. Et est ratio, quia filius heres potest ve-
dere bona, ut sibi satisfiat.
83. Tenuta, qua negatur mulieri instituta
heredi à viro suo, & aduenti simpli-
citer hereditatem, est composita, fa-
ciendi fructus suos: non simplex,
num. 84.
85. Mulier, quæ fecit inventarium, vel
cum beneficio inventarij addidit he-
reditatem viri, est præservata à con-
fusione actionum.
86. Inventaria duo possunt concurrere in
muliere herede instituta à viro suo.
87. Mulieri impeditæ conficiendi inven-
tarium non currit tempus, nec tene-
tur conficere durante impedimento.
88. Impedito tempus non currit.
89. Mulier quando dicatur impedita ad
conficiendum inventarium.
90. Mulier, quæ accepit invellam filiorum,
amittit tenutam, & equiparatur
mulieri heredi instituta à viro suos
& tantum amittit tenutam composita
faciendi fructus suos, non vero
simplicem.
91. Mulieri conceditur tenuta in bonis vi-
ri.

vi, etiam si sit eius heres, vel tatrix filiorum, & redditur ratio.

92. Confusio actionum, quæ sit additione hereditatis, procedit quo ad actionem, sed non quoad retentionem, licet confectum non sit inventarium.
93. Confusio actionum locum habet in actionibus personalibus, sed non in actione hypothecaria dotis, in qua singulari privilegio non admittitur.
94. Respondetur quatuor argumentis in contrarium adductis.
95. Respondetur alijs doctrinis in contrarium adductis.
96. Objicitur Osasc. doctrina.
97. Confessio Procuratoris domino non nocet, præsertim cum ea facta fuerit per modum voluntariæ iurisdictionis.
98. Procurator, qui habet speciale mandatum ad confitendum, domino nocet, secus si sit generale.
99. Procurator, qui confitetur per modum contentiosæ iurisdictionis nocet Domino confitendo, etiam si speciale mandatum non habeat; secus verò si per modum voluntariæ iurisdictionis, & quando dicatur confiteri per modum voluntariæ iurisdictionis, & 100. & 101.

DISCURSUS X.

De confessione Domini, vel Procuratoris.

AN VIDVA, SEV EIVS
filius heres videatur renunciasse tenetæ Constitutionis Hac nostra, & final, tit. solut. matrim. ex eo, quòd concesserit mandatum suo procuratori ad petendam, accipiendam, & apprehendendam possessionem corporalem, reale, & actualem, vel quasi, Ducatus Cardonæ. Et Procuratores, qui sine speciali mandato, ac individuo aliqua

egerunt, potuerint illi præiudicium afferre.

SEnatus † in sua Regia Provisione num. 15. sic dixit: Sextò, quicquid sit an instrumento mandati per admodum Illustris Domnum Ioannem Franciscum Thomam, & Raymundum Folch de Cardona, & de Aragon, olim Fernandez de Cordova, & de la Cerda, & Domnam Catharinam Antoniam Folch de Cardona, & de Aragon, olim Fernandez de Cordova Ducis Sugurbi, Lermæ, & de Alcalá, concessi expectabili Domino Gabrieli de Llupia, gerentis Vices Generalis Gubernatoris Cathalonie ad petendam, accipiendam, & apprehendendam possessionem corporalem, reale, & actualem, seu quasi Ducatus Cardonæ, &c. uti filiam dictam admodum Illustris Ducisam Domnam Catharinam Antoniam dicti admodum Illust. Duc. Dom. Ludovici, & dictæ admodum Illust. Ducissæ D. Mariæ, in quo continentur hæc verba. Y por a ver muerto el señor Duque Don Joachim mi hermano, y ser yo la hija mayor de los Excelentissimos señores Duques, y la inmediata, y llamada a los dichos Estados, y en señal de a ver tomado la posesion, hagan, y exerçan todos los actos, que denotan, y muestran la aprehension, de posesion, reciviendo los juramentos, y homenages, assi a los Sindicos de las Universidades de dichos Estados, como de los particulares de ellos, y de los Bailes, Consules, Jurados, Padres, y otras personas, que los de vâ dar, prestar, y hazer, absolviendo, si serâ menester, los que le hizieron, y prestaron a dicho señor Duque Don Joachim nuestro hermano. Et in epistola per dictum admodum Illust. Ducem Sugurbi scriptam Consulibus, Consilio, & Syndicis Castrorum Villæ Cardonæ 11. Martij 1670. in qua leguntur hæc verba: Consules, Concejo, y Syndicos de nuestra Villa de Cardona: A viendo Dios servidose de llevar para si el Duque mi señor de Cardona Don Joachim mi hermano, me ha parecido a visaros de ello, y de a ver sucedido por mi muger en esse Estado de tan gran apre-

aprecio, y estimacion; y para tomar posesion de el hemos dado poder à Don Gabriel de Lluçian, &c.

Et in supplicatione corâ nobili Petro, Ægidio del Faro Iudici Regiæ Curia Villæ Matriti, per Hieronymû Ruiz Samaniego Procuratorem dictorum admodum Illustrum Ducum de Alcalà, & Lerma D. Ioannis Francisci Thomæ, & D. Catharinæ Antonia cōiugum oblata 12. Martij 1670. in qua leguntur hæc verba.

Digo, que al derecho de sus Excelencias con viene dar, y que se reciba informacion de testigos de que el Miercoles que se contaron cinco dias de este presente mes, y año, murió naturalmente à las tres de la tarde el Excelentissimo señor Don Ioachim Raymundo Folch de Cardona, y Aragon Duque de Lerma, y Segorbe de edad de poco mas de tres años, poco mas, ò menos, y de que por su muerte sucediò, en los dichos Ducados de Cardona, y Segorbe, y en los Marquesados, Condados, Baronias, Señorios, Ciudades, Villas, y Lugares, Vasallos feudos, y rentas, de todo genero de bienes, y Estados, que por Mayorazgo tubo, y poseyò, y dexò el dicho Excelentissimo señor Duque D. Ioachim, y la dicha Excel. señora Duquesa Doña Catalina Antonia, por no aver dexado el dicho Excelentissimo señor Duque Don Ioachim descendiente alguno; ni ningun hermano, ni hijo, ni descendiente de hermano varon, y ser la dicha Excelentissima señora Duquesa Doña Catalina Antonia, su hermana mayor, hija legitima primogenita del Excelentissimo señor Don Luis Raymundo Folch de Cardona y Aragon, Duque que fue de Cardona, y Segorbe, padre, y predecessor del dicho señor Duque Don Ioachim, &c.

An confessi fuerint dicti admodum Illustr. Duces Don Ioanes Franciscus Thomas, & D. Catharina Antonia post mortem dicti admodum Illustr. Ducis Domni Ludovici possessorem dictorum Statuum admodum Illustrum Ducem Domnum Ioachimum dictæ admodum Illustris Ducissæ D. Catharina Antonia fratrem: ita ut dicta admodum Illustr. Ducissa Domna Catharina Antonia se ipsam exclusere à tenuta, & posses-

sione dictorum Statuum, casu quo illi competierit.

Et quidquid septimò sit, an ex quo d. admodum Illustr. Ducissa D. Catharina Antonia per mediam personam sui Procuratoris ad lites supplicationibus in Regia Audientia pro exigendis computis à Thesaurarijs coram Magnifico, &c. Confessa fuit se heredem, & successorem esse hereditatis, & bonorum dicti admodum Illustr. Ducis Domni Ludovici eius patris, visa sit renunciare tenuta, si qua illi competebat.

Hinc † quatuor veniunt exagitantæ quæstiones, que hucusque non fuerunt satis exploratæ, & Iudices valdè torquebant.

§. 1. An per dictum mandatum concessum, pro apprehendenda Reali, corporali, & actuali possessione, confessi fuerint prædicti Duces, D. Ioachimû fratrem suum fuisse possessorem Status Cardonæ, & se exclusere à tenuta?

§. 2. An per Epistolam, quam Dux scripsit Consilio Villæ Cardonæ, videatur suam uxorem à tenuta exclusisse?

§. 3. An per libellum oblatum in iudicio Matriti à Procuratore Ducû, videatur etiam Duces à tenuta esse exclusos?

§. 4. An per libellum oblatum in Regio Consilio Cathalonæ à Procuratore Ducissæ, in quo confessus fuit Ducissam esse sui patris heredem, videatur tentam esse renunciatam?

§. I.

AN VIDVA, SEV EIVS filius heres videatur renunciasse tenuta & Constitutionis, ex eo quod concesserit mandatû suo Procuratori pro apprehendenda reali, actuali, & corporali possessione, vel quasi bonorum mariti?

PRO parte affirmativa, † quod videatur renunciasse tenuta, confess-

saque fuerit alterum possessorem bonorum Status, & se à tenuta exclusit, faciunt sequentia. Primò, nam Ducissa in dicto mandato clarè confitetur Ducem D. Ioachimum fratrem suum fuisse Ducatus possessorem; sed quando quis confitetur alium esse possessorem, confitetur etiam se non possidere, & alterius possessionem approbare, vt tenent Ludovis. *decis. 200. vbi Beltrant. eius addic. qui plures refert Rot. decis. Burat. decis. 100. num. 19. & decis. 270. num. 1. & 2. & decis. 720. à num. 1. & decis. 730. à nu. 1. Duran. decis. 21. à nu. 3. Rot. Rom: decis. 365. à num. 1. & decis. 419. num. 1. part. 9. recent. tom. 2.* Ergo iam renunciavit tenetæ, siquæ illi competeat, & se ab illa exclusit.

4. Secundò: † Duo in solidum eandem rem possidere non possunt, & hoc est impossibile in factò, & in iure, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquiren. possess. l. si vt certi, §. si duobus vehiculum, ff. commod. Valenz. Velaz. *cons. 177. n. 79. Grat. discept. forens. cap. 700. num. 47. tom. 4. Argel. de acquiren. possess. quæst. 13. art. 8. num. 7. Capic. Latro consult. 113. num. 14.* Ergo confitendo alterum possessorem, confitetur se non possidere, nam vnus admisso est alterius exclusio.

5. Tertio: † mandatum fuit datum ad petendam possessionem: sed qui petere possessionem confitetur sine possessione existere, Posth. *de manuten. obseruat. 57. num. 34. & post tract. Rot. decis. 119. n. 3. Burat. decis. 160. num. 1. & ibi, Ferrentil. num. 18. & decis. 306. num. 1. & Addic. num. 10.* † Et petens immitti in possessionem, supponit eam non habere, Posth. *dict. obseruat. 57. à num. 71. & decis. 329. num. 6. Rota decis. 174. num. 5. & 7. part. 4. diuers. seu in no viter no vis. Farinac. decis. 402. num. 8. & decis. 458. nu. 2.* Ergo ex sua confessione non potest petere manutentionem possessionis, quam non habet.

7. Quarto: † Ducissa confessa fuit fratrem suum possedisse: ergo iam confessa fuit se à possessione fuisse spoliatam; sed qui confitetur se esse spoliatum nõ

potest interdictum *interim* intentare; quin potius spoliator est manutenendus, vt docet Fontanel. *de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 7. & 8.* Ergo Ducissa non potest tenetam, nec remedium *interim* intentare.

Sed his minimè obstantibus † contrarium proculdubiò est tenendum, scilicet, quod Ducissa, nec renunciaverit beneficio tenetæ per dictum mandatum Procuratoribus datum, nec se ipsam ab illa exclusit: quod ex sequentibus probatur. Primò: nam dicitur iura in Ducissa concurrentia debent considerari: primum Constitutionis *Hac nostra, & final tit. dissolto matrimonio*, sibi competens pro dote, & arrhis suæ matris vti eius filia, & heres: Secundum, tanquam primogenita, quæ per obitum sui fratris successerat in maioratu primo institutori, quando casus occurreret, quo bona maioratus essent vacantia, & non à se ipsa, vt tenentaria possessa: quod fortè posset accidere, in casu, quo solverentur illi dos, & arrhæ, pro quibus bona maioratus possidebat, virtute dictarum Constitutionum. Et mandatum Procuratoribus concessum istos duos casus respiciebat; & licet tanquam tenentaria Constitutionum non egeret possessione civili, & naturali; quia iam in eam fuerunt translata, ipso iure, ab instanti mortis eius patris: Sed quia actualement, & corporalem possessionem bonorum maioratus non habebat; idè mandavit suis Procuratoribus, vt istam realem, corporalem, & actualement possessionem apprehenderent; & magna providentia, quasi omni scientia fulcita, non dixit, Procuratores petere possessionem civilem, & naturalem (quod valdè animadvertendum est) sed petere, & apprehendere realem, & actualement: † Quod non est prohibitum viduæ, sed potius illi permissum, vt eleganter docet Fontanel. *de pact. claus. 7. glos. 3. parte 10. num. 2. ibi: In primis potest mulier intentare remedium adipiscendæ possessionis in hunc sensum, vt quæ est vera posses-*

92 *sedatrix civilis, & naturalis in vim Cōstitutionis, efficiatur realis, & actualis, & ut actualis, atque corporea illa detentatio, qua est apud illum, cum quo contenditur, sibi adiciatur, per qua tollitur obiectum, quod fieri posset, dicendo, quod cum mulier verè, atque naturaliter, & civiliter possideat, nō videtur deficere ei aliquid ad quod sit necessarium, interdictum adipiscendæ proponere: deficit enim mulieri actualis, & realis, atque corporea illa detentatio, qua*

10 *apud alium existit, non secus t̄ atqui dicimus de eo in quem in vim clausule constituti possessio translata est, quamvis enim ipse verè possideat, non fictè, & tam naturaliter, quam civiliter, pro ut pluribus probat in primo tomo claus. 4. glos. 27. per tot. quibus adde Molin. ubi inferius citabitur: probat tamen interdictum adipiscendæ pro consequenda reali, seu actuali tenuta, atque detentatione proponere, hactenus Fontan. Ex quibus verbis satis canonizata manent verba prædicti mandati ad apprehendendam realem, & actualem, seu corporalem tenutam, atque detentationem, quam Constitutio transferre nō potuit, nec per illam se ipsam præiudicavit, tenutamvè renuntiavit.*

11 *Secundò, compatibile t̄ est enim, quod Ducissa virtute constitutionum bona maioratus civiliter, ac naturaliter, possideret, ipsaque ex titulo successionis maioratus etiam possideret ut tenet D. Hieron. de Leo. decis. 8. per tot. præcipuè nu. 12. ubi in terminis nostræ Constitutionis asserit, mulierè tenentariam duobus titulis posse bona mariti possidere; vno tanquam tenentaria virtute dictæ Constitutionis: altero virtute legati usufructus à marito relicti: & ex eo, quod via fuerit altero duorum, non intelligitur, nec censetur renunciassè iuri tenentariæ, ibi: Neque ex quo vsa fuit dicto legato usufructus, censetur renunciassè iuri tenentariæ foralis, cuius virtute post annum luctus ob dorè non solutam fructus omnium bonorum mariti suos fecit, nemo enim presumitur remittere, atque renunciare iuri suo, cum renun-*

ciatio sit donatio, l. si quis delega verit ubi Barr. de solutionibus.

Idem t̄ tenet Fontan. claus. 7. glos. 3. 12 part. 15. num. 2. & 3. ibi: Intelligitur nisi haberet mulier alium titulum, quo posset bona retinere. & illis uti seu, veluti si, & communiter sit, relicta à viro foret usufructuaria, tunc enim non ex eo, quod soluta ei foret dos, & alia iura, haberet dimittere bona, imò posset illa retinere in vim dictæ legati. Palam enim est quod isti tituli sunt compatibles, & potest intrare unus ubi cessat alter. Ergo idem in titulis maioratus, & tenentariæ, qui tituli compatibles sunt: & quamvis possideret civiliter, & naturaliter virtute Constitutionis. Hac nostra, potuit perire aequalem, & corporalem possessionem, tanquam successor maioratus, & expedire mandatum ad apprehendendam eam, hoc duplici titulo.

Tertiò, t̄ heres, in quem virtute alicuius statuti translata fuit possessio civilis, & naturalis, potest perire possessionem realem, & actualem, Menoch. de adipisc. posses. rem. 4. à num. 338. Et idem tenet Molin. in maioratibus Hispaniæ lib. 3. cap. 13. ex num. 2. quem refert Fontan. dict. claus. 7. glos. 3. part. 10. nu. 4. t̄ ibi: Vbi loquitur in casu, l. 45. Tauri, quæ est huic nostræ similis, cū quo ad translationem, & continuationem possessionis defuncti in successorem maioratus, dispositum idem profusus, quod hæc nostra Cōstitutio ad favorem viduarum. Et quod lex inducit t̄ in alicuius favorem, non debet, in eius damnum retorqueri, l. quod favore, Cod. deleg. Disposuit Constitutio, quod civilis, & naturalis possessio transferatur ipso iure in viduam in eius favorem; ergo non debet in eius damnum retorqueri, prohibendo, quod non petat possessionem realem, & actualem; t̄ nam si istam non adipisceretur, ad quid civilis, & naturalis prodesse?

Quartò, t̄ ex eadem radice, quod potest quis ex diversis titulis comparabilibus, vel causis vnam rem possidere probat text. expressus in l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. posses. s. ibi: Ex pluribus

Causis possidere eandem rem possumus, ut quidam putant, & eum qui usu ceperit, & pro emptore, & pro suo possidere. Sic enim, & si ei, qui pro emptore possidebat, heres sim, eandem rem, & pro emptore, & pro herede possideo, Otthobon. decis. 168. num. 5.

- 18 ibi: † Ita ut si plures causæ possidendi sint inter se compatibles ex omnibus; si verò incompatibiles, ex pinguiori retenta dicatur. melius Cancer. variar. part. 3. cap. 3. num. 295. ibi: Vbi refert, Rotam tenere, habentem duas gratias pro beneficio habendo, si utendo secunda, succubat, posse uti prima, quia istæ gratiæ non sunt contrariæ, sed diversa tendentes ad eundem finem, & effectum: ita etiam sensisse visus est, Iacob. de Aretin. in l. 3. §. si ex pluribus, ff. de acquiren. posses. vbi dicit: † Per novam apprehensionem, quam facio, animo corroborandi possessionem, quam habeo, non censeri renunciari primæ causæ possessionis: neque dicit obstare d. l. si quis ante, quia ibi colligebatur me velle renunciare primæ causæ possessionis, cum secunda causa esset contraria primæ. Idem tenet d. part. 3. cap. 21. num. 229. & Cassan. conf. 9. nu. 70. Ant. Gom. in l. 45. Taur. num. 97. Rot. Rom. penès Rube. decis. 253. num. 6. part. 4. tom. 1. Alexan. Ludovis. decis. 493. num. 2. eius Addit. Beltram. decis. 546. num. 15. Font. decis. 87. num. 14. Merlin. controver. lib. 1. cap. 79. num. 14. & cap. 85. num. 15. Gizzarel. decis. 45. num. 7. Leon. decis. 8. lib. 1. num. 10. Qui omnes hanc conclusionem tenent: † possessio acquiri, & conservari potest ex pluribus titulis, iuxta dispositionem text. in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquiren. posses.

- 19 De statuto † continuativo possessionis de defuncto in heredem, mirificè Posth. de manut. observat. 57. num. 76. ibi: Signanter stante statuto, de continuanda possessione defuncti in heredem, potest heres illius vigore petere manutentionem tantum, vel immisionem tantum, vel manutentionem, & immisionem simul, nimirum manutentionem, respectu civilis, & immisionem, respectu actualis, naturalis, & plenæ possessionis, Honded. conf. 18. num. 15. & sequent. lib. 2.

Finis, † quem Ducissa habebat, est apprehendere possessionem realem, actualem, & corporalem Ducatus Cardonæ ex duobus titulis compatilibus: vnus virtute Constitutionum Principatus, quæ licet ipso iure in illam transtulissent possessionem civilem, & naturalem ab instanti mortis sui patris pro dote, & arrhis suæ matris, nihilominus illi deficiebat corporalis, & actualis; semelque a depta ista actuali possessione, corroborando se in illa, rursus ipsam petere tanquam successor indubitata in dicto maioratu: qui duo tituli inter se compatibles sunt, quia ad eundem finem, & effectum habent respectum, hoc est, ad acquirendam realem, actualem, & corporalem possessionem, ut tenent Posth. observ. 72. n. 6. 7. & 8. & post tractatum, decis. 119. n. 4.

Et hoc est, quod Duces facere voluerunt in prædicto mandato; nam cum virtute Constitutionis Hæc nostra translata esset possessio civilis, & naturalis, ut sæpè diximus, & tenet Fontanel. de pact. claus. 7. glos. 3. part. 3. à num. 2. ad 6. Et eadem possessio civilis, & naturalis, ipso iure, etiam esset translata in Ducissam, ex eo quod bona sint maioratus dignitatis Regalis ad similitudinem, l. 45. Tauri Castellæ, quæ etiam viget in maioratibus Cathalonix, ut infra probabo. lib. 3. discurs. 3. sed quia illi deficiebat realis, & actualis, idè in dicto mandato dixerunt, ibi: Para que por Nos, y en nuestro nombre pidan, tomen, alcancen, y aprehendan la posesion real, corporal, actual, vel quasi de los Castillos, Villas, &c. Vbi † ponderanda sunt illa verba, real, corporal, y actual, quæ præsupponunt civilem, & naturalem penès Ducissam fuisse, ut dixit expressè Cæsar de Grat. decis. 5. num. 5. de restitut. spoliat. ibi: Et ponderanda sunt verba dicti mandati ad capiendam possessionem actualem, & corporalem, quæ præsupponunt civilem fuisse, penès dictum Franciscum, idem tenet Posth. observ. 59. nu. 76. Burato decis. 623. ex nu. 5. qui omnes tenent, † quod per mandatum ad

26 capiendam possessionem non excluditur, nec renunciatur possessio præcedens. † Et est ratio, quia est sumenda interpretatio, quæ non excludat possessionem iam adquisitam, ut tenet Burato d. decis. 623, num. 7. & 8.

27 Quintò probatur, † Ducissa nunquã se habuit pro spoliata possessionis translata virtute Constitutionum, nec constat se dixisse spoliatam, & in dubio nõ præsumitur: † Et qui allegat, probare debet Posth. observ. 57. num. 56. ibi: Sed ab alleganti probari debet, & quidem concludenter: † Et quod habuerit animum verum amittendi possessionem: † Nec nocet taciturnitas in ipsa electione, nisi appareat actus positivi. Ex quo probatur, non benè velle præsumi animum Ducissæ amittendi possessionem, quæ in ea fuerat translata virtute Constitutionum: cum abesset ab hac Civitate per 260. leucas, & iuxta istam doctrinam non ei noceret taciturnitas, etiam si adesset in ipsa electione in hac Civitate.

31 Sextò, † animus amittendi possessionem non præsumitur, ut tenet Posth. observ. 57. num. 54. qui dicit: † Mentem, & animum perscrutari, difficilimum est, cum sit quid latens in corde, & † solus Deus 32 cognitor sit absconditorum. † Et an quis intendat possessionem civilem retinere, pendet ab eius animo; in quo ipsa possessio civilis consistit, sine quo non admittitur: taliter, † ut per testes probari nequeat: † Et non 35 amittit possessionem clavam, qui non habuit se pro spoliato, sed illam retinet, & est manutenendus. Hæc omnia refert, ex num. 41. ad 56. Ergo malè coniecturatur animus Ducissæ, asserendo se ipsam à tenuta exclusisse, confitendo suum fratrem possessorem, quod non fuit confessus, & concedendo mandatum ad apprehendam possessionem actualem, realem, & corporalem, quod mandare sine damno potuit.

37 Probatur † ulterius: nunquam Ducissa falsa fuit se à possessione esse spoliatam; quin potius iustè existimavit actualem, & realem esse vacantem: & ad illam apprehendam dedit man-

datum; & semper affirmavit, se possidere, sequens doctrinam Fontanel. de pact. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 5. ibi: Id intelligitur si mallic se spoliatum dicere, quam possiorem: † Nam si mallic suam tueri possessionem, & se dicere adhuc possessorem, nõ 38 est prohibendus, & potest interdictum retinenda intentare. Idem tenet. claus. 4. glos. 18. part. 4. num. 10.

Et dato, † sed non concessio, quod 39 confiteretur spolium realis, & actualis possessionis bonorum mariti, nihilominus mulier eiusvè filius heres potest intentare tenutam, etiam si à Iudice esset spoliata, ut accidit in vidua, quæ fuit spoliata in Curia Vicarij Barcinonæ, & decisa causa in Senatu in causa vertente inter Magdalenam Iordana, & Iacobum Taberna, die 20. Octobris anni 1592. Relat. Antonio Oliva, ibi: Constat plures annos, & possessionem dictorum bonorum dicti vivi sui continuasse. Constat præterea Iacobum Taberna, & Hieronymam eius coniugem filiamque dicti Ioannes Iordana junioris ex primo matrimonio intrasse, & ingressos fuisse possessionem hereditatis, & bonorum dicti Ioannis Iordana per dictam Magdalenam possessorum, & hodie ea possidere vigore adiudicationis facte in Curia Vicarij Barcinonæ, &c. Et tandem concessa fuit manutentio prædictæ viduæ, ut constat ex decis. quam refert Fontanel. claus. 7. glos. 3. part. 10. nu. 94. quamvis illam non transcripserit; sed ego in Archivo Regio vidi conclusionem, de qua prædicta verba sumpsi: Ergo quamvis vidua sit spoliata ab actuali possessione, & confiteatur spoliatam esse, nihilominus intentare potest tenutam, seu manutentionem, & est ei concedenda.

Probatur octavò, † etiam si Ducissa in mandato expressè dixisset, quod 40 Procurator poteret recuperationem possessionis, eiusque restitutionem, & reintegrationem, adhuc ei non noceret, quia in dubio non videtur dimisisse possessionem civilem, sed egisse pro recuperatione solius naturalis; ut his verbis tenet Posth. dict. observ. 57. num. 88. &

num. 90. ibi : *Quia petitio reintegracionis æquæ voca debet referri ad solam possessionem naturalem, non autem ad civilem: Et*

41 *in num. 92. reddit rationem: † quia cum petitio sit species confessionis, debet interpretari ad favorem confitentis, ut scilicet*

42 *quanto minus illi præiudicet: † nec renunciatum iuri publico præsumitur per actus indifferentes.*

43 *Denique † hæc omnes exceptiones sunt intricatæ, quæ in facto, & in iure sunt dubiæ, & altiore perunt indaginem, & alij iudicio debent remitti, ut supra discurs. 3. per totum, latè probavimus, & tenet Salgad. de reg. protect. part. 2. cap. 18. nu. 62. Castillo contro vers. lib. 3. cap. 24. num. 94. & 95. Rot. Rom. decis. 94. num. 41. part. 7. apud Rub. ibi:*

44 *† Nulla exceptio admittenda est in iudicio possessorio summarissima, dum non est undequaque patens, & clara, ita ut nihil possit opponi, & in decis. 188. num. 9. & decis. 356. part. 7. num. 1. & 2. dixit: † Ex-*

45 *ceptiones, quando sunt turbidæ, ac dubiæ ac altiore indaginem requirunt, non possunt retardare mantentionem. Et Regia Provisio huius Senatus in præsentia causa die 28. Septemb. anni 1677. refer. Nob.*

46 *D. Michaelis de Cortiada, sic dixit: † Et de iure merita interdicti summarissimi interim, de quo in hac causa tractatur, sunt momentanea, & modici præiudicij, etiam quando de eo agitur in vim Constitutionum Hac nostra, & finalis, sit. disol. lo. matrim. Et idem dixit Fontan. d. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 76.*

47 *Et cum in hoc iudicio agatur de re nuda, quæ competit pro dote, † etiam in dubio iudicandum est in favorem dotis, Afflic. decis. 199. incipi. vxor habens, Ollasc. decis. 135. num. 12.*

48 *Ad argumenta in contrarium adducta, † sic respondeo: non obstat primum, nam in mandato Ducissæ non fuit facta, D. Ioachimû fuisse possessorem; sed tantum dixit, per eius obitum ipsam tanquam primogenitam in Ducatu successisse. Et quamvis confiteretur, quod possedisset, actualiter, & corporaliter, quod negatur, non exinde*

confessa fuit naturalem, & civile possessionem à Constitutionibus in ipsam translatam, obtinuisse, & sic nihil sibi nocuit, ut supra probavimus.

Ad secundum respondetur, † negando antecedens: nam possibile est, quod unus naturaliter, & civiliter re possideat; & alter corporaliter detinet: & tunc non dicitur possessionem civilem, & naturalem amisisse, qui dixit ad verlarium corporalem detentare, ut supra etiam probatum manet. Et idem respondetur tertio argumento.

Ad quartum † verò delumptum ex doctrina Font. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 7. & 8. respondeo cum ipso Fontanel. se melius explicantem ibi num. 52. qui sic dicit: *Secundum hoc cavere debet ista mulier, quæ vult intentare istud interdictum, ne dicat, & fateatur se spoliatam, quia non posset ei dari mantentio, quam vis vellet interpretari quoad naturalem possessionem ab alio occupatam se voluisse dicere spoliatam fuisse, non quoad civilem, quam semper retinuit, cuius respectu est ei danda mantentio iuxta decis. Rotæ Romæ. apud Puseum 419. lib. 2. quæ est innotissimis 409. Quia ut ait eadem Rotæ innotissimè in decis. 704. in recollect. per Farinac. vol. penult. Rotæ non admittit simpliciter illam decisionem, sed quando ex circumstantiis facti apparet, quod qui dixit se spoliatum de perturbationibus, & molestationibus de facto illatis intellexit & quod animo retinuit civilem. Et non constat, nec constare potest, Ducissam unquam dixisse se spoliatam esse: quim potius in omnibus suis schedulis dixit, se turbari, & de facto molestari, & retinere naturalem, & civilem possessionem animo; sequens in omnibus doctrinam Fontanel, & ita nihil obstant in contrarium deducta.*

Alia plura † possem referre circa hanc præsumptam reuinciationem, quæ sine fundamento opponuntur, quæ sunt dicta in discurs. 4. & illa omitto ne incidam in indignationem Imperatoris Iustiniani, qui tædio habens repetitionem Advocatorum, sic eleganter dixit

in l. ampliore, §. in refutatorijs, C. de appell. ibi: *Caueant, tam litigatores, quam libellorum dictatores verbosis uti assertionibus, & ea, quæ iam perorata sunt, iterum resuscitare: scituri quòd si hoc fuerit prætermissum, non decribit aduersus libellorum conditores amplissimi iudicij competens indignatio. Et ideo illic me remito.*

§. II.

*AN PER EPISTOLAM,
quam Dux scripsit Consilio Villa
Cardonæ, videatur suam
uxorem à tenuta
exclusisse.*

52 **P**RO parte affirmativa, † quod vir potuerit suam uxorem à tenuta excludere, eique præiudicare facit *text. in l. finali, Cod. de pact. conuent. vbi fuit dubitatum: vtrum maritus, posset movere actiones paraphernales, siue directas, siue vtilis, & in quem eventum dandæ sint marito actiones; & sic respondet Imperator: Sancimus itaque, si quid tale euenit: actiones quidem omnimodò apud uxorem manere, licentiam autem marito dari easdem actiones movere apud competentes Iudices, nulla ratihabitione ab eo exigenda. Ecce vbi Imperator decrevit, maritum posse easdem actiones movere in bonis paraphernalibus, quas mulier: Ergo maritus in hoc Ducatu, qui inter bona paraphernalia vxoris connumeratur, potuit movere easdem actiones, quæ vxori competebant, illique præiudicare, nulla ratihabitione ab ea obtenta.*

53 **S**ed verius est † maritum in nostro casu movere actiones paraphernales sine speciale mandato non potuisse, vel præstita ab eo ratihabitione; †
54 & quia mandatum ab ipsa suscepit, & in eo non dixit Ducissa, quod illam confessionem talem qualem fecisset Consulibus; non potuit cum illa ipso

præiudicare, *text. expressus in l. maritus 21. Cod. de procurat. ibi: Sin autem mandatum suscepit, licet maritus sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit. Sed sic est, quod maritus suscepit mandatum ad petenda ista bona paraphernalia, & in eo non dixit Ducissa, quòd posset facere prædictam confessionem: Ergo licet maritus sit, id solum exequi debet quod in mandato præscripserit. Ita confirmat glos. verbo solemnni, ibi: † Quare citra mandatum potest in omnibus defendere agendo; mandato autem habito super vno, in alijs non: quia in primo non præiudicat mulieri, in secundo sic. Itaque, aut consideramus epistolam scriptam cum mandato vxoris, vel sine illo; si fuit virtute mandati non potuit mulieri præiudicare, quia non erat contentum in mandato, & solum exequi potuit, quòd procuratio emissa præscripserit: si scripsit sine mandato tanquam maritus, non præiudicavit mulieri: ergo nullo modo.*

– In hac controversia † invicem pugnare videtur *text. in d. l. maritus, Cod. de procurat. & l. fin. Cod. de pact. conuent. in prima enim non aliter admittitur maritus ad agendum pro vxore, præterquam cum cautione de rato, ibi: Cum solemnni satisfactione: in secunda vero, imò sine cautione illum admittendum fore conceditur, ibi: Nulla ratihabitione ab eo exigenda, ad quorum text. conciliationem, & nostri casus applicationem debemus supponere, quod bona Status Cardonæ non habuit vxor à principio, quia ex post illi obvenrunt, † & in hoc casu cum in his bonis nihil sit ab initio marito commissum, mandato vxoris eget: † & si tanquam coniuncta persona, & legitimus administrator rerum vxoris, atque curator conjugalis epistolam scripsit, debuit facere cum cautione de rato: & cum vxor ratum non haberet, nec maritus cautionem de rato non peribuerit, mulieri non potuit præiudicare: & in his terminis est intelligenda d. l. marit*

59 *ius*: † quando autem vxor marito à principio dedit bona paraphernalia, vt apud eum loco paraphernorum manerent, atque ita in dotali instrumento scriptum erat, in his admittitur maritus ad agendum absque alio mandato: † illa enim traditio, & commendatio administrationis, locum proculdubio habet satis sufficientis mandati, & in his terminis loquitur *d.l. finalis*, ibi: *Si mulier marito suo nomine, id est fanera & ritias cautiones, quæ extra dotem sunt dedit, vt loco paraphernorum apud maritum maneat, & hoc dotali instrumento fuerit adscriptum: ita conciliat, & intelligit has duas leges Fontan. de pact. 2. tom. claus. 6 glos. 2. part. 7. num. 55.* ex quibus clarè deducitur, quòd cum bona maioratus sint paraphernalia, quæ à principio vxor non habuit, & ex post illi obvenerunt, nihil maritus potuit agere sine expresso mandato vxoris, licet sit maritus; & cum scripserit sine isto mandato, & sine cautione de rato, nihil potuit mulieri præiudicare talis epistola, etiam si in ea aliquid præiudiciale confessus fuisset, quòd non fecit; nam solum verba ipsius epistolæ sunt intelligenda de reali, actuali, & corporali possessione, quæ vxori suæ deficiebat, retenta in animo, civili, & naturali à Constitutionibus in ipsam translata. Cum qua explicatione legum remanet satisfactum argumentum in contrarium adductum.

61 Alia etiam hæc pars defensione munitur, scilicet, † quia vxor pro marito conveniri non potest, etiam si maritus expresso contractu se obligaret ad cõtenta in Epistola, *l. i. C. ne vxor pro marito*, ibi: *Frustra disputas de contractibus cum marito tuo habitis, vtrumne iure steterint. an minimè: cum tibi sufficiat, si proprio nomine nullum contractum habuisti.*

(* *)
* *

§. III.

AN PER LIBELLVM in iudicio oblatum Matrini à Procuratore Ducum, videantur, Duces à tenuta esse exclusos?

62 Omnis vis † huius obiectionis consistit in confessione, quam videtur Procuratorem fecisse, loquès de Duce Dom, Ioachimo, ibi: *Y todo genero de bienes, y Estados, que por Mayoraçgo tu yo, y poseyó el dicho Excelentissimo señor Duque Don Ioachin.* Et ad elidendū istud argumentum insinuo defensionem à me supra in §. 1. allegatam, distinguendo possessionem civilem, & naturalem, quas animo Duces retinebāt, à detentatione, qua detētans turbabat eos: & sicut non obstaret mulieri propria confessio, vt remanet probatum, multo minus à Procuratore facta.

63 Mens † Procuratoris, qui dicta verba protulit debet attendi; & verisimile iudicatur, mentē suā non fuisse, dominis suis præiudicare, & verba secundū verisimilitudinem sunt intelligenda, quando de mente non constat, *Card. Tusc. tom. 8. lit. V. conclus. 94.* Ioann. Mart. Navar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 1. num. 16.*

64 Certissimum † etiam videtur Procuratorem non cognovisse privilegium tenutz à Constitutionibus Cathalonie concessum, & ita eius verba ad incognita non extenduntur, *l. cum Aquiliana, ff. de transact. cap. nequit, vbi glos. vltima 12. q. 2.*

65 Dux D. Ioachimus † in Castella Ducatum de Lerma, & Marchionatum de Comares possidebat civiliter, & naturaliter virtute, *l. 45. Tauri.* & actuali, realique possessione: † Et cum Procurator de omnibus Statibus in suo libello mentionem fecisset, eius verba intelligenda sunt de possessione, quam ha-

habebat Statuum Castellæ, restringendo illa ad illos Status, quatenus minus noceant, vt tenet Craveta *conf.* 171. nu. 13. *Flamin. de resignat. l. 9. q. 17. n. 94.*

66 Et restringuntur † ad habilia, l. vt gradatim in principio, ff. de numer. & onor. l. 1. in princ. C. de Sacrosanct. Eccles. Menoch. de recup. posses. rem. 4. num. 755. & de retinem. rem. 1. num. 38. Castil. contro vers. lib. 5. part. 2. c. 89. n. 15. Grat. discept. tom. 4. cap. 724. nu. 18.

Procurator specialiter exprefsit Ducatum de Lerma in Castella constitutum: † & verba generalia ab ipso prolata restringuntur ad verbum speciale adiunctum Hieronym. Portol. de confort. & fideicom. legal. cap. 6. num. 101.

68 Vltterius mandatum, quod Procurator habebat erat ad lites tantum, † qui non potuit rem præiudicalem domino confiteri, nec animum sui principalis in ordine ad possessionem declarare abique speciali, & individuo mandato Post. de manutent. obseruat. 57. num. 46. Tondut. de præuent. lib. 3. cap. 11. nu. 8. & ita est declaratum in Regio Senatu Cathalonix, die 14. Iunij 1659. referente Xammar in lite coniugum Cœlius de Vique, actuario Cortell. †

69 Et est conclusio communiter recepta, quod confessio à Procuratore facta sine speciali, & individuo mandato non præiudicet principali, l. contra iuris, §. 1. ff. de pact. Ganaberro *conf.* 12. num. 147. post decisiones, & decis. 45. nu. 3. & 4.

70 Confirmatur vltterius, † dato, & non concesso, quod dictus Procurator individuum confessionem iudicalem fecisset, possessionem civilem, & naturalem Ducatus Cardonæ in Duce Don Ioachimo extitisse: & ad notitiam Ducissæ ista confessio venisset, & tacuisset, & litem profecuta fuisset, adhuc ex ista taciturnitate non intelligeretur, ipsam talem confessionem ratam habuisse, quia non habebat specialem, & individuum scientiam præiudicij, quod ei sequebatur, ex illa confessione, seu dimissione civilis possessionis, vt eleganter tenet Posth. de manut. dict. obseruat.

57. num. 47. ibi: Non intelligerentur omnia acta ratificata ex profecutione lites iam capta per ipsum Procuratorem, quia in præiudicialibus, qualis est dimissio possessionis civilis, requiritur specialis, & individua scientia præiudicij, aliàs ad ea non extenditur prætensa ratificatio. Mihi ficè omnia dicta probat Rota Romana apud Rubicum *decis.* 268. nu. 2. part. 4. recentio. ibi: Hac autem possessio non videbatur amissa ex eo quod Procurator Portionariorum petiisset suos principales reintegrari; nam præterquã, quod in Rot. fuit aliã contro versum, an talis petitio tâquã dubia, & equivoce possit intelligi de restitutione naturalis tantum possessionis, cessare visa fuit omnis difficultas, † 71 quia retentio, & dimissio possessionis civilis, cuius respectu competit manutentio, consistit in animo principalis, quem animum nõ potest declarare Procurator sine speciali mandato, vt alias fuit in specie discissum in causa Barcinonen. consinium 19. Decembris 1605. coram me. † Et prædicta talis qua is confessio dicti Procuratoris fuit reuocata per dictos Portionarios (sicut etiam fuit reuocata per Ducissam) quod potuit fieri, etiã non docto de errore Menoch. *conf.* 191. nu. 59. Rota *decis.* 19. de Procuratori. in nobis, Capitaq. *decis.* 198. lib. 1. Rota in Beneventana census 16. Decembris. 1594. coram bona memor. Cardin. Pamphilio, Romana pecuniaria 26 Iunij 1606. coram Reverendis. Bononiensis, & in Lunent. Sarganen. 1. Martij 1602. coram me. Quibus dictum fuit non obstare, quod Portionarij profecutione litem iam captam per dictum suum Procuratorem videantur ratificasse gesta per illum, † quia in præiudicialibus, qualis est ista dimissio possessionis civilis requiritur specialis, & individua scientia præiudicij, aliàs ad ea non extenditur prætensa ratificatio, glos. communiter recepta in cap. concerratione, verbo sci verit, de appellat. in 6. Alexan. *conf.* 124. num. 4. vers. Accedit, lib. 1. Nata. *conf.* 636. num. 92. Rota in Neapolit. pecunia 20. Martij 1600. coram me, Litta Bononiæ. bonorum 21. Martij 1605. coram R. P. D. Pamphilio, & in Roma. pecuniaria de Columna 11. Decembris 1615. coram me.

74 Omnia t̄ gesta à Procuratoribus, que contra Ducissam obijciuntur, ad suum damnum opponuntur, non verò ad suã utilitatem, sed ad favorem adversarij, in quo calu non sufficit mandatum generale etiam cum libera, sed speciale, & individuum requiritur, vt docet Valenç. Velaz. *cons. 78. num. 55. ibi: Vbicumque principaliter agitur de his, quæ ad favorem Domini nullatenus tendunt, sed in merum adversarij favorem, non sufficit mandatum generale etiam cum libera, sed speciale, & individuum requiritur.*

§. IV.

AN PER LIBELLVM oblatum in Regio Consilio Cathaloniz à Procuratore Ducissæ, in quo confessus fuit Ducissam esse eius patris heredem, videatur tenutam esse renunciatam?

75 PRO parte affirmativa faciunt sequentia. t̄ Primò, nam Ducissa vt heres matris præterendit exigere dotem à patre, & est creditor patris, & vt heres eius, est debitor; sed quando iura creditoris, & debitoris concurrunt in eadem persona, confunduntur actiones. *l. frater à fratre, ff. de condition. in debiti, & ibi communiter D D. l. sticum, §. aditio, ff. de solut. l. si debitori, ff. de fideius. l. debitori, C. de pact. l. 3. C. de fideicommiss.* Ergo actio hypothecaria cuius virtute, privilegioque Constitutionis competit tenuta, confusa invenitur, & non potest intentari.

76 Secundò, t̄ si mulier est heres mariti non competit ei tenuta contra bona mariti pro sua dote, & sponsalicio propter confusionem actionum, vt tenet Ferrer in 3. part. *observationum, cap. 520. Mieres super Constit. Hac nostra, nu. 125. & 126. Cancet. part. 3. cap. 2. nu. 170. Fontan. de pact. claus. 7. glos. 3. part. 7. num. 37. & 38. & num. 152. Vbi re-*

fert decisionem Senatus Cathaloniz, in qua fuit denegata tenuta per confusionem actionum, vt in presenti casu: Ergo etiam in eo est deneganda.

Tertiò, t̄ in terminis filius primi matrimonij non habet tenuram, quamvis sit heres matris, si est simul heres, aut denotarius patris: nam tunc per confusionem censetur sibi solvisse, & latifecisse in dote matris, & ideo non potest præterendere tenutam pro dote, in qua iam est sibi satisfactum, vt his verbis tenet Fontan. *d. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 97. Ergo Ducissa non potest præterendere tenutam licet sit heres matris, cum simul sit heres patris.*

Quartò, t̄ procurator Ducissæ in scheda oblata in Consilio Cathaloniz, tamquam heres eius patris petivit Thesaurarios eius patris reddere rationem suę administrationis; sed hæc confessio Procuratoris domino præiudicat, vt tenet Surd. *decis. 55. ex num. 2. & decis. 105. nu. 7. & 8. & decis. 125. nu. 6. Valençuel. cons. 78. num. 51. Rot. Rom. apud Salgad. post labyrinth. decis. 20. num. 14. ergo non potest intentare tenutam.*

Sed t̄ his minimè obstantibus contrarium proculdubio est tenendum; & ad veram huius quæstionis resolutionem inveniendam, prius est discutendum: an procurator ad lites sine speciali, & individuo mandato possit adire hereditatem, vel confiteri se pro herede, & cum hac confessione præiudicium domino afferre. In qua quæstione indubitabiliter est tenendum, Procuratorem sine speciali, & individuo mandato, hereditatem adire non posse, text. expressus in *l. per Procuratorem 90. ff. de acquirenda heredit. ibi: Per Procuratorem hereditatem acquiri nõ posse. melior text. in l. si quis mihi 25. §. Sed virum 5. ff. eodem, t̄ ibi: Sed virum generaliter, quæcumque, tibi hereditas fuerit data, an specialiter? Et magis placet (vt Gaius Causus scribit) specialiter debere mandare. Ecce textum expressum in quo deciditur non esse sufficiens mandatum generale*

le ad acquirendam quamcumque hereditatem; sed necessarium esse speciale, Posth. *variar. resolut.* 106. num. 86. & 87. Mant. *de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 2. num. 28.* Fabri. Golin. *de procurat. lib. 2. cap. 5. num. 180.* & Posth. loco citato, num. 87. loquitur in terminis Procuratoris, qui sine speciali mandato adivit hereditatem patris: ergo si non potuit Procurator adire hereditatem sine speciali mandato, nec domino præiudicare, sequitur etiam, nec per suam confessionem, illum heredem vacando, posse præiudicium afferre.

80 Sed dato, & non concessio, † quod illi posset præiudicare; & adhuc filia, esset heres patris, per aditionem hereditatis non remaneret confusæ actiones, & cum illis remedium, & privilegium tenuræ ablatum ex sequentibus.

81 Primò, † nam ad hoc ut tenura per confusionem actionum esset deneganda, requirebatur, quod bona patris libera essent in potestate filia, ut tenet Fontanel. *d. claus. 7. glos. 3. part. 7. num. 39.* ibi: *Dotis enim favore, ut prima hypothecaria actio tollatur, necesse est ut hereditas penès mulierem remaneat, alioquin remanet, & permanet prima actio, tam personalis, quam hypothecaria, & ibi plurimos refert Doctores: at in nostro casu nulla remanent bona patris libera penès filiam: ergo prima remanet actio hypothecaria, & per illam tenura absque vlla confusione actionum.*

82 Secundò, † ratio propter quam, si mulier fuerit instituta heres à viro suo, & simpliciter adivit hereditatem, cesset privilegium Constitutionis *Hac nostra*, est, quia mulier uti heres potuit vendendo bona, aut aliàs sibi factis facere, ut refert Micha. Ferrer *3 part. observat. cap. 520* cum decisiones Senatus Cathalonix, quæ in hoc motivo, & ratione ait fuisse fundatam; & idem sentit Fontan. *d. claus. 7. glos. 3. part. 7. n. 38.* & 50. Ergo mulier, vel eius filius, & heres, qui penès se non habent bona hereditatis, non amittet privilegium

tenuræ, etiam si adant simpliciter hereditatem, cum cesset ratio propter quam fuit sublata manutentio à Senatu.

Tertiò, tenura, † quæ negatur mulieri instituræ heredi à viro suo, & adveniunt simpliciter hereditatem, est composita, faciendi fructus suos, ut tenet idem Fontan. *d. num. 50.* & n. 9. in principio, ibi: *Hac dicunt isti, quæ tamen necessaria egent declaratione, aliàs nihil proficerent; quid enim commodi, & utilitatis adfert scire, quòd mulier heres non habet tenuram, nec titulo tenuræ facit fructus suos, si iam habet alium titulum merito pinguiorem? † Tenura autem simplex bonorum mariti, quæ in eam ipso iure trāsata fuit ab instanti mortis mariti virtute Constitutionis, in ea semper remanet, etiam si simpliciter hereditatem adisset & inventarium non confecisset: nam retentio bonorum semper penès eam intacta remanet, ut etiam docet dict. Fontanel. *ut supra num. 47.**

85 Quartò, † si mulier confecit inventarium, vel cum beneficio inventarij adivit hereditatem viri, remanet præservata à confusione actionum, ut in *l. fin. §. in computatione, Cod. de iure delib. randi, Cancr. 3. part. variar. cap. 2. de invent. n. 166.* Iuan. Bapt. Azin. *de execut. §. 7. cap. 60.* Avend. *de censib. cap. 95. n. 7.* & 8. Fontanel. loco proximè citato num. 42. ergo etiam si acceptasset, & adivisset hereditatem, non confundetur actio dotis.

86 Vltèrius probatur: † duo inventaria possunt concurrere in muliere herede instituta à viro suo; vnum, quod tenetur facere, ut gaudeat beneficio faciendi fructus suos virtute Constitutionis *Hac nostra*, ut in ea iubetur: alterum virtute Constitutionis Imperialis, quod tenetur facere heres, ut gaudeat eius privilegio, ne confundantur actiones: † Sed si mulier inveniat impedita inventarium conficiendi, nec in vno, nec in altero currit ei tempus, nec tenetur conficere, durante impedimen-
to,

88 to, † quia clarum est, impedito tempus non currere, vt tenet multos referens Fontan. *de pact. claus. 7. glos. 3. part. 1. num. 63.* Etiam si non proteſtetur, vt ibi refert *ex num. 64. & num. 69.* † ait: *Quod mulier poteſt dici impedita, ne in ventarium conficiat, ſi res non ſunt in loco: Et quando per ſocerum, vel ſocrum, vel alios etiam, qui in eadem domo exiſtunt ſit iſtud impedimentum vel eijciendo mulierem è domo, vel claudendo ei hoſtium ingredi volenti, vel qua vis alia arte impediendo confeſtionem in ventarij. Iſtud impedimentum legitimum reputatur ad excuſandum mulierem, Mieres in Conſtitut. Hac noſtra, num. 161. Caneer. d. cap. 2. de in ventario num. 21. Oliba in § fuerat num. 37. inſtit. de action. Deſpujol in addition. ad Mier. num. 201. Quod & Senatus noſter approbavit in facti contingètia 15. April. 1597. Relat. Sabater, in cauſa Nob. Mariannæ de Pera Percuſa, & Nob. Mariæ, & Petri de Pera Percuſa, vbi propter impedimentum factum per ſocrum excuſata fuit mulier, & beneficium Conſtitutionis fuit ei conſeſſum eodem modo, ac ſi in ventarium feciſſet, ex quo non ſtetit per eam, & paria (inquit) ſunt in ventarium factum fuiſſe, vel factu, & impedimento heredis omiſſum: hæc tenet Fontan. Sed hæc impedimenta in Ducilla inveniuntur; nam ipſa in Civitate Portus Sanctæ Mariæ domicilium habebat; & bona erant ſub poteſtate Ducillæ de Frias Matriti, & intra eius domum, & ita erat legitimè impedita, & eſt idem, ac ſi inventarium feciſſet; ideòque eius privilegio frui debet, ac ſi conſeſſum eſſet.*

90 Sextò, mulier, † quæ accepit tutelam filiorum, & quæ eſt heres inſtituta à viro ſuo pari paſſu ambulat; nam mater tutelam acceptans, tutelam admittit, Fontan. *d. claus. 7. glos. 3. part. 7. num. 60.* ſed hoc limitatur in quantum ad compositam tutelam faciendi fructus ſuos; minimè autem in ſimplici tutela translationis poſſeſſionis ipſo iure à Conſtitutionibus conſeſſæ, vt fuit iudicatum in Senatu Cathalonix

11. Iulij 1668. Relat. Magnif. Ioseph Aleny inter Eulalia Bonadona, & Amargòs contra Doct. Ioseph Matheu, & Eulalia eius coniugem Villæ de Igualada Nct. Bas, & data fuit viduæ manutentio, quamvis tutelam filiorum accepaviſſet; quæ decifio fuit confirmata in gradu ſupplicationis 10. Februarij 1670. Relat. Mag. Ioan. Bapt. Paſtor.

Septimò, † Conſtitutiones *Hac noſtra, & finalis*, quæ concedunt viduæ tutelam in bonis mariti, fundantur in hypotheca, quam in illis habet: qua translata in viduam ipſo iure, vigore Conſtitutionum, etiam ſi adeat hereditatem viri, vel tutrix ſit filiorum, retinet illa, & danda eſt illi manutentio, etiam, ſi ſit heres mariti, vel tutrix filiorum, vt tenet Poſſi. *de manutent. obſervat. 11. num. 5.* qui loquens de creditore, qui poſſidet rem hypothecatam, ait deberi illi dari manutentio, etiam ſi ſit heres debitoris; quia licet cõfundantur actiones, non autem denegatur retentio, & propter illam manutentio bonorum, quæ pro illa competit; & pro iſta doctrina invenitur decifio 144. num. 1. & 2. poſt tractatum, & idem tenet Fontan. *loco cit. nu. 47. ibi; † Animadvertas etiam finaliter, quod ea, quæ dicuntur de confuſione actionum, procedunt quoad actionum, ſed non quo ad retentionem. licet conſeſſum non ſit in ventarium, idem tenet. Amat. variar. part. 2. reſolut. 56. num. 9. Grat. diſcept. 203. num. 18. & 19. Capic. Galeot. controverſ. 50. num. 75. lib. 1. Sella decif. 46. num. 9.* Ergo etiam ſi Ducilla ſimpliciter hereditatem patris ſui adiviſſet, nullo conſeſſo inventario, quamvis illud conficere potuiſſet, non ex eo retentio bonorum, & privilegium tutelæ, quæ ei virtute Conſtitutionis competit, erit deneganda, quamvis tenuta composita faciendi fructus ſuos ei non eſſet concedenda, ex ea ratione, quia quæ dicuntur de confuſione actionum, procedunt, quo ad actionem, & fructuum perceptionem, ſed non quo ad retentionem.

tionem, & manutionem bonorum, quorum possessio ipso iure ab instanti mortis sui patris in eam fuit translata, quæ possessio, cum præcesserit additioni hereditatis, debet conservari, & ab ea retineri, & in ea est manutenenda.

93 Octavo, † confusio actionum, quæ fit, quando iura creditoris, & debitoris in vna persona concurrunt, de qua hucusque loquuti sumus, locum habet in actionibus personalibus, sed non in actione hypothecaria dotis, in qua singulari privilegio, & prærogativa non admittitur, Peregrin. de fideicommiss. artic. 35. num. 3. in fine, Sessæ decis. 46. num. 16. ibi: *Quod licet vxor gratuita adeat hereditatem sine inventario, tamen ex hoc non tollitur actio hypothecaria, quæ sibi competebat pro dotibus suis in bonis defuncti, cum illa essent pro dotibus restituenda, & ipsi heredes hypothecata, & num. 12. & num. 26. ibi: Aditione hereditatis non confunditur hypothecaria etiam omissa inventario, secus in personali, Menoch. conf. 89. num. 153. Milanen. decis. 13. num. 9. lib. 1. Ant. Amat. part. 2. resolut. 56. num. 10. Grat. discept. cap. 204. num. 23. in terminis Font. d. claus. 7. glos. 3. part. 7. num. 39.*

94 Quibus sic prælibatis † non obstant quatuor argumenta in contrarium adducta, nam ex doctrinis supra traditis, manifestè constat, nec Procuratorem sine speciali, & individuo mandato potius se adire hereditatem, nec domino præiudicium afferre, nec etiam si Ducissa simpliciter, & sine privilegio inventarij hereditatem adisset, non esse ei denegandam tenutam, quia actio hypothecaria dotis singulari privilegio, non confunditur, & propter alias rationes quas supra retuli.

95 Nec te deterreant Burat. decis. 566. num. 15. Rota apud Salgad. post labyrinth. credit. decis. 20. num. 14. & decis. 30. num. 6. part. 8. recent. & decis. 384. num. 15. part. 9. tom. 2. qui omnes ex decis. Petr. Surd. 55. num. 2. & decis. 105. num. 7. & 8. & decis. 325. num. 6. tenent, con-

fessionem mariti, vel debitoris præiudicari tertio; quia loquuntur, quando est verosimilis, & non in Procuratore: & in nostro casu non fuit verosimilis, & facta fuit à Procuratore.

Et si tibi obijciatur † doctrina Olf. 96 decis. 39. num. 38. quæ aliquando multum in nostra lite alicui Doctori urgebat; vide, obsecro, illam, & inuenies meam probare conclusionem, quam impugnare: nam num. 6. asserit, † confessionem Procuratoris domino non nocere præsertim cum ea facta fuerit per modum voluntariæ iurisdictionis, & idem dixit, num. 38. referens Bart. in l. certum, §. sed an, & ipsos, ff. de confessis, qui cum distinctione quæstioni à se propositæ respondit, & dixit: † 98 *Aut Procurator habet speciale mandatum ad confitendum, vel generale, in primò casu eius confessio nocet domino, in secundò non: & iterum hanc partem subdividit, dicens: † Aut confitetur per modum voluntariæ iurisdictionis, aut per modum contentiosæ iurisdictionis; si hoc ultimo modo confitetur, nocet domino, etiam si speciale mandatum non habeat, sed generale; † si verò cõ 100 fitetur per modum voluntariæ iurisdictionis, non nocet domino; quia tunc videtur donare. Quando autem dicatur confiteri per modum voluntariæ iurisdictionis ultra Bart. explicat eius additionator, lit. B. vbi dicit: † Quod 101 Procurator confitetur per modum voluntariæ iurisdictionis, etiam si confiteatur respondendo libello, & Bart. dixit: quod confessio est facta per modum voluntariæ iurisdictionis, quando Procurator fecit illam ante litem cæptam: Nunc ergo videamus, quando isti Procuratores Ducissæ fecerunt dictas confessiones: Et primò inueniemus illos specialia mandata non habuisse, ad sic confitendum. Secundò, quod suæ confessiones fuerunt factæ per modum voluntariæ iurisdictionis, ante litem nondum cæptam, nec etiam respondendo alicui libello, quamvis nondum in hoc casu dominæ nocerent: & hanc*

hanc doctrinam Bart. tenet Olfsc. locis
citatis. Ergo iste Doctor potius meam

doctrinam confirmat quam impug-
nat.





S P E C V L I
V E R Æ I V R I S P R V D E N T I Æ
D. E M M A N V E L I S D E V E D O I A
I. C. H I S P A N I.
L I B E R S E C V N D V S.

D I S C V R S V S. I.

D e t r a n s l a t i o n e p o s s e s s i o n i s.

S U M M A R I V M.

1. **T**enuta Constitutionis Hac nostra competit pro vno nammo in bonis mariti.
2. Pluribus heredibus institutis, quilibet potest petere suam partem hereditatis; non vero maiorem alijs pertinentem.
3. Heres institutus in aliqua parte, si totam hereditatem petit, potest repelli exceptione ei opposita, sine actione agis.
4. Hæc exceptio non est de iure tertij, sed de carentia actionis.
5. Heredes ab intestato venientes non possunt petere maiorem partem, sicut fit in heredibus institutis.
6. Heres ab intestato solum potest petere suam partem, non vero partes respicientes alios heredes.
7. Heres, qui petit maiorem partem, quam sibi debetur, non solum est repellendus tamquam plus petens; sed condemnandus in triplum eius, quod pluri impendit ob eam causam reus conventus.
8. Ius metitur ex parte actoris, non autem rei: ideo est admittendus pro sua parte; non vero pro partibus respicientibus personas cohæredum.
9. Filij heredes matris possunt petere tenutam bonorum patris pro suis portionibus; non verò possunt petere pro alijs fratribus non petentibus; sed contrarium inferius.
10. Possessio civilis, & naturalis, quæ constitutio transfert in filios heredes matris, transit in quemlibet illorum insolidum, à quo intentari potest tenuta.
11. In filijs heredibus matris duo iura in veniantur, primum uti heredes.
12. Secundum, uti creditores, hypothecam irregularem in bonis patris habentes pro dote, & arrhis suæ matris.
13. Hypothecam irregularem vocat Constitutio tenutam, quæ mulieri cõcedit.

14. Hypotheca, & tenuta sunt idem in Constitutione.
15. Hypotheca, cui competit pro dote, & arrhis, competit tenuta.
16. Vidua habet hypothecam pro dote, & sponsalitia in solidum in omnibus bonis mariti: & idè propter hypothecam competit ei tenuta in solidum in omnibus bonis.
17. Creditor, qui habet plures hypothecas in solidum obligatas pro suo credito, vel plures sunt correi debendi in solidum obligati, potest eligere correum, vel rem hypothecatam, quam maluerit, vel omnes simul, & ab omnibus, vel singulis suum creditum integrum exigere.
18. Heredes creditoris possunt conuenire debitores, vel hypothecas in solidum obligatas, sicut poterat creditor.
19. Censu diuisus inter plures, quilibet creditor potest pro sua portione exequi omnes debitores, & hypothecas in solidum obligatas.
20. Heres vnus si petat pro parte sui crediti contra bona in solidum hypothecata, valebit petitio, & poterit in solidum ab omnibus hypothecis suum censum exigere, licet non possit pro omnibus heredibus, eorumque partibus petere.
21. Heres vnus tamquam litis concors potest petere executionem pro sua, & ceterorum partibus, licet solutio eidem non fiat in totum, sed in sua parte.
22. Filij heredes mariti in solidum quisque pro sua parte potest petere tenutam omnium bonorum patris, & est illi concedenda, donec de suo credito integrè sit satisfactus, & tamquam litis concors, pro ceteris fratribus non petentibus, potest tenutam petere, licet solutio eidem non fiat in totum, sed in sua parte.
23. Heres vnus ex pluribus non potest petere partes ceterorum vniuersa hereditatis: & tamen potest petere tenutam in omnibus bonis: & reddatur differentia.

DISCVRSVS I.

De translatione possessionis in heredem.

AN EX QVO CONSTITUTIO fin. tit. dissol. lo. matrimon. transferens possessionem in filios heredes matris, si sint plures filij heredes matris ex testamento, vel ab intestato, & aliqui petunt, & alij non, ut in isto casu, transferat petentibus possessionem vniuersa hereditatis patris, & mariti respectiue: an vero solum pro portionibus hereditarijs, idest unicuique eorum pro sua portione?

Hanc questionem eisdem verbis excitavit Senatus in sua Regia Provisione nu. 17. & licet videatur ad nostrum casum non attinere, ex eo, quod Constitutio Hac nostra disponat, quod bona sint translata in viduam donec de dote, & sponsalitia integrè sit satisfacta, & dicta Constitutio finalis ad filios heredes matris privilegium extenderit, & pro vno nummo competat tenuta, donec integrè dos sit satisfacta, ut late tuetur Quesad. Pilo. contra vers. cap. 34. à num. 32. ex quo sequitur, quod cuilibet filio heredi matris pro sua portione, quantumvis minima, tenuta competat, nihilominus disputandam assumo propter subtilitatem, quam continet, & quia à nemine inuenio eam disputatam.

Pro parte negativa † faciunt sequentia. Primum, textus expressus in l. si ex pluribus, ff. si pars heredit. petat. ibi: Si ex pluribus ad quos eadem hereditas pertinet quidam adierint, quidam adhuc deliberent, eos qui adierint, si petant hereditatem, non

maiolem partem petere debere, quam habi-
turi essent, ceteris aduentibus; nec eis prode-
vit, si ceteri non adierunt, non aduentibus
autem ceteris, poterunt tunc partes eorum
petere, si modo ad eos pertinent. Ex qua
clarè probatur, † quod si aliquis cum
plurimis fuerit institutus heres, to-
tam hereditatem petierit, poterit
repelli, exceptione ei opposita, quod
sine aëione agit; † quæ exceptio non
est de iure tertij, sed de carètia aëio-
nis, vt tenent communiter DD. Cas-
trenf. conf. 455. lib. 1. Surd. conf. 151.
num. 54. conf. 415. nu. 48. conf. 517. n. 23.
conf. 559. nu. 26. Craver. conf. 72. in fine,
Menoch. conf. 1002. num. 42. Tondut. de
praevent. part. 2. cap. 13. ex num. 10.

Quod procedit † sine dubio in he-
redibus ab intestato venientibus, vt
refert Cancr. 3. variar. cap. 22. nu. 205.
ibi: Quod si duobus sit delata hereditas
ab intestato, (vt in nostro calu) non po-
test alter ex eis totum, sed tantum pro sua
parte. Idem tenet Peregrin. de fideicom-
mis. art. 9. num. 12. ibi: Et si duo sint, qui-
bus delata sit hereditas ab intestato, non
potest alter ex eis totum, sed tantum pro
parte sua petere.

Lato calamo, † & eleganter docuit
idem Cæsar Argelius de acquiren. posses.
quest. 8. art. 9. ex num. 30. ad 34. ibi: Pri-
ma conclusio est huiusmodi in successione
ab intestato, is qui petat est admittendus
solum pro sua parte, neque partes respicien-
tes alios coheredes aliquo modo consequi
potest, donec constet de illorum repudiatio-
ne, aut incapacitate. Probatur hæc conclu-
sio. Primò, opportuna ratione, † quia ius
insolidum ei non tribuitur à iure, sed pro
sua tantum portione; vnde si petat totum,
petat pro maxima parte, id quod sibi non de-
betur: & idè non solum est repellendus,
tanquam plus petens ab ea parte maiori,
quam petit, sed condemnandus in triplum
eius, quod plures impendit ob eam causam
reus conventus iuxta, §. triplic. instit. de
aëion. Secundò, † quia mittitur ius ex
parte aëtoris, non autem rei, vt supra pro-
batum num. 12. art. 9. idè in quantum pro
sua parte bonum ius foret, in tantum est

admittendus; in quantum pro partibus res-
picientibus personas coheredū nullum ius
foret, nihil consequi debet. Tertio, quia in
his terminis optimè concludunt. II. supra pro
negatiua ponderata nimirum, l. 1. §. qui he-
reditas ff. si pars heredit. petat. l. 2. ff. eodem,
l. antiquo 3. eodem, & argumenta proposita
eodem modo concludunt. Quarto, quia in
his terminis loquuntur DD. pro hæ. negati-
ua supra allegati, quos non repeto, &c.
† Ex quibus omnibus conc. uidenter
probatur pars negativa huius discus-
sionis; scilicet, possessionem vniversæ he-
reditatis patris, à Constitutionibus
translatam in filios heredis matris, si
sunt plures ex testamento, vel ab inte-
stato, & aliqui petunt, & alij non, non
transferri in heredes petentes posses-
sionem vniversæ hereditatis; sed tan-
tū pro portionibus hereditarijs, idest
vnicuique eorum pro sua portione: &
consequentè idem esse de tenuta.

Sed licet ita fortiter videantur vr-
gere argumenta, certissimum est † te-
nutam, & possessionem bonorum pa-
tris, seu mariti respectivè in quemli-
bet ex pluribus heredibus esse trans-
latam vigore Constitutionum, ipso iu-
re, & sine factò hominis; & quemlibet
etiam posse intentare, & petere eam
insolidum, & non pro portionibus he-
reditarijs. Quod sic probo. † Et pri-
mo, suppono duo iura in filij, heredi-
bus inveniri, primum ius est heredis,
quo succedunt matri in vniversum
ius, quod habuit tempore mortis: &
hoc ius commune est omnibus here-
dibus in quolibet Regno, seu Provin-
cia ad hereditatem venientibus, siue
ex testamento, siue ab intestato; & in
hac hereditate venit tacita hypothe-
ca, quæ à iure vxori est cõcessa in bo-
nis mariti. † Secundum, ius est muni-
cipale huius Principatus, in quo est
concessa irregularis hypotheca spe-
cialis in bonis mariti vxori, & eius he-
redibus pro dote sua, & sponsalicio; &
hæc hypotheca cum privilegio tenu-
tæ, quam Constitutiones eis conce-
dunt, nullibi invenitur.

- 13 Hanc † irregularem hypothecam tenentem, vocat Constitutio finalis, tit. solve matrimonio, ibi: *Y mes declarant la mateixa Constitució per llevar tot dubte, que poria ocorrer sobre la hipoteca y tenuta dels bens del marit; idest, Item eandem Constitutionem declarando ad removendum omne dubium, quod occurrere poterit super hypoteca, & tenuta bonorum mariti.*
- 14 † Itaque hypoteca, & tenuta, sunt idem; in Constitutione, † & cui competit hypoteca, competit tenuta ob illam viduæ, & suis filijs heredibus in bonis mariti concessa.
- 16 Hypotheca, † quam habet vidua in bonis mariti, & eius filijs heredes, est insolidum in omnibus bonis, quæ reliquit maritus tempore mortis; & idem Constitutiones in eos transtulerunt possessionem civilem, & naturalem, ipso iure, ab instanti illius mortis, sine hominis ministerio. Itaque quælibet res bonorum mariti est illi hypothecæ irregulari subiecta insolidum, & in qualibet re competit mulieri, & eius filijs heredibus tenuta Constitutionum.
- 17 Quando † ergo creditor habet plures hypothecas insolidum obligatas pro suo credito, vel plures sunt correi debendi insolidum obligati, potest eligere correum, vel rem hypothecatam, quam maluerit, vel omnes simul; & ab omnibus, vel singulis suum creditum integrum exigere, ita probat Avend. de censib. cap. 94. num. 8. ibi: *Quæ quidem creditoris facultas eligendi quemlibet ex correis debendi insolidum, non solum procedit respectu personarum, sed & rerum censualium super quibus census consignatur, vel quæ pro hypothecis fuerunt designate; quia sicut qualibet persona ex natura obligationis insolidum pro toto potest conveniri ita, imò à fortiori qualibet res hypothecæ subiecta insolidum exequi, atque distrahi valebit, & magis afficit rem hypothecæ specialis, quam personam correi obligatio insolidum contracta, ut quia licet qualibet persona per obligationem insolidum obligetur, ea obligatio magis sit virtualis ex d. l. 1. tit. 16. lib. 5. quam specialis; & hypothecæ bono-*

rum non solum sit virtualis, sed specialis; idem, & quælibet res insolidum per specialem hypothecam afficitur, & insolidum ab ea integrum censum exigere posse certum est.

Et sicut creditor † poterat convenire insolidum correos obligatos, vel bona insolidum hypothecata, simili modo heredes creditoris possunt convenire, & exequi res insolidum hypothecatas: † ut frequenter accidit, quando census creditoris inter plures personas dividitur, sive titulo universalis heredis, sive particulari cessionis, vel legati, vel cuiuslibet alterius: tunc enim certissimum est quælibet ex creditoribus pro parte sui crediti licet minima, posse quælibet res insolidum per specialem hypothecam obligatam exequi, & insolidum ab omnibus integrum censum exigere, ut optime probat Avend. de cens. cap. 95. ex nu. 1.

Et si † vnus ex heredibus petat pro parte sui crediti contra bona insolidum hypothecata, valebit petitio, & poterit insolidum ab omnibus hypothecis integrum suum censum exigere, licet non possit pro omnibus heredibus, suisque partibus petere, ut tenet Avend. d. num. 1.

Vnus † autem ex heredibus tanquam litis concors pro cæterorum partibus exigere, & executionem petere potest, ex l. 1. C. de consortib. eiusdem litis, licet solutio eidem non fiat in totum, sed in sua parte, nisi ratificatio sequatur, ut ibidem tenet Avend. ex Parlad. rer. quot. cap. finali, 3. part. §. 3. num. 3. & 4. Salg. in labyrinth. credit. part. 1. cap. 17. à num. 10. ad 16. & 44.

Has † omnes doctrinas ad nostram quæstionem adaptemus, & singula singulis applicemus. Iam supra evidentissimè probavi cum Constitutione finali, quod uxori, filijsque eius heredibus tenentem bonorum mariti propter irregularem hypothecam, quam in illis habent pro dote, & arthiis, & propter ipsam hypothecam specialem, ac irregularem omnia bona mariti insolidum, ipso iure, in illos transferantur: ergo qui-

quilibet illorum poterit in solidum contra hypothecas in solidum obligatas pro suo credito, vel parte crediti, licet minima exigere, & ab illis integrum suum creditum repetere, tenentque Constitutionum intentare, & erit illi concedenda, donec de suo credito integrè sit satisfactus: & tanquam litis concors, & pro cæterorum partibus tenentam petere poterit, licet solutio eidem non fiat in totum: & sic est certissimum, quod possessio universæ hereditatis patris, & mariti respectivè transferatur in omnes heredes in solidum, & vnuquisque poterit pro sua portione hereditaria, & etiam pro cæterorum portionibus tenentam petere omnium bonorum in solidum per specialem, & irregularem hypothecam obligatorum, licet solutio eidem non fiat totius dotis, sed tantum suæ partis.

Et his omnibus satis liquet solutio argumentorum, quæ pro parte negativa fuerunt adducta: nam fateor, quod vnus ex pluribus heres non potest petere partes cæterorum universæ hereditatis, quia ius in solidum ei non tribuitur à iure in tota hereditate, sed pro sua tantum portione: at autem in solidum habet ius hypothecæ in omnibus bonis, & quamvis non possit petere in solidum totam hereditatem, poterit tamen petere tenentam contra omnem hereditatem in solidum hypothecatam, & obligatam pro dote, illamque retinere pro sua portione; vel etiam si voluerit petere dictam tenentam pro portionibus cæterorum tanquam litis concors, recipiendo suam partem tantum tempore solutionis; & ita non obstant argumenta in contrarium, quæ loquuntur de petitione hereditatis: nos autem loquimur de petitione tenentæ competentis pro hypotheca bonorum, quorum possessio fuit in omnibus in solidum translata.

translata.

(***)

DISCURSUS II.

De censibus.

SUMMARIVM.

1. **D**ebium Senatus proponitur.
2. Censum redemptum à possessore maioratus tenetur solvere illi, seu heredibus eius successor in ipso maioratu.
3. Probatur doctrina Cassanata, sed est falsa.
4. De doctrina Authoris contraria, valde ab omnibus dubitatur.
5. Censu redemptio distinguitur, aut redemit cum cessione iuris, vel simpliciter nulla cessione interveniente.
6. Si redemit cum cessione, in ius creditoris successit, & ut subrogatus in locum primi creditoris, creditor maioratus existit.
7. Si redemit simpliciter, & sine cessione creditoris, successor in maioratu, & bona ipsius maioratus sunt libera à censu redempto.
8. Probatur autoritate domini Ludovici de Molina.
9. Probatur alia autoritate eiusdem.
10. Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio, & idem probat Avendaño.
11. Probatur alia autoritate.
12. Idem tenet D. Salgado.
13. Idem tenet dominus Olea.
14. Falsum fundamentum, in quo doctrina Cassanati nititur, refertur, & rejicitur.
15. Maioratus possessores ex Regia facultate illis concessa, ad imponendum censum super maioratu, tenentur illum redimere intra tempus in ea assignatum, iuxta stylum Regie Camere Castellæ.
16. Licet in Regia facultate non sit hæc clausula adiecta, intelligitur implicita, & subintellecta.

17. *Contrahentes se conformare cum iure videntur.*
18. *Index, vulgò Iuez de desampenos de Mayorazgos, est creatus à Rege, ut curet de redemptione censuum impositorum super maioratibus.*
19. *Doctori vno asserenti de consuetudine est credendum.*
20. *Possessor maioratus qui censum super illius bonis facultate Regia imposuit, si illum redemit, non habet actionem negotiorum gestorum, nec in factum, quia suam obligationem adimplevit.*
21. *Si redemit censum ab antecessori impositum, habet actionem contra constituentem censum, eiusque heredes, quorum negotium gessit; sed non contra Maioratum, nec eius successorem.*
22. *Si heres, & bona maioratus constituentis censum non inveniuntur, non ex hoc maioratus, nec successor tenentur, si redemptio facta fuit simpliciter.*
23. *Maioratus possessor, qui cum Regia facultate super illo creatus censum, illum principaliter imponit super suis bonis liberis, & accessoria super bonis ipsius maioratus, & sic est compellendus ad illius redemptionem.*
24. *Sententia Authoris dominis placuit.*
25. *Census constitutus in nummis argenteis, & arosis, sine expressione quantitatis cuiuslibet speciei: in quibus nummis, & in qua quantitate possit, & debeat fieri redemptio?*
26. *Quaestio est difficilis, & quotidiana à nemine tamen exagitata.*
27. *Doctores qui tractaverunt de redemptione censuum.*
28. *Censum esse redimendum in ea moneta, in qua fuit constitutus tenent Doctores, sed non est casus, qui disputatur.*
29. *Sine via, & sine viatore Author in hac disputatione progreditur cum sententia Lucret.*
30. *Census dominum posse eligere videtur, in qua pecuniarum specie debitor tenere debet, & probatur, ex lege qui duos, ff. de legat. 1.*
31. *Probatum ex l. si servus legatus i i ff. de legat. 1.*
32. *Redemptio videtur fieri debere saltè pro medietate monetarum, & probatur, ex l. legato, ff. de legat. 1.*
33. *Probatum etiam ex l. qui lancem, ff. de aur. & argent. legat.*
34. *Probatum conclusentissimè in l. cum stichus, ff. de soluti.*
35. *Contraria sententia est tenenda, scilicet, debitorem census posse illum redimere, solvendo dos reales de a ocho, dos senzillos, &c. y lo demás en moneda de vellon.*
36. *Census redemptio debet fieri per actum retrospectivum, & in eadem moneta, in qua capitale datum, & constitutum fuit.*
37. *Numerus pluralis in duobus verificatur, duorumque numero contentus est.*
38. *Census redemptio potest fieri per actum vigurosum retrospectivum eius fundationis, & eadem forma servatur in redemptione ab Authore proposita.*
39. *Nummi quando debentur, & non apparet quales, & quanti sint, exiguiores debentur.*
40. *Textus in l. 34. ff. de reg. iur. explicatur.*
41. *Textus allegans in l. idem Iulianus 41. §. Scio, ff. de legat. 1. explicatur.*
42. *In obscuris quod nimirum est sequitur.*
43. *Electio est debitoris, & eius heredis in dubio.*
44. *Idem probatur alia lege.*
45. *Quantitates diversae quando in diversis scripturis obligationis apparent, debetur minor quantitas.*
46. *In obligatione generis liberatur quis, dando vilissimum, quod est in ipso genere.*
47. *In summis semper id, quod minus est, sponderi videtur.*
48. *Census debitor alicuius mensura, quando non apparet de mensura, qua census est solvendus, & sunt duae mensurae, cum minima solvendus est.*
49. *Legatum Deo relictum centum librarum,*

- rum, in qua morata sit sol vendunt.
50. Respondetur primo argumento, fundato in l. qui duos, ff. de legat. 1. & explicatur ille textus.
51. Electio favore ultima voluntatis solet dari legatario, secus vero in contrariis.
52. Respondetur ad l. si servus 111. ff. de legat. 1. §. c. uñ homo: & explicatur.
53. Respondetur ad l. Quilancē 33. ff. de aur. & argent. legat. & exponitur.
54. Respondetur, & exponitur text. in l. cum Stichus 29. ff. de soluti.
55. Index in ambiguis benigniorem interpretationem sequi debet.

DISCURSUS. II.

De censibus.

AN MAIORATUS POSSESSOR, qui bona maioratus, super quibus erat annuus redditus ex Regia facultate impositus, ab annuo redditu illum redimendo liberavit, successore in illo maioratu, vel bona ipsius maioratus posse impoſitorum obligare ad solutionem reddituum census redempti?

FVit etiã dictũ in dicta Provisione. Et quidquid insuper sit de exceptionibus solutionis, & restitutionis dictæ dotis, ac eius compensationibus, cum pensionibus censuali, cum cessione, & sine cessione iustorum per dictũ admodum Illustrẽm Ducẽ Dominũ Ludovicũ super Statu de Comares, &c.

Ducissa de Frias, † contra tenutam Constitutionũ Cathalonix, à Ducissa de Medina prætentam pro dote, & archis suæ matris, aliam compensationẽ opponebat, scilicet, quod Dux pater eius multos annuos census, cum facultate Regia impositos contra Marchionatum de Comares in Regnis Castellæ redemerat; & cum Ducissa de

Medina, quæ successit in dicto Marchionatu, vt filia primogenita, illum possideret, iam erat soluta de dote, & archis suæ matris, tam cum redditibus prædictorum censuum redemptorum, quam cum capitalibus ipsorum, pro quibus tenebatur Duci patri suo. Ad hoc probandum pars adversa, † se tuebatur doctrina Cassanatae conf. 28. n. 1. & 6. & per eotum, & alijs locijs Molinæ malè intelletis.

Pro sua parte, & doctrina plures habebat defensores: ita quod me illos in contrarium informante coram cæteris meis collegis Advocatis, vnus ad doctrinam Molinæ infra allaturam respondit, Molinam deridere; & alter quod non morarer, nec fessus in defendendo illius doctrinam, fuissem, quia in Cathalonia impossibile erat hoc iudicibus persuadere: Quo motus assumpsi calamum ad inferius scribenda, quia omnes de mea doctrina dubitabant.

Sed pars negativa, † scilicet maioratus possessorem, nec bona ipsius maioratus esse obligata, sic probo, aut possessor maioratus redemit censum simpliciter, & sine cessione creditoris, vel cum cessione, † Si redemit cum cessione, in ius creditoris successit, & non potest dubitari, quod ille etiam virtute cessionis creditor existit, tanquam subrogatus in locum primi creditoris, vt infra apparebit; & in hoc mea sententia non verlabatur. † In primo vero casu, quem defendebam, certum, ac indubitabile est, maioratum, eiusque successorem liberos à censu redempto remansisse, ita tenet doctissimus dominus Ludovicus à Molin. de primog. lib. 1. cap. 10. num. 26. ibi: Ex cuius decisione non immerito etiam deduci posses maioratus possessorem, qui bona maioratus, super quibus erat annuus redditus ex Regia facultate impositus, ab annuo redditu illum redimendo liberavit, posse absque Regia facultate super eisdem bonis maioratus alij creditori eundem annuum redditum imponere; eiusdemque maioratus successores

cessores perpetuò ad huiusmodi annui red-
ditus solutionem obligatos relinquere, quod
esset no dum, ac subtile, si verum esset.

- 8 Et in num. 27. his verbis prolequitur:
Sed quamvis lex illa indistinctè hoc dispo-
nere videatur, mihi autem videtur, eam
accipiendam, atque intelligendam esse solum
in ea specie, in qua (tempore quod debitum
à maioratus possessore soluebatur, vel ante
solutionem) ea lege, ac pactione solutum
fuerit, ut res maioratus ei, à quo mutuum
pecuniam accepit, vel alteri pro eadem quan-
titate obligata remaneat. tunc namque cum
hac obligatio ea lege, ac pactione facta fue-
rit, ut obligatio prima va non finiatur, sed
in alterum transfundatur: non mirum si ex
ea obligatione bona maioratus remaneant
obligata secundo creditori: sicut primo obli-
gata, & hypothecata fuerunt. si verò à ma-
ioratus possessore debitum simpliciter, atque
sine hac pactione solutum fuerit: cum ex hac
solutione actio omninò perempta sit, non po-
terit maioratus possessor bona maioratus pro
eo debito iam dudum perempto, atque ex-
tincto amplius absque nova Regia faculta-
te obligare.

- 9 Idem Molina dicit. lib. 1. cap. 26 num.
10. loquens de censibus super maiora-
tum impositis, & à possessore redemp-
tis, sic ait; In quo, & in precedentibus
summè considerandum erit: an ea lege eorum-
dem censuum, ac pensitationum redemptio
facta fuerit, ut maioratus ab eisdem liber
sit: an ut idem ius maioratus possessori, eius-
que heredibus remaneat: primò, namque ca-
sù (hoc est quando redemit simpliciter, & si-
ne cessione) maioratus ab eisdem liber re-
manebit: secundò autem non.

- 10 Itaque clarè, & literaliter probat,
firmiterque tenet, quod si possessor ma-
ioratus censum cum Regia facultate
creatum redemit, simpliciter, & sine
cessione, cum omninò census extinctus
sit, nam solutione eius quod debetur
omnis tollitur obligatio, actioque est
omninò perempta, princip. inst. quib. mod.
sollit. obligat. leg. Verborum obligatio 107.
ff. de solut. nec bona maioratus, nec suc-
cessor in illo tenentur, ad capitale cè-
sus, nec ad pensiones illius solvendas.

Ita etiam probat Avend. de cens. cap. 65.
num. 9.

Idem, quod Molina, tenet eius ad-
dition. Mot. in d. cap. 10. num. 25. in fin.
ibi: Et predictorum concursus denique sen-
tentia est, quod ad hoc, ut quis redimendo
censum, vel liberando hypothecam ius prio-
ris creditoris consequatur necesse est, vel
quod lege caveatur, vel quod inter partes
conventionem, ac iurium cessione actum sit.
Et ideo si à maioratus possessore debitum
simpliciter solutum fuerit, extinguetur actio,
cum pactum, vel conventio deficiat, & abs-
que nova facultate natura maioratus obli-
gationi resistit.

Eandem sententiam sequitur, D.
Salgad. in labyrinth. pars. 2. cap. 7. à nu. 8.
49. 54. & seqq.

Eruditè sequitur eandem sententiã,
D. Olea decis. iur. tit. 4. quæst. 1. num. 34.
vers. Sed meo, in no dissima addit. ibi: Sed
mea videtur ratio hæc est, quod in primo ca-
sù, nec ex parte creditoris transferentis cen-
sum in possessorem maioratus, nec ex parte
ipsius possessoris aliqua potest colligi præ-
sumptio, quod voluerint prospicere maiora-
tuum, & cum liberare: at verò in casu secun-
do cum posset maioratus possessor in actu re-
demptionis census suam declarare voluntate-
tem, & exprimere, quod non in libertatem
maioratus, sed ad sui, & heredum suorum
commodum faciebat redemptionem, petendo
à creditore iurium cessionem, si de his non
caveat, & simpliciter censum redemit præ-
sumitur fuisse animo liberandi maioratum
ab onere census. Hæc Olea, qui plurimos
refert, & idem tenet Crespi in suis ob-
servation. obser. 117. §. 6. num. 190. in
ultima editione, sequendo doctrinam
Molinæ, & maximè cum laudat, num.
183.

Conabantur t̄ autem adversarij Ad-
vocati, totam istam machinam solidis-
simis fundamentis structam, debili Ca-
lanati consilio destruere, nitentes in
vna generali conclusione, quod licet
census redemptus cum solutione sit ex-
tinctus, nihilominus remanet actio ne-
gotiorum gestorum, qua successor, &
bona maioratus remanent obligati, ad
illum

illum censum, & pensiones solvendum. Sed rationem, propterquam possessor maioratus, qui censum redemit, non habet actionem negotiorum gestorum contra successorem, nec contra maioratum, sed contra illum, qui censum cum Regia facultate constituit, suosque heredes, non intellexerunt.

15 † Quando enim Regia Maiestas concedit facultatem creandi censum super bona maioratus est; qualitate adiecta implicita, vel explicita, quod possessor, qui censum constituit, & sui heredes, ad luitionem & redemptionem teneantur intra tempus in ea assignatum, ut testatur Molina de primog. lib. 4. cap. 3. num. 6. *vers. Quamvis*, & ibi additionator Mota, his verbis: *Et quod Authar resol. sic in presenti vers. Quamvis: communis praxi observat*, & refert Molinam Theologum de iust. & iur. disp. 649. num. 2. *vers. Altero vero*, Carol de Tapia decis. 20. num. 30. Et testatur ita facultates de stylo Regiæ Cameræ expediri, & idem testatur Molin. d. lib. 4. cap. 7. n. 16. *vers. Aut res in fine*, Avend. de cens. cap. 65. num. 9.

16 Et si in Regia facultate † non sit hæc clausula adiecta; implicita intelligitur, & subintellecta, & æqualis valoris, ac si expressa inveniretur, D. Salgad. in labyrin. 2. part. cap. 2. ex num. 96. Mier. de maiorat. 3. part. quest. 12. num. 11. †

17 & contrahentes conformare se cum iure videntur, l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebelian. l. quaro, §. inter locatorem, ff. locati, Menoch. conf. 111. num. 17. & presump. 28. num. 2. Amat. resolut. 34. num. 10.

18 Et † ut possessores maioratus, & heredes istam obligationem redimendi census adimpleant, Catholicus noster Rex habet iudicem privatum nominatum, qui super hoc intendit, vocaturque; *Iuxta de desempeño de Mayorazgos*. Et istam practicam testantur, D. Ioannes Baptist. de Larrea allegatio Fiscalis 115. num. 43. in fine, & num. 44. ibi: *Tum & intra quatuor, aut plus annos onus iniungitur, ut fiat redemptio ex fructu*

bus maioratum census, qui super illo facultate Regia est constitutus, & in supremo iustitia Senatu antiquior Consiliarius Camera in iura habet delegationem à Principe ad expignorationem maioratum, & redemptionem censuum, quem dicimus *Iuxta de desempeño de Mayorazgos*. Castil. quotidian. lib. 4. cap. 35. num. 34. Felic. de cens. lib. 2. cap. 3. num. 19. & ego similiter testor, qui ita sæpè numero vidi: † Et si vno Doctore afferenti de consuetudine est credendum, Nob. Cortiad. decis. 3. num. 28. tantis Doctoribus illam afferentibus integra fide est adhibenda.

Ex his igitur inferitur, † quod cum possessor maioratus, eiusque heredes ad redemptionem census ab ipso creati sit adstrictus, si ipse redemit, suam obligationem adimplevit: † Si verò successor, habet actionem negotiorum gestorum, vel in factum contra constituentem censum, eiusque heredes, quorum negotium gessit; sed non contra maioratum, nec eius successorem (nisi cum cessione redemit:) † Et si heres, vel bona constituentis censum non inveniuntur, non ex hoc maioratus, nec successor tenentur, ita tenet Mota additionator Molinæ lib. 1. cap. 10. num. 25. & 26. *vers. Quam receptam sententiã*, ibi: *Limita ubi extant heredes constituentis census, quo casu, & si simpliciter sine iniuria cessione debitum à successore maioratus solutum fuerit, hi (hoc est heredes) actione negotiorum gestorum conveniri possunt, vel alijs iuris remedijs, ut probat Avend. dict. cap. 65. num. 9. & comprobatur ex adductis infra lib. 4. cap. 6. num. 15. vers. Aut res ubi in finalibus verbis concluditur: quod si deficiant heredes constituentis census, & solutio sit simpliciter, actio prima va extincta est, neque negotiorum gestorum actio adversus bona maioratus competit, que amplius sine assensu Regio obligari non possunt.*

Ratio fundamentalis, † & à priori, propterquam hoc ita accidit, est, quia possessor maioratus, qui cum Regia facultate censum super illo creavit, illū prin-

principaliter imponit super suis bonis liberis, & accessorie super bonis ipsius maioratus, & ita census remanet creatus super suis bonis liberis, & ad redemptionem remanet obligatus, ut docet Avend. de cens. cap. 65. num. 3. ibi: *Sed his firmis fundamentis non obstantibus contrariam sententiam credimus veriorum, & heredem prædecessoris teneri ad census redemptionem, etiam cum Regia licentia super bonis maioratus ab eius prædecessore constituti. constantiter defendimus: & inferius, ibi: Ergo bona libera constituentis census ex tunc fuerunt obligata ad census redemptionem, & consequenter prædecessoris heres ad id compellendus est.*

24 Ex tantis gravissimorum Doctorum auctoritatibus cognosces Castan. in cõf. 28. suum clientulum sine fundamento consultuisse, & ideo litem amisit, & consilium cum tremore incepit: nam in principio consilij, verbi videtur vultus fuit, non affirmando, sed dubitando. Et cum iam hæc quæstio à me fuisset ita dominis explosa, mea sententia illis placuit.

25 **S. CENSUS CONSTITUTUS** † in nummis argenti, & æroscis v.g. En reales de à ocho, de à quatro, de à dos, y sencillos, y lo demás en moneda de vellõ. Sine expressione quantitatis cuiuslibet speciei: In quibus nummis, & in qua quantitate possit, & debeat fieri redemptio?

26 Quæstio à me proposita exagitada, † valde inquã difficilis est: & quavis quotidiana, cum plurimis in censibus hæc clausula constitutionis, & creationis inveniatur, à nemine tamen ex pluribus Doctoribus, qui materiam censuum, eorumque redemptiones tractaverunt, exagitaram in his terminis invenio. Nam Felicianus, & Gaspar Rodriguez, & Avendanius, suis

temporibus valde divitijs argentea in Hispania florentibus inter ærosam, & argenteam monetam discrimen non cognoverunt. Et quamvis posthac ista materia aliquantulum sit investigata à nostratibus, tamen in diversa specie fuit ab illis quæsitæ. † Siquidem Nugerol in sua alligacione 2. à n. 27. Cens. de censib. part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 1. ex num. 15. & art. 7. num. 50. & quæst. 85. per totam, Duard. de censib. §. 3. quæst. 6. per totam, & post tractat. decis. 214. 216. 217. & 219. Sigismund. Scaccia de cõmer. §. 2. glos. 5. ex num. 176. & noster Dom. D. Francil. Salgad. in suo labyr. creditor. part. 2. cap. 8. & D. Ioann. Bapt. de Larrea decis. Granat. 21. 22. & 24. Guzman de verit. iuris verit. 12. Et plurimi ab eis relati tantummodo tractaverunt: An census creatus in moneta aurea & argentea possit redimi in ærofa: † Et omnes concludunt, esse redimendum in illa moneta, in qua fuit constitutus, præter Guzman; sed nemo illorum, quem viderim tractavit, nec disputavit quæstionem à me propositam, quæ valde distat ab illa: Nam omnes loquuntur, quando in creatione sensus quantitas pecuniæ, & qualitas fuit expressè assignata; mea verò disputatio est, quando non constat de quantitate cuiuslibet monete, sed tantum Tabelio in scriptura censuali fecit fidem, censum esse constitutum en reales de à ocho, de à quatro, de à dos, y sencillos, y lo demás en moneda de vellõ, partique fuisse has monetas traditas, absque expressione cuiuslibet quantitatis: sicut continebatur in duobus instrumentis censuum à me visis, & per spectis, de quibus fui consultus, & in alijs à me fuit iudicandum. Sine via, † imó, & sine viatore in hac disputatione progredior, & cum Lucretio dico:

*Via Peridum peragro loca,
Nullius ante trita solo.*

Et primò videtur, † Dominum census eligere posse, in qua pecuniarum specie debitor redimere debeat, & nõ in alia quam à se electa. Nam hæc obli-
pro:

gatio f. Et à fundatore census, quamvis non fuit incerta, ac determinata quantitas cuiuslibet monetæ, tamen est incerta de certis: Et quando legatur incertum de certis, electio est legatarij: Ergo quando obligatio est incerta de certis, erit electio creditoris: minor probatur, ex l. qui duos 20. ff. de legat. 1. ubi dicit Pomponius: *Qui duos servos habebat, si unum ex his legasset, ut non intelligeretur, quem legasset, legatarij est electio.*

31 Hæc consequentia † est clara à parit atque rationis. Idem probatur in l. si servus legatus 11. ff. de legat. 1. §. cum homo, ibi: *Cum homo Titio legatus esset, quaesitum est, utrum arbitrium heredis sit, quem velit dandi, an potius legatarij? Respondi verius dici electionem eius esse cui potestas sit, qua actione vi velit, id est legatarij.*

32 Secundò probatur, † nam quamvis non detur hæc electio creditori, saltè debet redemptio fieri pro medietate monetarum: Ita ut nec omnis moneta sit argentea, nec omnis ærofa, ne optima, vel pessima accipiatur, textus elegans in l. legato 37. ff. de legat. 1. ibi: *Legato generaliter relicto, veluti homines, Casus Cassius scribit id esse observandum, ne, vel optimus, vel pessimus accipiatur.*

33 Probat etiam, † l. qui lancem 33. ff. de auro, & argent. legat. ibi: *Qui lancem maximam, minorem, minimam relinquebat, ita legaverat, lancem minorem do, legos mediæ magnitudinis videri legatam lancem responsum est, si non apparet quam lancem exhibis Paterfamilias demonstrare voluisset: Ergo simili modo in nostro casu, nec maxima, nec minima est solvenda moneta, sed minor, ac mediocris, hoc est, pro medietate.*

34 Tertiò, † atque concludentissimè probatur per text. in l. cū Stichus 29. vers. Sed in nummis, ff. de soluti, ibi: *Sed in nummis, in oleo, & frumento, & similibus, que communi specie continentur, apparet hoc actum, ut numero dividatur obligatio, quatenus, & commodius promissoribus, stipulatoribusque est. En textum exprellum, in quo probatur, quod quando in obli-*

gatione non constat de quantitate nūmorum, numero debet dividi obligatio, hoc est numero æquali, quatenus commodius promissoribus, & stipulatoribus est, ut media eligatur via: Ergo in nostro casu, ita pariformiter debet dividi obligatio, ut numero æquali dividatur moneta argentea, & ærofa.

Sed his minimè obstantibus † contraria proculdubio sententia est amplectenda, scilicet, debitorem census posse illum redimere solvendo, *dos reales de à ocho, dos de à quatro, dos de à dos, dos sencillos, y lo demás en moneda de vellon:* quod probatur, † nam redemptio census debet fieri per actum retrosimilem, & ideò in eadem moneta, in qua capitale datum, & constitutum fuit, textus expressus in l. cum quid, ff. de rebus creditis, ibi: *Id autem intelligitur, ut eiusdem generis, & eadem bonitate solvatur, que datum est, & Cencio de censibus questione 103. num. 15. Noguera, dicit allegat. 2. num. 3. cum cæteris ab his, & à me relatis, supra num. 22. sed sic est, quod redemptio. Census facta in præfata forma, sic per actum retrosimilem, & in eadem moneta in qua constitutum fuit capitale: Ergo hæc redemptio facta in prædicta forma, est legitima. Probatur minor, nam constitutio census, iuxta fidem Tabellionis facta fuit, *en reales de à ocho y de à quatro, y de à dos, y sencillos, y lo demás en moneda de vellon:* Sed redemptio prædicto modo facta, fit per actum retrosimilem: siquidem, *dos reales de à ocho, son reales de à ocho, dos de à quatro, son reales de à quatro, & in cæteris simili modo: ergo de redemptio fit per actum retrosimilem, & in eadem moneta in qua fuit census constitutus. Minor huius syllogismi probatur, nam reales de à ocho, y de à quatro, y de à dos, y sencillos, sunt numeri pluralis, † & pluralis numerus in duobus verificatur, duorumque numero contentus est, cap. pluralis locutio 40. de reg. iuris in 6. l. ubi numerus, ff. de test. l. libertas, §. ultimo, ff. de manum. rectoram, l. in**

35

36

37

ter illa, §. finali, ff. de verb. obligati. Ergo redemptio formaliter fit per actum retrofimilem.

38 Probatur ulterius, † nam si redemptio istius census deberet fieri per actum rigurosū retrofimilem eius fūdationi, & creationi, ita vt debeat intervenire eadē pecunia numerata in præfētia testiū, & Notarij, vt aliqui tenuerunt citati à Cencio, loc. citat. num. 15. adimpleretur hæc forma, si Notarius videret, & numeraret, dos reales de a ocho, dos de a quatro, &c. Et posset dicere fidem facio, quod in mea præfentia, & testium facta fuit redemptio, en reales de a ocho, de a quatro, de a dos, y sencillos, y lo demás en moneda de vellon, & verum esset eius testimonium: Ergo in omnibus, & per omnia fit ista redemptio per actum retrofimilem fūdationi, & creationi census, & per eadem verba Notarij.

39 Tertiò probatur, † nam debitor census, est debitor, de reales de a ocho, de a quatro, de a dos, y sencillos: Et quando debentur nummi, & non apparet quales, & quanti sint, exiguiore debentur, textus in l. nummis 73. ff. de legat. 3. ibi: Nummis indistinctè legatis hoc receptum est, vt exiguiore legatis videantur: Si nec ex consuetudine Patrisfamilias, neque ex Regione vnde fuerit, neque ex contextu testamenti possit aperire: Concordat, l. 5. tit. 33. part. 7. & ibi Gregori. glos. 5. Sed ex consuetudine, neque ex regione, neque ex contextu scripturæ fūdationis census potest apparere quanti sint nūmi: ergo exiguiore debentur.

40 Consonat etiā, † text. expres. in l. 34. ff. de de reg. iur. ibi: Sæper in stipulationibus, & cæteris cōtractibus id sequimur, quod actum est, aut si non appareat, quid actum est, erit consequens vt id sequamur, quod in regione in qua actum est frequensatur, quid ergo si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id quod minimum est redigenda summa est. Idem probat text. in l. si servus 50. §. si numerus, ff. de leg. 1. Ergo redigenda summa est ad minimum argenti in hac redemptione faciendā.

41 Probatur quarto, † nam hæc contro-

versia quæ existit inter debitorē, & creditorem census, in qua dicit creditor maiorem summam nummorum argenteorum ei deberi solvi, debitor verò, quod nō debet solvere nisi minorem, invenitur sedata à Julian. Iur. Consult. in l. idem Iulianus 41. §. Scio, ff. de legat. 1. ibi: Scio ex facto tractatum, cum quidam duos fundos eiusdem nominis habens, legasset fundum Cornelianum, & esset alter præij maioris, alter minoris, & heres diceret minorem legatum; legatarius maiorem; vulgò ferebatur, vtique minorem eum legasse, si maiorem non potuerit docere legatarius: Ergo in præfenti minor summa argenteæ monetæ debetur, siquidem creditor non potest docere de maiori: † Nam in obsecris, quod mi- 42
nimum est sequimur, l. semper 9. ff. de reg. iur. Sigismund. Scacc. de commer. §. 2. glos. 5. num. 176. vers. Declara, ibi: Declara dicta in hoc requisito, vt quando deficerent expressio qualitatis monetæ, & deficerent etiam omnes prædicta coniectura, & qualitates, tunc ad id quod minimum est redigenda sit summa.

Probatur quintò, † nam in præsen- 43
ti obligationi debitor sensit de certo numero, ac quantitate monetæ, licet non apparet, & in hoc dubio electio est debitoris, & eius heredis, argumento sumpto, ex text. in l. si quis à filio 32. §. si quis plures, ff. de leg. 1. ibi: Si quis plures Stichos habens Stichum legaverit, si non appareat de quo Stichos senserit, quem heres elegerit debet præstare. Vbi Bartolus dicit, & glos. hoc ita fieri, quia testator sensit de certo, & dubium est de quo, & idè electio datur heredi, cui magis competit interpretari voluntatem defuncti: ergo idem erit servandum in interpretanda volūate debitoris: Siquidè in obligatione cōstat sensisse de certa moneta, & est dubiū de quāta; & idè electio erit debitoris, eiusq; heredis.

Idem probatur † in l. legato 37. §. si de 44
certo, ff. de legat. 1. ibi: Si de certo fundo sensu testator, nec appareat de quo cogitavit, electio heredis erit.

Probatur sextò, † nam quando in 45
di-

Diversis scripturis, apparent diversæ quantitates obligationis, debetur minor, text. in l. S. mpronius 48. ff. de legatis 2. ibi: *Bina tabula testamenti eisdem tēpore exemplari causa scripta, (ut vulgo fieri solet) eiusdem Patrisfamilias profertur: in alternis centū, in alternis quinquaginta auri Titio legati sunt, quæro verū centum, & quinquaginta aureos, an centum duntaxat habiturus sit? Proculus respondit, in hoc casu heredi parcendum est. Licetque utrumque legatum nullo modo debetur, sed tantummodo quinquaginta auri. Ergo in nostro casu maiori cum ratione minor summa numerorum argenti debetur, si quidem non invenitur in eadē scriptura, nec in altera maior summa scripta, (sicut in testamento fuit scripta) ac per consequens debitor suam obligationem adimplevit, dando duos ex quibus ibet nummis.*

46 Probatur septimò, † ex l. fideiussorem § 2. ff. mandati, ubi in obligatione generis liberatur quis, dando vi illimum, quod est in ipso genere, ibi: *Fideiussorem si sine adiectione bonitatis tritici, pro altero triticum spondit: quodlibet triticum dando liberari posse existimo: adeo autem non aliud triticum repetere poterit, quam quo pessimo tritico liberari se stipulatione licuit: Ergo in nostro casu debitor liberabitur dando pessimam quantitatem argenti, siquidem, spondit argentum sine adiectione quantitatis.*

47 Octavò, † & melius probatur ex text. in l. inter stipulantem 83. §. si stipulan, te. ff. de verborum obligat. ubi Iuriconsultus dando rationem suæ resolutionis concludit generalem regulam docendo, quia semper in summis id quod minus est spondens videtur, ubi glos. verbo: *Quod minus, dicit, quod in summis id sponderi videtur, quod est minus, & apparet ex verbis: ergo in nostro casu id debetur ex scriptura census, quod minus est, & quod apparet ex verbis, † idem probatur ex l. si ita stipulatus 109. ff. de verb. oblig. ibi: Quia in stipulationibus id servatur, ut quod minus esset, videtur in obligatione deductum, & comprobatur ex*

l. inter partes, §. final. ff. de re iudicata.

Probatur nonò, † & melius, in cap. ex parte 18. de censibus ubi in solutione census voti Sancto Iacobo in Hispania facti in miraculosa victoria de Clavixo, in qua Apostolus visioiliter cū Mauris propugnavit, & suo sancto Templo Cōpostellæ census mēsuræ tritici fuit promissus in perpetuū, quando nō apparet de mensura, cum qua census est solvendus, & sunt duæ mensuræ; cum minima solvendus est: Ergo solvendo minimam partem, hoc est inferioris valoris, sicut monetam æream, legitima erit redemptio.

Decimò, probatur ferè in terminis, 49 ex text. in l. Titia 38. §. Seia, ff. de aur. & argent. legat. ubi testator legavit Deo centum libras, & dubitatum fuit, an heres easolvere deberet ex auro, vel argento, vel ex ære; & decernitur ex argento esse solvendas, cum in eo Templo non nisi, aut aurea, aut argentea tantum sint dona: ecce ergo quod moneta minoris valoris debuit solvi, quamvis Deo fuit legatum relictum.

Quibus sic, ut verisimis admissis, † non obstat primum argumentum in contrarium deductum, ex l. qui duos. ff. de leg. 1. in qua datur optio legatario: nam huic legi facilè responderetur, si dicas idè in hoc legato datam fuisse electionem legatario, quia constitit de voluntate testatoris, quod volebat relinquere vnum ex suis servis, cū duos haberet, in quo casu non est necessaria interpretatio voluntatis ex parte heredis, ut dicit ibi glos. & idè datur legatario electio servi incerti ex duobus certis, quos in patrimonio habebat, † & hoc favore vltimæ voluntatis. Sed non sic in obligationibus, in quibus electio datur debitori, l. penultima, §. final. ff. de act. empt. ubi venditor plura dolia habebat, & vendidit octoginta, & ei datur electio, dummodo integra det: & ex hac lege aliud etiam delimitur argumentum in favorem meæ sententiæ, si quidem integra dat ducta Constitutionis census in exemplo à me posito. Ad

52 Ad secundum † autem eodem modo respondetur, nam *l. si servus 111. ff. de legat. 1. §. cum homo*, de qua sumitur argumentum, potest intelligi, quando heres non elegit, ut ibi dicit Glos. vel potest responderi cum *dict. l. penultima, §. final. ff. de act. empr.* ut supra solvi primum argumentum: vel melius, quia in nostra quaestione, non dubitatur de qualitate monetæ, sed de quantitate, & ideò ista lex non potest trahi in argumentum, nam in ea dubitatur qualis servus sit reddendus, an optimus, an pessimus, in quo potest esse magna differentia valoris, & estimationis: sed nō an vnus vel plures servi sint reddendi: in nostra autem disputatione contraria est disceptatio, scilicet an duo, vel plures nummi sint solvendi, & non an sint solvendi optimi, aut pessimi, nam inter nummos nulla est differentia valoris, & estimationis, sicut in servis, ex qua etiam responsione solutum manet alterum argumentum desumptum, ex *l. legato 37. ff. de legat. 1.* ultra alias solutiones à Glosis assignatas

53 Ad legem † *Qui lance 33. ff. de aur. & arg. legat.* respondetur, quod testator de minore lance sensit, ut solebat loqui, ut tenet ibi glos. *verbo Media*: vel dic ut in numero antecedenti, quod in ista leg. nō dubitatur de quantitate lancis, sed de qualitate, quod est contrariū nostro casui, & quaestioni, & ideò de illa non desumitur bonum argumētum à paritate rationis: vel melius, nam ex textu constat, quod testator habebat maximam lancem minorem, minimamq; non legavit maximā, nec minimā, sed minorem: ergo minor debetur, quia illam nominatim, & expressè legavit.

54 Non etiam obstat, † *l. cum Scicus 29. ff. de solut.* nam ibi Iurisconsultus Vlpianus tractat, quomodo dividantur species promissæ, & quantitates, & resolvit. quod obligatio specierum dividitur per quotas, ut quando promittuntur servi communis Stichus, & Pāfilus, quæ obligatio non potest dividi per numerum, nam dando vni domi-

norum Stichum, & alteri Panfilum nō est æqualis divisio, siquidem plus potest valere vnus quam alius, & ideò debent dividi per quotas: quando verò venit quantitas in obligatione, ut decem nummi, tunc sunt dividendi numero, dando vni quinque, & alteri alios quinque, & ideò postquam assignavit hanc differentiam, melius se explicando subiungit: *Sed in nummis, & oleo, & frumento, & similibus, quæ communi specie continentur apparet hoc actum, ut numero dividatur obligatio, quatenus, & commodius promissoribus stipulatoribusque est.* Qui quidem casus longè diversus est à nostro, nam in eo non disputamus, quomodo sit dividenda obligatio nummorum; sed quot quantique nummi sint solvendi ex qualibet moneta. † in ambiguis, Iudex benigniorem interpretationem sequi debet, *l. proximè post principium, ff. quæ incestam. delent. Mant. de tacit. & amb. contract. lib. 1. tit. 12. num. 4.*

DISCURSUS III.

De termini provogatione.

SUMMARIVM.

1. **T**erminus in causa summarissimis in Cathalonia est triginta dierum præcissus, & peremptorius.
2. Regia Audientia in gradu supplicationis contrarij imperij concessit ex causa Ducissa de Frias terminum sex mensium, ad probandum. Auctor contra stylum Senatus contradixit.
3. Terminus novus est concedendus in causis supplicationum, ad probandum, iuxta vulgare, non deducta deducam, non probata probabo.
4. Terminus in causis appellationum, & supplicationum est concedendus secundum Constitutiones Cathalonie, ad probandum.
5. Terminum potest provogare Iudex ex ius-

- iusta causa, ad probandum; etiam si præcisus, & peremptorius sit.*
6. *Terminus præfixus à lege ad terminandam causam, recipit interpretationem à iure, scilicet, si causa intra illum terminum potest expediri.*
 7. *Terminus præfixus, si non est sufficiens, ut causa expediri possit, expediri potest ex post.*
 8. *Lex non est imposita super impossibili.*
 9. *Terminum, decem dierum contrarij imperij etiam si sit præcisus, & peremptorius, ex causa tenetur Iudex prorogare: sed contrarium est veritas.*
 10. *Terminus qui sit de iure communi concessus, ad probandum.*
 11. *Quis terminus sit in Cathalonia, & in Regnis Castella.*
 12. *Terminum Ultramarinum concessit constitutio Cathalonie in causis plenarijs, in summarijs autem nihil de illo loquuta fuit. Et terminos præcisos, & peremptorios circumscripsit: Et iuste dubitari potest, an Ultramarinus à Iudice concedi possit in causis summarijs.*
 13. *Terminus Ultramarinus in quocumq; iudicio semel tantum, & non bis concedendus est.*
 14. *Terminus Ultramarinus in hac causa concessus fuit in prima instantia.*
 15. *Terminus Ultramarinus, videtur, posse concedi bis ex causa iuxta legem.*
 16. *Causa iusta, quæ sit expenditur.*
 17. *Causæ iustæ dilationis Ultramarinæ referuntur à Fontanella.*
 18. *Termini Ultramarini prorogatio non est commissa iudicis arbitrio; sed potius denegatum à lege arbitrium.*
 19. *Arbitrium Iudicis non extenditur, ut faciat quod sibi placuerit.*
 20. *Confirmatur doctrina Fontanella, & melius sententia Divi Ambrosij.*
 21. *Verba legis primæ, C. de dilati. exponuntur, ne Iudices faciliè amplius quam semel terminum Ultramarinum concedant, nec vlla trahendi arte decipiantur à partibus.*
 22. *Dilatio, quando est concedenda, non potest excedere terminum à lege, vel statuto constitutum.*
 23. *Dilatio, quando sit concedenda cum urgentissima causa, debet esse, quanta tempus impeditenti dura verit.*
 24. *Terminus decem dierum contrarij imperij ad probandum prorogari non potest: nam est constitutarius, & solus Rex in Curijs potest Constitutiones variare, quæ loquuntur super terminis concessis ad probandum.*
 25. *Terminus Ultramarinus est valde suspectus, & contra bonum publicum: & non debet concedi nisi in casibus in Constitutionibus expressis, sine extensione ad alios.*
 26. *Iudicium summarissimum interdicti interim cæteris præstantior est, maioribusque fulcitur privilegijs.*
 27. *Minor, si non probavit in iudicio interim, non restituitur ad versus omnissimam probationem.*
 28. *Et si petat restitutionem in hoc iudicio, Senatus non facit formiter provisionem, restitutionem denegando: sed prætensionem repellit Cruce Sanctæ Eulalie.*
 29. *Minor, si non appellavit, vel supplicavit in hoc iudicio, non restituitur ad supplicandum.*
 30. *Oppositiones contra testes in hoc iudicio non possunt admitti.*
 31. *Dilatio nulla datur ad probandum in hoc iudicio in gradu supplicationis.*
 32. *Exceptio falsitatis in iudicio interim non admittitur.*
 33. *Iudicium summarissimum interim est modici præiudicij.*
 34. *Etiam si in causa possessoria de re magni valoris agatur.*
 35. *Beneficio celeritatis quod inventum est, non debet subdi iniurijs tarditatis.*
 26. *Iudicio in summarissimo interim non conceduntur remissiones ad partes, ne manutentio retardetur: Et si aliquo casu illæ concedantur, non sunt expectanda, & manutentio declarari debet.*
 37. *Dilatio, ut concedatur in iudicio possessorio interim, non potest considerari, nec inventi causa iusta.*

An in iudicio summarissimo interim admittantur omnes exceptiones, vel tantum, quæ incontinenti probari possint.

38. Exceptiones, quæ qualitates respiciunt, si incontinenti probari possunt, sunt admittendæ in iudicio summarissimo, remissi vè.

39. Exceptiones in hoc iudicio admittantur, quæ sunt liquidæ, claræ, ac notoriæ, & probatione non indigent, nequè aliquo modo causam, & iudicem offuscant.

40. Quæ sunt intricatæ, & incontinenti liquidari non possunt, alij iudicio sunt reservandæ.

41. Verbum incontinenti idem dicit quod illicò, protinus, & sine cunctatione.

42. Et quod fit inera tres dies, & aliquando intra unum, antequam ad actus extraneos convertatur.

43. Etiam est intelligendum, de termino à lege, vel statuto concessio, ad probandum.

44. Incontinenti, non dicitur in iudicio summarissimo, quando exceptio obijcitur, ad cuius discussionem necessaria est testium probatio, vel exhibitio instrumentorum antiquorum, & n. 45. & 46.

47. Quid sit incontinenti, declarat Constitutio Hac nostra, titol disolt lo matrimoni.

48. Incontinenti in ampliori sententia dicit terminum, à lege statutum ad probandum.

49. Decisio Senatus Cathalonie.

50. Respondetur primo argumento in contrarium deducto.

51. Terminus decem dierum contrarij imperij à Senatu prorogari solet, parte consentiente, non autem contradicente.

52. Respondetur sententiæ Cancery, & quarto argumento.

53. Respondetur quinto.

54. Regia provisio in hac causa, in qua fuit decisum, in iudicio summarissimo possessorio non posse prorogari terminum decem dierum contrarij imperij, ad probandum.

55. Regia provisio agit de responsionibus personalibus.

56. Responsiones personales fuerunt petite ab adversarijs.

57. Responsiones personales possunt peti pendente dilatione decem dierum contrarij imperij, etiam in causa interditi summarissimi interim.

58. Responsionibus personalibus non teneri personaliter respondere Ducissæ de Medina, fuit præsum: quia Procurator Ducissæ de Frias non habebat specialissimum, & indiduum mandatum, ab sic, & sic articulandum, vel ponendum.

59. Decisio Senatus.

60. Terminus decem dierum contrarij imperij parte opponente prorogari non potest: nec testes recipi dictis decem diebus elapsis, nisi essent citati, & iurati intra dictam dilationem decem dierum.

61. Index ex causa potest tempus instantiæ prorogare.

62. Sed hoc non procedit in dilatione decem dierum concessa ad probandum in causis contrarij imperij, si de modico præiudicio agatur.

63. Interdictum interim est modici præiudicij, etiam quando de eo agitur in vim Constitutionum Hac nostra, & finalis: & idè non potest prorogari terminus decem dierum contrarij imperij.

64. Decisio Senatus, in qua fuit declaratum, non esse locum prorogationi decem dierum contrarij imperij, nec dilationi ultramarina, & 65.

66. Idem fuit decisum in alijs petitis.

67. Nec pro compulsandis instrumentis.

68. Nec pro alijs petitis.

69. Nec quo ad estimationem bonorum, & alias res petitas.

Provisio Regij Senatus, de qua fit mentio in hoc discursu.



DISCVRSVS III.

De termini prorogatione.

AN DE IVRE TERMINUS ultramarinus, vel quasi, concedatur, quando probationes recipienda sunt extra Provinciam, & quibus in causis: Et si semel fuerit concessus, an iterum concedi possit: & decem dierum contrarij imperij prorogari?

S. I.

AN IN IVDITIO SUM-marissimo interim admittantur omnes exceptiones, vel tantum, qua incontinenti probari possint? & quid dicatur incontinenti?

IN Cathalonia, † iudicium summarium interim debet terminari intra terminum triginta dierum præcisum, & peremptoriū; sed hæc causa nec intra septem annos terminata fuit, licet dictum remedium fuit imploratum. Tandem à Regia Provisione fuit à partibus respectivè supplicatū; & pro parte Ducis de Frias schedula cum 1391. articulis fuit oblata: & ad probandum in Regnis Castellæ, Valentia, & Cathalonie competentè terminum flagitavit; & in calce schedulæ fuit à Consilio provisus sex mensium cum causa. Ego mirabar de tali provisione, cum meo videri, non posset concedi; † sed omnes Advocati vna voce testabantur, de stylo Senatū in causis summarissimis possessorijs, terminum iuxta suum arbitrium posse cōcedere,

prorogando decem dierum supplicationis contrarij imperij. Pars autem adversa nondum cum dicto termino contenta, pro nunc biennium petijt, & duos menses ad expeditionem litterarum. Cum ego impatienter ferrem, contra omnium dictamen contradictionem assumpsi, allegationemque cōfeci, qua victoriam fui consequutus, denegante Senatu terminum ab adversario petitum, vt in Regia Provisione infra ponenda, poterit videri Et vt stylum icholasticū cœptū, quem in hoc opere assumpsi non relinquam, illum prosequendo, videtur: pro parte affirmativa, scilicet, terminum ultramarinum semel concessum, iterū posse concedi, prorogarique arbitrio Consilij decem dierum contrarij imperij, facere sequentia.

Primò, † cautia de qua tractatur est in gradu supplicationis secundæ instantiæ, vt tenet Constitutio 11. tit. de supplic. de sentent. & Const. 16. tit. de appell. sed est certissimū, quod in causis supplicationum debet concedi novus terminus ad probandum, iuxta axioma vulgare, non deducta deducam, non probata probabo, l. per hanc, Cod. de tempor. appellat. Cancer. var. part. 1. cap. 20. num. 28. Codex Fabr. lib. 4. tit. 15. definit. 39. Mascard. de probat. conclus. 118. Olaf. decis. 14. Magon. decis. Lucen. 53. num. 12. Giurb. decis. 108. num. 1. Fontan. decis. 317. num. 14. Ergo debet concedi.

Secundò, in hoc Principatu † infamabilis est hæc doctrina; cuius Constitutiones expressè terminos in causis appellationis, & supplicationis, tam in definitivis, quàm interlocutorijs assignant, vt potest videri in Const. 17. tit. de appellat. & Const. 11. tit. de supplicat. & in iudicio summarissimo ita praxis ordinaria, & quotidiana docet: Ergo.

Tertiò, † Iudex potest prorogare terminum ad probandū ex iusta causa, ampliarique dilationem, etiam si præcisus, & peremptorius sit, vt tenet Cancer. part. 1. cap. 20. num. 109. & part. 3. cap. 18. num. 109. Ioan. Ant. ab Eccle.

fia part. 1. obser. 53. num. 21. Fontan. decis. 21. num. 6. cum sequentibus, Xammar de officio iudic. part. 1. quest. 6. à num. 93. Fermos. cap. 1. quest. 2. à nu. 7. & quest. 3. à num. 2. de dilat. Nob. D. de Cortiada decis. 21. num. 29.

6 Quartò, † causa iusta, propterquã potest, & debet Senatus terminum prorogationum prorogare, est explicata à Fontan. d. decis. 21. num. 3. ibi: Et signanter, quia quando pro aliqua causa terminanda, & decidenda præfigitur aliquis terminus, ille terminus, & illius præfixio debent recipere interpretationem à iure, scilicet, si causa intra illum terminum potest expediri, vt probat Abbas in cap. venerabilis penultimo num. 10. de iudic. & Iason in l. præparandum num. 26. limit. 5. Cod. de iudic. Ioan. Petr. de Ferrat. optimè in sua praxi tit. de forma product. instrument. ver. in termino num. 2. & 3. Alexander conf. 2. in prin. vers. Nam ubicumque alter. lib. 3. Ram. conf. 443. nu. 1. & 2. Hypolit. de Marfil sing. 384. & Hypolit. Riminald. conf. 119. in fin. lib. 2. Quando † enim actus intra terminum præfixum expediri non potest, expediri potest, ex post. l. fin. Cod. de adult. Nec † lex debet esse impossita super impossibili: Sed sic est, quod nihil in iudicio est tam impossibile, quàm in tribus Regnis probare 1391. articulos, & recipere super illis responsa personalia, producerèque infinita instrumenta ex dictis Regnis, vt rotum est petitum: ergo debet concedi terminus ultramarinus peritus, prorogando terminum decem dierum contrarij imperij, arbitrio Senatus.

9 Quintò, † in terminis prorogationis termini decem dierum contrarij imperij, etiam si sint præcisi, & peremptorij, quod teneatur Iudex ex causa prorogare, tenet Cancer. part. 1. cap. 20. nu. 109. & part. 3. cap. 18. à num. 107. D. Amigant in prax. rubr. 16. n. 32.

Hæc omnia † dicta sunt: vt opposita iuxta se posita magis elucescant. l. vnica, §. & cū triplici in principio, Cod. de caduc. tollend. A. illo. 2. de celo: & veritas, quæ debet refulgere est, quæ contra-

rium asserit, & negativam amplectitur sententiam, quæ ex intra dicendis patet.

Primò, † suppono, ex iure communi, termini extraordinarij conceduntur ad probandam intentionem, attendendo ad partes in quibus probationes sunt faciendæ; nam intra Provinciam tres menses sunt concessi; extra Provinciam sex, & ultramare novem, vt extat decretum in l. 1. Cod. de dilatione, † In Cathalonia in causis plenarijs, 11 intra Provinciam tres menses constitutio concedit, extra Provinciam sex, & ultramare decem & octo, & in Regnis Piru biennium, Ripoll in practica rubri. 14. num. 2. & 16. in Regnis Castellæ termini vnicuique causæ sunt assignati, quos refert Paz in praxi latè, & clarissimè iudicia distinguens.

Terminum, † ultramarinū Constitutio huius Principatus concessit in causis plenarijs; in summarijs autem nihil de illo loquuta fuit; & terminos præcisos, & peremptorios circumscripsit; & cum non sit concessus ultramarinus iustè dubitari potest, an à Iudice sit concedendus; in quo non immoror cum mei instituti non sit; nam iudiciū in quo versamur, est summarissimum interim, quod magnis fruitur privilegijs. † Sed quodcumque sit iudiciū, in quo concedatur, semel tantū, & nō bis cōcedi potest, vt est decisū ab Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano in d. l. 1. Cod. de dilatione. cuius verba sunt hæc: Quoniam plerumque evenit, vt Iudex instrumentorum, vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur: spatium instructionis exhibendæ postulatū dari convenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum, vt si ex ea Provincia vbi lis agitur, vel persona, vel instrumenta poscantur, non amplius, quam tres menses indulgeantur; si vero ex continentibus Provincijs, sex menses custodiri iustitia est. In ultramarina autem dilatione computari oportebit. Quod ita constitutum iudicantes sentire debebunt, vt hac ratione non sibi concessum intelligant dante

da dilationis arbitrium, sed eandem dilationem, si verum urgentissima ratio flagita verit, & necessitas desiderata instructionis exegerit, non facile (& ait glol. in verbo facile, id est, quod facile, & temerariū esset, dari ultra quam semel pro singulis causis) amplius quam semel, nec vlla trahendi arte sciant esse tribuendam. Ecce legem, in qua expressè prohibetur amplius quam semel dilationē ultramarinā esse tribuendā. † In hac enim lite in prima instantia cōcessus fuit terminus ultramarinus ex partiū consensu, licet constitutarius erat triginta dierū tantum præcisus, & peremptorius; in quo vnaqueq; pars, quod sibi convenit, probavit: ergo secunda hæc dilatio concedi non potest.

14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

Secundò, † si dixeris ex causa, iuxta istam legem, secundam dilationem posse concedi, ibi: *Sed eandem dilationem, si verum urgentissima ratio flagita verit, & necessitas desiderata instructionis exegerit.* Attendere debes ad gradum superlativum *urgentissima*, quo Imperatores causam cognoverūt: † & qualis sit ista quætere tenemur. Invenimus illam explicatam in Sicard. cæterisque scribentibus in d. l. 1. Cod. de dilation. num. 12. qui sic ait: *Videmus secundam dilationem non posse dari sine plena causa cognitione. Et quid observandum est in hac cognitione? Emergens impedimentum: debet enim docere petens secundam dilationem, se fuisse in prima impedimentum morbo, absentia testium, vel alia iusta causa.*

Tertiò, † optimè in terminis dilationis ultramarinæ, & ad saturitatem docet istam causam, Fontan. decis. 163. num. 1. ibi: *In hac materia dilationis ultramarinæ, quam prosequimur ex decisionibus antecedentibus adnota hæc pauca, ad illius proxim per Senatū decisa. Primum, quod semel tantum est concedenda, ut disponit Imperator in l. 1. Cod. de dilatio. sed si impeditus fuerit is, qui obtinuit hanc dilationem suas probationes in loco ultramarino casu fortuito (puta propter guerras, vel quia non se obtulit occasio, mutandi litte-*

ras ad probationes faciendas, aut alias) tunc clarum est, quod foret ei tempus prorogandū, & seu aliud concedendum: Sed nullum ex his impedimentis, nec alias habuit pars adversa ad probandum, quin potius probavit, quod sibi libuit: ergo secunda dilatio non est concedenda.

Sed iterum dices, † hoc arbitrio iudicis esse commissum, sed ne hac propositione decipiaris attende, Iudicem in hoc nullum arbitrium habere, nam ei penitus illud Imperatores sustulerunt in illis verbis prædictæ legis 1. *Quod ita constitutū iudicantes sentire debent, ut hac ratione non sibi concessum intelligant danda dilationis arbitrium.*

Et si iudicaveris, † adhuc Iudicem in his causis iudicandis arbitrium habere, nō intelligas, hoc arbitrium verari in faciendo, quod sibi placuerit, & audi, Fontan. decis. 65. num. 9. ibi: *Dixi, † qui consideratis circumstantiis id prudenter æstimabis, ne arbitreris in manu iudicis esse, facere læsionem enormissimam eam, quā voluerit, & arbitrari pro ut sibi placuerit, ut locus sit huic remedio taliter, quod nec de hoc à quopiam reprehendi valeat in vim illius doctrina, quod in arbitrariis Iudex de eo quod fecit redargui non potest, sed semper presumitur moveri ex iusta causa. Melius omnibus, Ecclesiæ Sanctæ lumen Divus Ambrosius in cap. iudicet. 3. quest. 7. relatus, ibi: *Bonus Iudex nihil ex arbitrio sua facit, & domesticæ proposito voluntatis sed iuxta leges, & iura pronunciat.**

Urgentissimam † necessitatem probandi illos 1391. articulos pars adversa perorabat, ut sibi secunda dilatio cōcederetur, variisque fallacilibus doctrinis, blandaque arte conabatur id iudicibus suadere; sed ego ad illam terminandam, & repellendam, adhuc verbis Imperatoris eram munitus, ibi: *Sed eandem dilationem, si verum urgentissima ratio flagita verit, & necessitas desiderata instructionis exegerit, nō facile amplius quam semel, nec vlla trahendi arte sciant esse tribuendam: Et in memoriam revocabam verba Glor. ibi: *Quid facile**

silè, & temerarium esset dari ultra quam semel pro singulis causis.

- 22 Dicebam etiam, † terminum contrarij imperij ad probandum in causa supplicationis esse decem dierum, iuxta Constitutiones Cathalonix: & casu quo prorogatio, seu secunda dilatio esset concedenda, non poterat excedere metam decem dierum, à Constitutionibus concessam: & hoc significat illa verba dict. l. 1. ibi: *Sed eandem dilationem, primam non excessuram, & ita docet Bart. in l. fin. ff. de ferijs, Salicet. in l. 1. Cod. de dilat. Eruditissimus ac Nobil. D. de Cortiada decis. 21. num. 30. & 31. & decis. 26. num. 96. vbi refert multas decisiones Senatus, Cælius Vgo conf. 51. n. 5. & 8. † sed Sicard. loco cit. n. 14. ait cum vrgentissima causa impedi-
23 menti tantam temporis dilationem esse concedendam, quantam tempus impediementi duraverit, ibi: *Sanior est sententia aliorum, vt Bart. in d. l. fin. ff. eodem, & Salicet hic; quod sit danda tanti temporis dilatio, quanto fuit impediementum probatum. Et cum pars aduersa non habuisset impediementum ad probandum in prima instatia, sed potius, quidquid voluit probavit, hinc sequitur, quod nec terminus vnus horæ sit illi concedendus.**
- 24 Corroboratur prædicta conclusio; † nam terminus decem dierum contrarij imperij, ad probandum est precisus, & peremptorius, qui prorogari non potest, nam solus Rex noster Catholicus in Curijs potest Constitutiones variare, quæ loquuntur super terminis concessis ad probandum, Fontanel. decis. 161. num. 15. loquens de prorogatione termini constitutarij, sic ait: *Supra Constitutiones nullus præter Regem, & Curiam habet potestatem, vt est notum, & est de hoc tot. tit. de interpret. constitut. cum alijs similib. Nob. Amigant. in praxi rubr. 14. num. 36. Et per totam decisionem Fontan. loquens de dilationibus vltimarum, tædio habet illas, † dicitque
25 valdè esse suspectas, & contra bonum publicum, magna que cum circumspe-*

ctione esse concedendas, & tanquam odiosæ, & quæ solum dilationes, & immortalitatem litium respiciunt, non debent concedi, nisi in casibus in Constitutionibus expressis, sine extensione ad alios: & ita non debet extendi ad causas summarias, quibus constitutio non concessit, vt supra notavi num. 12.

Omnia hucusque dicta intelligunt DD. in litibus ordinarijs, seu possessorijs plenarijs; at autem in summarissimis, & specialiter interdicti interim, hoc sine difficultate procedit, cum hoc remedium inter omnes admodum privilegiatum sit.

Primum privilegium, † si minor in hoc iudicio non probavit, non conceditur illi restitutio in integrum aduersus omissam probationem, D. Covarr. practicar. cap. 17. num. 4. vers. Sextum, qui loquens de dicta restitutione, sic ait: *Quam nec peti, nec concedi vsquam ipse vidi hoc in Granatensi Auditorio, tamen si minor laesus in iudicio possessorio, quod principaliter tractatur sit restituendus, Caldas Pereira ad l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. verbo, vel aduersarij dolo, num. 19. in fine iuncto num. 13. circa medium, Menoch. de retin. possess. rem. vltimo, num. 54. Capic. decis. 13. num. 55. Benitent. decis. 79. num. 8. Fontan. de pact. claus. 7. glos. 3. pars. 10. nu. 68. cum decis. Senatus, quæ sic se habet: *Attento merito huius interdicti interim sunt momentanea, & modici præiudicij, & constat minoribus, seu illis, qui illorum privilegio gaudent, non competere restitutionis beneficium in rebus, & actibus modici præiudicij: ideo fuit denegata restitutio, Ripoll & Amigant ad Peguer. in praxi rubr. 14. num. 69. & rubr. 20. num. 18. qui refert decis. Senatus in gradu supplicationis contrarij imperij.**

Et in tantum hoc est verum, † quod iam Senatus in altercato restitutionis in integrum à minoribus petita in dicto iudicio possessorio interim, non procedit, nec provisionem formiter facit, restitutionem denegando; sed prætensionem repellit, signando scheidulam

idulam Cruce \times Sãctæ Eulaliæ, vt fuit factum anno 1670. inter pupillum Villar, & Vniuersitatem S. Forni referente Fabricio Pons, Notar. Condor. Et iterum inter Misser Felix Graells, & Vniuersitatē Martorell, Relatore Mag. Aleny, Not. Fabra.

29 Secundum, † si minor non appellavit, vel supplicavit, non ei conceditur restitutio in integrum ad supplicandum, Ripoll, & Nob. Amigant ad Peguer. d. rubr. 14. num. 69. in fine.

30 Tertium, † in hoc iudicio summarissimo interim, non possunt opponi defensus contra testes D. Covarr. vbi supra vers. Septimum, Fontan. d. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 70. Grat. discept. cap. 310. num. 70. & 384. num. 23. Peregr. de fideicommiss. artic. 46. num. 34. Posth. de manut. obser. 96. num. 1. Amigant d. rubr. 20. num. 15. & 16.

31 Quartum, † in gradu supplicationis huius interdicti, in qua nostra causa existit, nulla datur dilatio ad probandum, qui est noster casus, vt in terminis docet, D. Covarr. loco citato, vers. Octavo, ita expressè, & eleganter: *Nulla datur in hoc supplicationis iudicio ad probandum dilatio, satis enim est, ad summariam cognitionem semel datam fuisse dilationem ad probandum, alioquin esset huius cause examen omninò plenarium, & ordinaria cognitioni simile: quem Doctorem semper, & præcipuè in materia summarissimi interim, laudat Fontan. dict. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 53. qui de illo sic loquitur, ibi: Idem enim est, vt est doctrina clara Didaci, qui est Princeps huius materiae interpres.*

32 Quintum, † in hoc iudicio non admittitur exceptio falsitatis contra instrumenta in illo producta, Covarr. ibi vers. Nonò.

33 Ultra rationem † quam supra attulit Covarr. ibi: *Alioquin esset huius cause examen omninò plenarium, & ordinaria cognitioni simile, aliam potissimam reddunt DD. scilicet, quia in hoc possessorio summarissimo agitur de modico præiudicio, & temporali, l. unica, c. si*

de momentanea possessione. Posth. de manut. obser. 106. num. 55. & 57. & decis. 549. num. 2. post tracta. qui plurimos refert. Fontan. de pact. claus. 4. glos. 18. part. 4. num. 6. & claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 68. vbi decisionem Senatus supra retulimus, & num. 76. Ripol. var. cap. 5. num. 243. in fine. & ad Peguer. rubr. 20. num. 16. Riminaldo conf. 273. ex num. 66.

Et hoc † locum habet, etiam si in causa possessoria de re magni valoris agatur, vt in præsentì tractatur de Statu Ducatus Cardonæ, Posth. d. obser. 106 num. 56.

35 Aliam † iubilem rationem reddit, Cujac. in rubr. d. l. unica, c. si de momentanea possessione, ibi: *Ne quod beneficio celeritatis inventum est, sub datur in iuris tarditatis.* Et hæc ratio cum Covarr. simbolizatur. † Et propter istas Rota Romana ex stylo in hoc iudicio summarissimo remissorias ad partes non concedit, ne manutentio retardetur: & si aliquo casu illas concedit, non eas spectat, & manutentionem declarat, ita Posth. obser. 94. num. 1. vsque ad 6.

37 Et his omnibus firmissimè deducitur, † quod in hoc iudicio summarissimo possessorio interim non possit considerari, nec inveniri causa iusta, propter quam Iudex moveri possit ad concedendum in secunda instantia, semel saltè iam concesso in prima, terminum ad probandum, seu prorogandum à lege, vel statu concessum, præcipuè quando est præcilius, & peremptorius, vt est decem dierum contrarij imperij: & maiori cum ratione terminum vltimatum, & adhuc ampliorem, vt in hac causa est petitus: Et si minori non conceditur in illo restitutio in integrum, quia nulla ex causa dicitur læsus; quomodo poterit maiori non læso concedi, nec legitimè impedito? Et si fortè concederetur, clarè deduceretur, hoc iudicium longius, magisque molestum esse, quam ordinarium, & posset dici, quod cum beneficio celeritatis fuerit inventum, verum sit iniuriosum

fum tarditatis, & cavillationibus plenum.

§. II.

AN IN IUDICIO SUM-
marissimo interim admittantur
omnes exceptiones, vel tantum,
quæ incontinenti probari pos-
sint, & quid dicatur
incontinenti?

- 38 **S**Vpra in discurs. 3. lib. 1. latè egimus de compensationibus, quas probavimus non esse admittendas, sed alij iudicio esse reservandas, & discurs. 4. totum hoc opus implebimus, ubi invenire poteris ad saturitatem, quæ circa hanc materiam desiderare cupis: ibi enim dixi, eas tantum exceptiones esse admittendas, quæ qualitates respiciunt, si incontinenti probari possunt, secus si non. Nunc autem disputandum venit, quid dicatur *incontinenti*, & quomodo hic terminus in iure ad hoc iudiciũ fit intelligendus. † Et prius est supponendum, illas exceptiones in hoc iudicio admitti, quæ sunt liquidæ, claræ, ac notoriæ, & probatione non indigent, nequè aliquo modo causam, & iudicem offuscant, ut docet Post. observ. 42. num. 140. ibi: *Semper admittitur exceptio respiciens merita, seu dominium, & petitorium, seu possessorium plenarium seu nõ iuris possessorij, vel dominij alterius: ubi est liquida, clara, & notoria, & non eget probatione, nequè aliquo modo offuscatur, Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 753. Gratian. discept. forens. cap. 264. num. 40. & cap. 384. num. 9. † Sed quæ sunt intricatæ, & quæ incontinenti liquidari non possunt, alij iudicio sunt reservandæ; quia in factis, & in iure dubiæ altiore perunt indaginem, l. fin. C. de compensat. Ferrer in Constit. Hac nostra, temp. 1. declarat. 1. num. 18. & 19. & 20. Ramon conf. 50. num. 20. & 28. Salgad. de Regia protest. part. 2. cap. 18. nu. 62. Castil. con-*

tro vers. lib. 3. cap. 24. num. 94. & 95. Rot. Rom. decis. 94. num. 41. part. 7. apud Rub. & decis. 188. num. 9. & decis. 356. n. 12. eadem part. 7. Ant. Amat. resol. part. 1. resolut. 39. num. 87. Posth. observ. 94. num. 4. & 5.

Itaque † hoc verbum *incontinenti*, 41
idem dicit, quod *illico, protinus, & sine cunctatione*, Menoch. de recuper. possess. rem. 1. nu. 253. † & quod fit intra tres 42
dies, & aliquando intra unum, antequam ad actus extraneos convertatur, Menoch. ibi num. 255. & num. 257 qui loquitur in terminis summarissimi possessorij.

Latè agit † de hac materia Ang. 43
Barbol. variar. dicti. vsufrequent. dictio. 153. qui dicit esse intelligendum de termino à lege, vel statuto concessio ad probandum (quod in hoc casu est intelligendum de termino decem dierum contrarij imperij.)

Nõ enim dicitur: † *incontinenti in iudicio* 44
*sũma iustissimo, quãdo exceptio obijceretur, ad cuius discussionẽ necessaria foret testium probatio, vel exhibitio instrumentorum antiquorum, ut in hac lite petebantur, optimè Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 12. nu. 1. ibi: Missio in possessionem, quæ heredi conceditur ex Edict. Div. Adriani impediri non potest per illas exceptiones, quæ requirunt altiorẽ indaginem, & num. 4. sic ait: Sed dubitari contingit, quod tempus indulgendum sit, ut incontinenti fieri dicatur? Et brevè al quod spatium esse arbitrio iudicis dãdum crebrius nostri scribunt, & inferius: Hic autem Index ex multorum, traditionibus arbitrari poterit illud incontinenti dici, quando longa dilatio danda non esset. † Si enim exceptio 45
obijceretur ad cuius discussionem necesse foret testes examinare, vel instrumenta antiqua, super quibus disputandum esset producere, non posset dici probatio incontinenti oblata; idem Menoch. cas. 17. num. 8. in fin. † Erit tamen quod animadvertat hic 46
noster Iudex, satis dici incontinenti, si aliud instrumentum publicum solutionis ostendat: & ex intervallo dici, cum super illa exceptione examinandi sunt testes.*

47 In nostris terminis † Constitutionis *Hæc nostra* mirificè declarat ipsamet Constitutio, quid sit *incontinenti*: nam dicit, quod mulier mortuo viro *incontinenti* post eius mortem possideat bona mariti, quam Constitutionem declaravit altera constitutio finalis, & dixit, tali modo quod possessio dictorum bonorum immediatè, & sine ministerio alicuius personæ censeatur translata in favorem dictæ vxoris: ex quibus constat, illud verbum, *incontinenti*, necdum medium temporis admittere iuxta efficaciam suæ celeritatis.

48 Et quando magis, † terminum huius verbi *incontinenti* extendunt, ad admittendas, & probandas exceptiones est ad terminum à iure assignatum instantiæ, qui est decem dierum contrarij imperij in Catalonia, vt in explanatione, l. 45. Tauri Castellæ, quæ est ad similitudinem Constitutionum *Hæc nostra*, y final. huius Principatus, quæ etiam transfert possessionem civilem, & naturalem ab instanti vltimi maioratus possessoris ipso iure, docet Molin. lib. 3. de primog. cap. 13. num. 16. & sic ait: *Dicitur autem exceptiones huiusmodi incontinenti probari, quando intra terminum à iure assignatum instantiæ, & processus principali probantur. & interius; Admittuntur namque in hoc remedio possessorio, quod ex l. 45. Taur. maioratus successori competit omnes exceptiones concludentes, cum non esse verum, ac legitimam successorem, etiam si proprietatis causam contingant: dummodo de eis possit plene constare intra terminum dicto iudicio summario à legibus Regiæ præstitum, nec altiores indaginem requirant.* Et eius additio, ibi d. num. 15. & 16. qui allegant decis. Rotæ per Farin. 526. num. 8. part. 1. in notissim. & 614. num. 4. part. 1. recentior. eadem Rotæ decis. 249. num. 7. in recolect. per Ludovic. Cenci. de cens. D. Ioseph Bela. dissert. 14. num. 8. & 9. †

49 Et iuxta istas doctrinas sæpè sæpius hic Senatus iudicavit, & signoanter in causa inter Syndicum huius Civitatis Barcinonæ, & Franciscū Reverter, Hyacin-

thum Segrera, & alij creditores eiusdè Civitatis: Cum ergo pars adversa fateatur intra terminum decem dierum à Cōstitutione assignatum, suas exceptiones probare nō posse, nec instrumenta producere, & biennio, & duobus mensibus pro nunc egere, ad probandum, & producendum; consequens est, dictum terminum decem dierum non esse prorogandum, prorogationemque petitam esse denegandam, provt fuit denegata in dicta provisione Regia infra transcribenda, in qua victoriam suam consequutus, magna cum laude Senatorum illius Aulæ, qua silentium fuit tantis cavilationibus, & dilationibus impositum, quibus absque dubio licem immortalem facerent, & illa mediante à mortuis suscitavit, bonumque exitum, ac foelicem promissit, vt speratur: Deus dirigat, Amen.

Argumenta, † in contrariū opposita sic diluuntur. Primum locum habet in causis ordinarijs, & plenarijs, in quibus Constitutiones, & leges iuxta statuta cuiuscumque Provinciæ, habent terminos præfixos ad probandum in prima instantia non probata; non autè in summarijs executivis possessorijs, & præcipuè *interim*, in quibus prorogatio non admittitur, propter rationes supra assignatas: currat itaque vnaquæque causa secundum suam naturam, & non præposterentur, ordinariam sicut possessoriam regulando, nec è contra, ne vtraque adversum finem, ac exitum habeant.

Maiorem secundi argumenti concedendo, † negatur minor, nam in iudicio contradictorio numquam praxis obtinuit prorogationem in his iudicijs: partibus autem consentientibus multa exempla inveniuntur, in quibus sit concessa, vt in ista causa, Ducissa inaudita, Provisione facta, in calce schedulæ factò verbo Senatus se mette concessit: parte vero contradicente revocavit, & in totum denegavit, sine prorogatione vnus horum; vt ego defendebam, & omnes mirabantur, &

existimabant, aliquem terminum arbitrarium saltem sex mensium concessum, esse confirmandum: hoc attento motivo: *parte verò contradicente*, vt ex Regia Provisione constat omninò fuit denegatum.

§2 Tertio, † Doctrina Cancerij munito, responderetur, quod ibi tanquam advocatus, dicit, consuluisse; sed quia pars contradixit, non asserit obtinuisse, sed partes concordasse, & ita caret decisione sua consultatio; & contraria iam iam in Senatu in posterum invenietur, qua multę cavillationes, malitio sequę dilationes locum non habebunt, quę magnas vexationes partibus afferebant. Ceteri vero DD. citati loquuntur in alijs causis ordinarijs, non vero in summarissimis. Et idē respondeo ad doctrinas quarti argumenti.

§3 Ad quintum, † idē responsum adhibeo, & ibi loquitur Cancer. in terminis contrarij imperij in causa ordinaria, in qua maximum preiuditiū pars sentire posset, non probando, in nostro vero interdicto *interim* agitur de modico preiudicio; & tandē, vt dixi, fuit consultatio Advocati, sed nō resolutio Doctoris, nec decisio Senatus, vt eam iam habemus. Et vt omnibus pateat prædicta Regia Provisio, sic se habet.

SEQVITVR REGIA PRO-
visio in causa Ducatus
Cardonæ.

An in iudicio summarissimo possessorio possit prorogari dilatio decem dierum contrarij imperij ad probandum, &c.

§4 DIE 28. Septembris † 1677. Viso processu, & partium altercatis: an Admodum Illustris Domna Catharina Antonia Folch de Cardona, & Aragon, olim Fernandez de Cordova, Du-

cissa Sugurbi, Lermæ, de Medinacelli, & Alcalà, vxor Admodum Illustr. Domni Ioannis, Francisci, Thomæ, Laurentij Folch de Cardona, & Aragon, olim Fernandez de Cordova, Ducis de Medinacelli, Alcalà, Sugurbi, & Lermæ, debeat respondere personalitèr medio iuramento, sine instructore per verbum Credit, vel non Credit super articulis pro parte Admodum Illustris Domnæ Mariæ Theresiæ de Benavides, vxoris in secundis nuptijs Illustris Domni Innici Melchioris Fernandez de Velasco & Tobar, Comesabilis Castellæ, Ducis de Frias, & in primis Admodum Illustris Domni Ludovici Folch de Cardona, & Aragon, olim de Cordova, Ducis Sugurbi & Cardonæ 11. Martij præsentis anni oblatis; & an sit locus probationi dictorum articulorum per testes, prorogationique dilationis decem dierum contrarij imperij, ac concessioni dilationis vltimarinarum propter magnum numerum 1391. dictorum articulorum faciendæ, tum in Regnis Castellæ, & Valentia, quam in Principatu Cathalonix: Et an sit locus visuræ, seu inspectioni oculorum pro pratensis melioramentis, tam necessarijs, quàm vtilibus per dictum Admodum Illustrum Ducem Domnum Ludovicum in Statibus Sugurbi, Cardonæ, & Comares factis. Et an sit mandandum Archivarijs archivi Status de Comares, & Computatoribus dicti Status, & alijs, quibus spectet dent copiam authenticam computorum ab Archivarijs, & Præfectis dicti Status de Comares ab anno 1630. vsque ad annum 1651. & ab anno 1669. vsque ad annum 1674. receptorum, & mandandum Archivarijs, & Præfectis, ac Computatoribus Status de Lerma, dent copiam authenticam computorum à dictis Archivarijs, & Præfectis receptorum ab anno 1635. vsque ad annum 1659. & mandandum Præfectis, & Archivarijs Status Sugurbi dent copiam authenticam computorum ab anno 1640. vsque ad annum

receptorum: ac etiam mandandum Notarijs Ducatum Sugurbi, Lermæ, & Marchionatus de Comares, & alijs, quibus spectet, dent copiam authenticam actorum, creationum, & iudiciorum censuum, apocharum, & aliorum instrumentorum pro iustificatione censuum in dictis articulis memoratorum. Et an sit locus æstimationi mobilium in inventarijs factis in Principatu Cathalonæ, in Villa Martiti, & in Civitatibus Sugurbi, & Lucenæ continuatorum; nominationeque expertorum in partibus nominandorum, prout ita fieri petatum fuit per dictam admodum Illustram Ducissam Domnam Mariam Theresiam de Benavides; quibus exitit contradictum per dictam Admodum Illustram Ducissam Domnam Catharinam Antoniam Folch de Cardona, & Aragon. Visis dictis articulis, & etiam schedulis per predictas Admodum Illustras partes respective oblatis. Visis videndis.

55 Et in primis ꝑ quo ad petitas responsiones personales. Attento duobus instrumentis publicis receptis, & testificatis, vno 12. Martij 1670. penes Antonium Gomez, Notarium publicum Villæ Martiti, altero 14. Februarij 1671. penes Andream de Caltanaçor Notarium publicum dictæ Villæ Martiti. Constat dictam Admodum Illustram Domnam Mariam Theresiam de Benavides Ducissam Sugurbi, & Cardonæ, nominibus in dictis instrumentis contentis, constituisse Procuratorem suum ad quascumque lites, & causas activas, & passivas, principales, & appellationum, motas, & movendas, in eisque dandum libellos, articulos, & alias petitiones, & iurandi de calumnia, & cum alijs potestatibus necessarijs, sine limitatione aliqua, etiam mandatum speciale requirentibus, ac si dicta admodum Illustris Ducissa domna Maria Theresia de Benavides, præsens personaliter esset, & cum posse substituendi, prout latius in dictis

instrumentis habetur, quibus refertur. Constat duobus publicis instrumentis receptis, & testificatis, vno 8. Aprilis 1670. & altero 7. Martij 1671. penes Balthasarem Oriol, mandati Scribam, Notarium publicum Barchinonæ, dictum Ioannem de Castilla vigore dictorum mandatorum substituisse, & ordinasse Procuratorem dictæ admodum Illustr. Ducissæ domnæ Mariæ Theresiæ de Benavides iuxta principalis Ioannem Huguet Notarium Causidicum Civem Barchinonæ, ad omnes lites, sive causas activas, & passivas, principales, & appellatorias, tam motas, quam movendas largè cum amplissimo solito, & assueto litium, & causarum cursu cum facultatibus expressis de calumnia iurandi, &c.

56 Constat ꝑ per dictum Ioannem Huguet nomine prædicto in causa supplicationis contrarij imperij oblatis fuisse mille trecentum nonaginta unum articulos, die 11. Martij præsentis anni 1677. quæ erat dies ultimæ dilationis decem dierum contrarij imperij ad probandum concessæ: petatumque fuisse mandari dictæ admodum Illustri Ducissæ domnæ Catharinæ Antonie Folch de Cardona, & Aragon, quatenus personaliter medio iuramento sine instructore responderet per verbum credit, vel non credit, more solito super dictis articulis.

57 Constat in viam iuris super articulis, seu positionibus pendente dilatione decem dierum contrarij imperij oblatis, exigendas esse responsiones personales etiam in causa interdicti summarissimi interim parte petente, seu eius procuratore habente mandatum ad omnes causas, cum facultate iurandi de calumnia in eis.

58 Et licet ꝑ pro parte dictæ admodum Illustris Ducissæ domnæ Catharinæ Antonie Folch de Cardona, & Aragon sit præsumtum non teneri personaliter respondere super dictis articulis, eo quia dictus Ioannes Huguet non habet specialissimū, & individuum mandatum

Harum à dicta admodum Illustri Ducissa domina Maria Theresia de Benavides ac sic, & sic articulandum, vel ponendum, prout prætenditur requiri ad petendas responsiones personales à dicta admodum Illustri Ducissa domina Catharina Antonia Folch de Cardona, & Aragon parte tamen apponente, & prætendatur per Procuratoré ad lites dictæ admodum Illustris Ducissæ domnæ Catharinæ Antonie Folch de Cardona, & Aragon de dicto defectu oppositum fuisse, schedula oblata 26. Augusti proximè lapsi cum illis verbis, ibi: *Y no estar posats en forma juridica.* Ceterum, quicquid sit an per prædicta verba: *Y no estar posats en forma juridica.* Censeatur de dicto defectu oppositum taliter quod dici possit parte opponente obiectum. Attento † quod de iure Procurator ad ponendum, vel articulandum, & petendum responsiones personales non est necessariū, quod habeat specialissimum, & individuum mandatum ad sic, & sic articulandum, vel ponendum; sed sufficit, quod habeat speciale mandatum ad lites motas, & movendas iurandumque de calumnia in animam sui principalis; nisi in partibus, in quibus aliter per statutum, vel stylum est specialiter dispositum: & tale statutum, seu stylus in Cathalonia non est; imò de stylo, & observantia huius Principatus ferè quotidie per Procuratores ad lites motas, & movendas cum facultate iurandi de calumnia petuntur, exiguntur responsiones personales ab altera parte. Ideò, & aliàs facto verbo in Regia Audiencia providet dictæ Admodum Illustris Ducissæ Domnæ Catharinæ Antonie Folch de Cardona, & Aragon mandatum fore, & esse prout cum præsentis mandat, ut respondeat personaliter, medio iuramento sine instructore, per verbum credit, vel non credit super articulis pro parte dictæ Admodum Illustris Ducissæ Domnæ Mariæ Theresiæ de Benavides 11. Martij præsentis anni 1677. pblatis. Et ad id expediatur literæ

subsidiariæ opportuna, iuxta stylum. Hoc tamé proviso, & intellecto, quod dicta Admodum Illustris Ducissa Dōna Maria Theresia de Benavides teneatur infra vincti dies præcisos, & peremptorios extrahere dictas litteras compulsorias, & alia opportuna ad dictas responsiones personales exigendas, & postea infra triginta dies præcisos, & peremptorios facere diligencias pro præsentandis dictis litteris, & exigendis responsionibus personalibus à dicta Admodum Illustri Ducissa Domna Catharina Antonia Folch de Cardona, & Aragon, eisque exhibendis coram altero ex Relatoribus causarum supplicationum contrarij imperij, vel in forma.

Præterea † quo ad petitam probationem dictorum articulorum faciendam per testes, prorogationemque dilationis decem dierum contrarij imperij. Attento constat in causis supplicationum contrarij imperij per Constitutiones Cathalonie tantum dari decem dies ad faciendum probationes novas, & productas; & consequenter dictis decem diebus elapsis testes recipi non possunt, parte tamen opponente, nisi essent citati, & iurati intra dictam dilationem decem dierum. Constat prædictos articulos pro parte dictæ admodum Illustris Ducissæ domnæ Mariæ Theresiæ de Benavides oblatos fuisse 11. Martij anni currens 1677. quæ erat vltima dies dilationis decem dierum contrarij imperij, ad probandum concessæ, & non constat esse testes citatos, & iuratos intra dilationem dictorum decem dierum contrarij imperij. Constat pro parte dictæ admodum Illustris Ducissæ domnæ Catharinæ Antonie fuisse probationi dictorum articulorum per testes faciendæ oblapsum dictorum decem dierum contrarij imperij contradictum. † Et licet Iudex 61 ex causa possit tempus instantiæ prorogare, & teneatur congruam dilationem ad recipiendum testes concedere, quando testes, qui sciunt super articulis

62 ticularibus sunt extra Provinciam, propterea pretenditur per dictam admodum Illustris Ducissam, domnam Mariam Theresiam de Benavides, testes super dictis articulis recipiendos esse, nedum in Cathalonia, sed etiam in Regnis Castellae, & Valentiae. Caeterum attento, quod praedicta procedunt, si agitur de aliquo praedictio considerabilis; § secus vero si de modico praedictio, nam isto casu dilatio decem dierum ad probandum concessa in causis contrarij imperij, etiam quod testes sint extra mare, vel in terris longinquis, nec pro alia quolibet causa prorogari non potest, & de iure § merita interdicti summarissimi interim, de quo in hac causa tractatur, sunt momentanea etiam modici praedictio, etiam quando de eo agitur in vim Constitutionum *Hac nostra, & finalis, titol. disolte lo matrimoni.* Ideo, § & alijs facto verbo in Regia Audientia, pro nunc locum non esse probationi per testes faciendae dictorum articulorum pro parte dictae admodum Illustris Ducissae domnae Mariae Theresiae de Benavides 11. Martij praesentis anni oblato, nec prorogationi decem dierum contrarij imperij, nec concessioni dilationis ultramarinae. Insuper quo ad vituram, seu inspectionem oculorum petitam pro parte dictae admodum Illustris Ducissae domnae Mariae Theresiae de Benavides. § Attento, quod de iure vitura, seu inspectio oculorum parte contradicente non conceditur in causis interdicti summarissimi interim, nisi res ita exigat, ut si agatur de possessione loci, seu rei, quae ex oculari inspectione percipi possit, cum petita fuerit per dictam admodum Illustris Ducissam domnam Mariam Theresiam de Benavides pro praetensis melioramentis, tam necessarijs, quam utilibus per dictum admodum Illustris Ducem domnum Ludovicum in Statibus Sugurbi, Cardonae, & de Comares factis; & non super possessione loci, vel rei, de quibus in hac lite agitur. Et constat pro parte dictae ad-

modum Illustris Ducissae domnae Catharinae Antoniae Folch de Cardona, & Aragon dictae viturae, seu oculorum inspectioni fuisse contradictum. Ideo, & alijs facto verbo in Regia Audientia. Providet, locum pro nunc non esse viturae, seu oculorum inspectioni pro parte dictae admodum Illustris Ducissae domnae Mariae Theresiae de Benavides petita pro dictis praetensis melioramentis per dictum admodum Illustris Ducem domnum Ludovicum factis in Statibus Sugurbi, Cardonae, & de Comares.

Rursus, § quo ad mandata supra memorata per dictam admodum Illustris Ducissam domnam Mariam Theresiam de Benavides fieri petita, Archivarijs, Computatoribus, Praefectis, & Archarijs; ac Notarijs, & alijs, quibus spectet. Attento, § quod per Constitutiones Cathaloniae tantum conceduntur decem dies ad faciendum novas probationes, & productas in causis supplicationum contrarij imperij, sub quibus verbis, *productas*, comprehenduntur instrumenta. Et sicut lapsis decem diebus contrarij imperij testes recipi non possunt parte opponente; Ita nec mandata expediri pro compulsijs, & extrahendis instrumentis; militant namque pro non expeditione mandatorum pro instrumentis extrahendis, & compulsijs eadem motiva, quae pro non recipiendis testibus in occurrenti casu fuerunt tradita in hac Provisione, *verficulo Praterca.* Ideo, § & alijs facto verbo in Regia Audientia; Providet locum pro nunc non esse expeditioni mandatorum per dictam admodum Illustris Ducissam domnam Mariam Theresiam de Benavides petitorum Archivarijs Archivij Status de Comares, & Computatoribus dicti Status, & alijs quibus spectet, dent copia authenticam computorum ab Archarijs, & Praefectis dicti Status de Comares ab anno 1630. usque ad annum 1651. & ab anno 1669. usque ad annum 1674. receptorum; nec expeditioni

nioni mandatorum Archarijs, Præfectis, & Computatoribus Status de Lerma dent copiam authenticam computorum à dictis Archarijs, & Præfectis receptorum ab anno 1637. vsque ad annum 1659. nec expeditioni mandatorum Præfectis, & Archarijs Status Sugurbi dent copiam authenticam computorum ab anno 1640. vsque ad annum 1651. receptorum: nec etiã pro nunc esse locum expeditioni mandatorum Notarijs Ducatum Sugurbi, Lermæ, & Marchionatus de Comares, & alijs quibus spectet, dent copiã authenticam actorum, creationum, & luitionũ censuum, apocharum, & aliorum instrumentorum pro iustificatiõne censuum in dictis articulis memoratorum.

69 Denique quo ad æstimationem † mobilium in inventarijs factis in Principatu Cathaloniz, in Villa Matriti, & in Civitatibus Sugurbi, & Lucenzæ continuatorum nominationemque expertorum in partibus nominandorum petitis pro parte dictæ admodum Illustris Ducissæ domnæ Mariæ Theresiæ de Benavides, causis, & rationibus contentis in hac Provisione in versiculo *Præterea*, & in versiculo *Rursus*, facto verbo in Regia Audientia. Providet pro nunc locum non esse dictis æstimationi mobilium, & nominationi expertorum petitis pro parte dictæ admodum Illustr. Ducissæ domnæ Mariæ Theresiæ de Benavides, non obstantibus in contrarium per dictas admodũ Illustris partes Ducissæ domnæ Mariæ Theresiæ de Benavides, & Ducissæ domnæ Catharinæ Antoniz Folch de Cardona, & Aragon in contrarium respectivè deductis, & allegatis; & utraque pars solvat suas expensas, bis tracta exequantur iat.

Cortjada.

Adversus prædictam Regiam Provisionem, cum supplicabilis non esset, de nullitate fuit oppositum: & libelli oblatis data fuit copia, ac intimatus,

cui responsum fuit adhibitum, & in eo conclusum, ut adversariorum repelleretur facta. A Sanctæ Eulaliæ more, ac stylo in Senatu solito, & ita fuit obtentum: redditis originalibus libellis parti Ducissæ de Medina, & repullis signatis prædicto signo Sanctæ Crucis, hoc addito in fine *remittatur ex novo Senatu decreto, quod hucusque nunquam fuerat visum, & iam ita in alijs causis currit.*

DISCURSUS IV.

De positionibus, & responsionibus.

SUMMARIVM.

1. Positiones factæ à Procuratore, habente mandatam cum clausula iurandæ de calumnia, an debeant admitti.
2. Partem affirmativam tenet Gutierrez in responsionibus personalibus.
3. Eandem sententiam tenent Thesaur. & alij.
4. Idem tenet Gratian.
5. Idem tenet Ossascus.
6. Contraria sententia fundatur text. in cap. cum in positionibus de iur. iur. in 6.
7. Confirmat glos. in dict. cap. cum in positionibus.
8. Aequalitas servari debet in iudicio in positionibus, & responsionibus; & dispositum in ponente, censetur dispositum in eo, contra quem ponitur, & contra.
9. Actor non licet, quod reo denegatur.
10. Nam à pari procedunt Actor, & reus.
11. Et sunt correlativi Actor, & reus.
12. Nec debent ad imparia iudicari.
13. Mandatum speciale, & expressum quãdo quis concedit suo Procuratori ad sic, & sic respondendum, tenetur de perjurio, si in positionibus, vel responsionibus Procurator deierat; si autem man

Lib. II. Disc. IV. De position. & resp. 171

- mandatum est generale non est per iurus.*
14. Procurator ad hoc ut noceat domino ex sua confessione facta, dum respondet positionibus adversarij, habere debet mandatum speciale, imò specialissimum.
 15. Probatur ex cap. 2. §. Procuratores de iuramen. calum. in 6.
 16. Procurator de iure Canonico, tam respondens, quam ponens positiones, debet habere mandatum specialissimum, ac indivisibile ad sic, vel sic respondendum, vel ponendum.
 17. Probatur decis. Rota.
 18. Idem tenet Iason.
 19. Probat Oli ver Beltram.
 20. Idem probat Posth.
 21. Idem probat Honded.
 22. Comprobat D. Co Varr.
 23. Idem tenet Gratian.
 24. Idem tenet Pareja.
 25. Idem tenet Acibed.
 26. Movet hanc questionem Ioann. Bap. de Toro.
 27. Eius sententia refertur.
 28. Refellitur, ut ibi.
 29. Iterum refellitur.
 30. Fortius rejicitur.
 31. Ex sua doctrina iterum rejicitur.
 32. Iterum refellitur ex sua doctrina.
 33. Defendit illum quidam Doctor, dicens, Doctores, & decisiones loquutas fuisse de stylo Rota; & probatur cum Authore sensisse ex veteribus Bartol.
 34. Probatur auctoritate Baldi.
 35. Idem dixit Socinus Senior.
 36. Concluditur ex iure Canonico, civili, & ex auctoritate Doctorum, tam recentiorum, quam antiquorum esse necessarium mandatum specialissimum, & indivisibile, ad sic, vel sic ponendum, vel respondendum.
 37. Idem probatur in cap. præsentium de testibus in 6.
 38. Iuramentum, quod faciunt Procuratores, & partes ad petendum responsiones, vel respondendum, licet videatur de credulitate, est de veritate dicenda.
 39. Periurium potest obijci contra respondentem positionibus, quamvis respondeat per verbum credo; quia inter-ventur iuramentum veritatis expressi-ve.
 40. Doctrina Ioannis Gutier. intelligitur, si à parte non opponatur, ut se ipsum explicavit.
 41. Doctores dicentes, Procuratorem habentem speciale mandatum ad respondendum, posse facere responsiones, sumunt positivum pro superlativo.
 42. Auctor suam sententiam probat uno dilemate. & 43.
 44. Refertur Provisio Senatus.
 45. Regia Provisio dixit, quod de iure non est necessarium specialissimum mandatum, ad sic, & sic articulandum, & ponendum, & hæc conclusio non conceditur.
 46. Respondetur auctoritatibus Doctorum in quibus potuit fundari prædicta conclusio, usque ad num. 51.
 52. Non tantum ex stylo Tribunalium hoc est receptum; sed à iure communi.
 53. Multa dicuntur de stylo esse recepta in Tribunalibus, qua parte opponente contemnuntur, & in contrarium decidentur: usque ad n. 56. comprobatur.
 57. Regia Provisio de qua supra remissum est.

DISCURSUS IV.

De positionibus, & responsionibus.

DE ÆQUALITATE IN iudicio inter partes servanda. In qua plene tractatur materia positionum, & responsionum personalium. Et an Procurator egeat speciali, & indivisibile mandato ad sic, & sic ponendum, sicut eget ad sic, & sic respondendum.

PROCURATOR, † generale mandatum ad omnes causas habens cum clausula iurandi de calumnia, post septem an-

nos à die huius litis motæ , possuit 1391. articulos, & petivit, quod altera pars positionibus personaliter responderet; & iuravit omnes, & singulos esse veros. Pars responsura opposuit, non esse admittendas positiones, quia non erant in forma iuridica positæ. Hæc enim quæstio valdè fuit discussa, & examinata. Et quod sint admittendæ faciunt sequentia.

2 Primò, † ex doctrina Ioann. Gutierrez. lib. 1. pract. quæst. 62. qui latè disputat quæstionem propositam, & nu. 1. *vers* Quæ opinione, asserit, sufficiens esse mandatum speciale, imò & generale ad omnes causas, cum clausula speciali iurandi de calumnia, ad absolvendum positiones, & respondendum, ibi: *Poterit igitur, & generalis cum prædicto mandato speciali positiones absolvere*: Ergo procurator generalis, cum prædicto mandato speciali, iurandi de calumnia, poterit ponere positiones, & iurare, ut æqualitas in iudicio seruetur inter partes, & per consequens sunt admittendæ.

3 Secundò, † probatur ex doctrina Thesauri, & Ripoll, ad Pegueram primus in decis. 17. & secundus in praxi rubric. 13. num. 34. ibi: *Responsiones autem absente principali per Procuratorem habentem ad id speciale mandatum rectè fiunt: nec enim sufficit generale mandatum, & D. Hierony. de Leon decis. 211. nu. 17.* qui omnes cõcorditer tenent sufficere speciale mandatum ad respondendum.

4 Tertiò, † probatur ex assertione Gratian. tom. 1. discept. cap. 105. nu. 21. vbi tenet, Procuratorem habentem generale mandatum cum clausula iurandi de calumnia, posse iurare; quæ est doctrina Ioannis Gutierrez supra num. 2. Ergo potuit ponere positiones, & iurare, & sunt admittendæ.

5 Probatur quartò, † autoritate Olfacii decis. 113. nu. 1. vbi asserit posse Procuratorem habentem speciale mandatum respondere positionibus: ergo poterit eas ponere, ut æqualitas in iudicio seruetur, ut docet idem Olfacius,

ibi num. 10. his expressis verbis: *Nec obstat, quod prædictæ clausulæ loquantur de parte, quæ tenetur respondere positionibus, non de parte ponente, quia obiectum tollitur ex regula, quod correlatiuorum eadem sit dispositio, & vnum aliud declarat, l. 1. C. de cupres. lib. 12. Ias. in l. fin. num. 29. C. de indiët. viduit. toll. & sic dispositum in ponente, censetur dispositum in eo contra quem ponitur & contra: nam in iudicijs æqualitas est seruanda. Idem tenet Posth. obseruat. 83. de manut. num. 12. Alvar. de Velasc. axiom. iur. lit. R. v. 235. August. Barb. Variar. axiom. 61.*

Sed his minimè obstantibus † contrarium firmiter est tenendum, scilicet Procuratorem, esse necessarium habere specialissimum, ac individuum mandatum ad sic ponendum, vel sic, & iurandum positiones, alias non esse admittendas, text. expressus in cap. cum in positionibus de iur. iuran. in 6. cuius verba sunt hæc: *Cum in positionibus super electionis tuæ negotio (post iuramentum in causa prestitum) à te datis, seu responsionibus, quas ad positiones tui ad versary fecisse dignosceris, reperiatur contrarietas manifesta: tibi tanquam periuro (nisi iusta causa, & rationalis te excuset) super ipsa electione perpetuum silentium imponi debet. Idem fit (si te expressè mandante, vel etiam ex post facto sciente, ac ratum habente, seu non reuocante) positiones, aut responsiones huiusmodi contrarias tuo nomine tuas fecerit Procurator.*

Glo. in d. cap. verb. Expressè, † sic ait: *Si ergo dedit mandatum ponendi, & respondendi positionibus generale: Sed non expressum, ut sic, vel sic responderet, & poneret, ut supra eodem libr. de iuram. calum cap. 2. respons. 2. in fin. tunc licet Procurator ponat, & respondeat contraria, non deierat dominus.*

Ex hac decretali, & glosa † duo deducuntur: Primum, quod æqualitas seruari debet in iudicio in positionibus, & responsionibus; & dispositum in ponente, censetur dispositum in eo, contra quem ponitur, & contra, ut dicit Olfacius supra nu. 5. & expressè probat

Lib. II. Disc. IV. De position. & resp. 173

bat text. in leg. non debet Actori, ff. de regul. iur.

- 9 Vbi probatur, † Actori non licere, quod reo denegatur, cap. non licet Actori 32. de regul. iur. in 6. Scaccia de appellation. quest. 18. limit. 7. nu. 23. Sebastian. de Medicis de regul. iur. regul. 9. ampliat. 1. Cardin. Tusc. tom. 1. lit. A. conclus. 119. vbi num. 2. ampliat in casu conuerso. †
10 Nam à pari procedunt Actor, & reus, iuxta regul. text. in cap. 2. de mutu. petitione, l. ultima, C. de fruct. & lit. expens. Velasc. consule. 25. per tot. Anton. Gabriel commun. opin. lib. 3. tit. de claus. conclus. 1. à num. 66. † Et sunt correlativa Actor, & reus, Baptist. de Sanct. Blas. in tractatu de correlatiuis, num. 13. vers. Trigesimo secundo, Marin. Antonin. var. lib. 3. resol. 9. num. 3. Nec † debent ad imparia iudicari, Hierony. Gigas de crim. las. Maiestat. cap. quomodo, & per quos crim. las. Maiestat. probet. quest. 17. num. 2.

13 Secundum, † quod quando principalis concedit mandatum speciale, & expressum suo Procuratori ad sic, & sic respondendum, tenetur de periurio, si in positionibus, vel responsionibus Procurator deierat: Si autem mandatum est generale, non est periurus: & est ratio, quia in mandato generali nihil speciale affirmat, nec negat, & ideò non potest esse periurus. Cum vero mandatum est speciale, & expressum ad sic, & sic respondendum, vel ponendum, iam principalis affirmat, & ita potest deierare, & esse periurus. Quando igitur iubetur personaliter respondere, debet affirmare, vel negare, saltèm per verbum credo (vt postea dicetur) & sic requiritur in istis responsionibus, quod mandatum sit specialissimum, & expressum, vt sic, vel sic respondeat Procurator, aliàs inutilis erit responsio; & principalis non remanebit iuramento ligatus, nec erit periurus, & lex iubens responsiones personales fieri, illustria remanebit; & pars ponens nihil de responsionibus sui commodi consequetur, etiam si Procurator in

responsionibus confiteatur: † Nam ad hoc, vt Procurator noceat domino ex sua confessione facta, dum respondet positionibus aduersarij, habere debet mandatum speciale, imò specialissimum, vt istismet verbis docet, Menoch. cons. 80. nu. 64.

15 Probatur secundo, † ex cap. 2. §. Procuratores de iuram. calum. in 6. in illis verbis: Etiam si à suis dominis, quid ponere, aut respondere, seu agere debeant sint instructi. Quibus probatur, quod Procurator debet esse instructus & habere mandatum, ad sic ponendum, aut respondendum, vt dicit illa particula, quid ponere, aut respondere, & ita intelligit istum capitulum, d. glos. in c. cum in positionibus, verb. Expresse, de qua, supra num. 7. ibi: Sed non expressum, vt sic, & sic responderet, & poneret, vt supra eodem, libr. de iurament. calum. cap. 2. respons. 2. in fin.

16 Itaque † de iure Canonico, tam Procurator respondens, quam ponens debet habere mandatum speciale, imò specialissimum, ac individuum ad sic, vel sic respondendum, vel ponendum, vt adimpleat præceptum legis iubentis respondere cum iuramento positionibus personaliter, & vt noceat domino ex sua confessione facta dum respondet positionibus aduersarij, vel ponit positiones; vt æqualitas in iudicio seruetur.

17 Sic † expressissimè in terminis positionum decisum inuenio in Sacra Romana Rota, apud Farinac. recent. part. 2. decis. 779. per totam cuius argumentum sic se habet: Mandatum speciale, & indiuiduum requiritur ad ponendum, & respondendum positionibus, & nu. 1. ibi: Fuit resolutum, positiones non esse admittendas, quia Procurator, qui eas dedit in actis non assevera vit esse veras cum specialissimo, & indiuiduo mandato Canonico suorum principalium ad ponendum materias in actis specificatas, & iurandum de veritate earum, pro vt necessarium est, vt exinde reus cogi possit ad respondendum. Et in nu. 3. sic ait: Inde sequitur, quod, vel positiones ab ipsismet principalibus sunt danda,

Vel Procurator habere debet mandatum indiuiduum ad sic ponendum, ut sequatur effectus confessionis irrevocabilis à lege desideratus. Prosequitur, num. 4. Nec visum est, sufficere mandatum Procuratoris Canonorum cum clausula ad ponendum, & iurandum, quia & si sit speciale, ut tenuit Deci. in conf. 60. num. 1. tamen non est indiuiduum ad certas positiones, pro ut requiritur, ut de conscientia sui domini plene instructus dici possit.

18 Idem + probat Ias. in l. Iudices, Cod. de iudic. num. 7. ibi: Alia utilitas est in differentia: quia qui facit positiones debet prius iurare, quod credit eas esse veras: alias adversarius non tenetur respondere. Idem dicit in l. possidere, num. 24. ff. de acquir. posses.

19 Probat etiam + Oliver. Beltram. ad diuisionator decis. Greg. 15 decis. 282. n. 9. ibi: Ad respondendum positionibus requiritur specialissimum mandatum, ad respondendum, sic, & sic, Menoch. conf. 80. n. 64. Honded. conf. 66. num. 72. lib. 1. Rota decis. 779. sub num. 3. vers. Et per easdem rationes part. 2. in recentioribus, & fuit dictum in Romana de Gradis 10. Aprilis 1606. coram R. P. D. Marque Montio, & ratio est, quia positiones sunt inuenta, ut ponens releuetur per confessionem partis contrariae ab onere probandi cap. 1. vbi Glosa in præambulo vers. Et pro intellectu de confessis in 6. qui effectus non habetur nisi procurator habeat mandatum ad sic respondendum: nam semper posset principalis reuocare confessiones sui Procuratoris, ut bene considerat Rota in dict. decis. 779. num. 2. Ita etiam ad ponendum requiritur specialissimum mandatum ad sic, & sic ponendum Glos. in cap. impositionibus in verbo expresse de iure iuran. l. b. 6. Franciscus Marin. decis. 441. num. 2. part. 2. Ne vicantius conf. 7. n. 12. Rota dict. decis. 779. per totam.

20 Probat etiam + Posth. in eisdem terminis positionum, de manutent. obseruat. 83. num. 11. usque ad 19. ibi: Erunt etiam, parte opponente, positiones specificandæ medio iuramento per principalemmet, vel per eius Procuratorem habentem specialissimum mandatum de sic, & sic ponendo, & asse-

rendo, si ipse principalis fuerit absens, alias non tenetur respondere, cum non debeat actor, & reus ad imparia iudicari, & æquum sit, ut etiam ipse ponens per suam confessionem releuet ad versarium ab onere probandi, ne iudicium claudicat. Et infra n. 13. sic ait: Sed equidē non sufficit solū mandatum ad ponendum, & iurandum, quia, & si sit speciale, non tamen est indiuiduum ad certas positiones, pro ut requiritur, ut Procurator de conscientia sui domini plene instructus dici possit. Et num. 19. ibi: Per easdem rationes excluditur procurator ad respondendum positionibus, qui non habeat mandatum indiuiduum ad sic respondendum, propter quas non admittitur ad ponendum, & cogendum ad respondendum, nisi mandatum habeat ad sic ponendum.

Hondede. + conf. 67. num. 4. lib. 1. ibi: 21 Non sufficere clausulam ad ponendum, & iurandum, quia licet tale mandatum dicatur speciale, tamen non est indiuiduum ad certas positiones, ut requiritur. Et conf. 66. num. 73. ibi: Censeo reuiri mandatum speciale, & generale non sufficere, speciale autem debet esse non simpliciter ad confitendum, sed ad sic confitendum. Imò specialissimum exigitur. Et n. 85. & facit etiam, quod dicitur, vbi speciale mandatum exigitur, generale non sufficit.

Doctissimus prelus D. Covar. + tract. 22 e. 20 nu. 85. e si tamen hac in re, agens de iuramento præstando, quod instrumenta novissime à domino reperta fuerint, (quod est minoris præiudicij quam tot quantalque positiones admittere) nervosè defendit, esse necessariū mandatum speciale, ad præstandum hoc iuramentum, nec sufficere mandatum ad iurandum de calumnia incerta causa, ibi: Nec quidquam refert consuetudine receptum in plerisque locis fuisse, ut ea extensio fiat: siquidem ea consuetudo iniqua est ac perniciosa, in contemptumque religionis iuramenti; & divinæ reverentiæ, idcirco que non valet nec est admittenda. Nam Procurator qui iurat in animam domini, instrumentum illud noviter repertum fuisse asseverat ut certum, quod apud ipsum incertum est: etenim absque speciali sui domini

Lib. II. Disc. IV. De position. & res. 175

nō potest ipse in eius animam asseverare, nō vissimē cum habuisse instrumenti cognitionem, ergo de hoc est incertus. Assēverare autem maximē cum iuramento ut certum, quod est incertum, temerarium est, & contra iuramenti religionem. Et inferius: Ergo non sufficit iuramentum istud, si fiat absque omnino speciali mandato. Alioquin si permitteretur iuramentum in hoc casu absque mandato speciali, vel ex mandato illo dato ad iurandum de calumnia: lex equidem fragilis esset, ipsaque iuratio non sufficiens, nec cauta, neque Christiana institutioni conveniens. Quo fit, ut in hac ipsa specie, & questione minimē sit satis, quod Procurator habeat mandatum cum libera potestate, & ad præstandum nomine domini, quodcūque iuramentum: quia hæc clausula nullum effectum habet in iuramentis, in quibus de animæ obligatione tractatur, atque itidem de eius periculo, & ideo speciale mandatum necessarium est, ut notatur in cap. ultimo de iurament. calum. lib. 6. Et idem sentit lib. 1. var. cap. 6. n. 2. in fine, ibi: Vnde praxis aduersum hoc introducta, ut sufficiat mandatum speciale ad iurandū de calumnia absque ipsius causæ tractandæ mentione, non admodum conveniens animæ, nec conscientie, nec Reipublicæ videtur. Enhunc Egregium Doct. firmiter, ac fundamentaliter tenentem, esse necessarium speciale mandatum ad petendum restitutionem in integrū, & ad præsentandum instrumentum noviter repertum, & non sufficere generale mandatum, etiam si in eo inveniantur clausula iurandi de calumnia: quid ergo diceret si consultus fuisset de tantis positionibus, post septem annos à Procuratore positus sine omnino speciali mandato? Et attende quod sumit positivum pro superlativo vocando speciale mandatum, quod alij DD. specialissimum, & individuum vocant: & ut nulla remaneret ambiguitas, tandem vocavit illud omnino speciale, quod nota ad postea dicenda.

23 Gratian. † discept. tom. 4. cap. 772. n. 23. & seqq. ibi: Vbi extendit, quod nequē per Procuratorem ad id specialiter Deputa-

tum poterit tale iuramentum præstari, dummodo tamen mandatum non sit specialissimum ad sic, & sic iurandum, pro ut dicimus de positionibus, quibus non potest respondere Procurator, etiam specialiter constitutus nisi habeat mandatum specialissimum ad sic, & sic respondendum. Ita ut neque sufficiat, quod fuerit datum mandatum amplum iuxta formularium Romana Curia, in quo licet contineatur talis facultas, tamen non potest dici, quod dominus dederit mandatum speciale ad sic respondendum positionibus, cum non constet de scientia, aut certificatione eiusdem domini. Et quod requiratur mandatum in individo, tam in dandis positionibus, quàm in responsione ad illas latè Rota, & c.

Parcya † de univ. instrument. edit 24 tit. 6. resol. 2. ex num. 42. latè disputat quæstionem à D. Covarr. exagitatam dict. cap. 20. pract. num. 8. An scilicet, Procurator habens generale mandatum cum clausula speciali iurandi de calumnia possit producere instrumenta de novo reperta, & iurare, & reiecta opinione Ioannis Gutierrez, & aliorum, num. 53. concludit cum Covarr. Non posse iuramentum in animam sui principalis præstare, nisi ad hoc speciale mandatum ad producenda instrumenta, & iurandum fuerit à domino concessum.

Acebed. † lib. 4. tit. 7. lib. 2. ex nu. 19. 25 defendit esse necessarium specialissimum mandatum ad sic respondendum, ibi: in num. 21. Neque sufficit generali mandatum in hoc casu, vel speciale ad iurandum tantum: sed speciale requiritur in causa ad sic, & ad sic respondendum positionibus.

Ioann: Baptist. de Thoro † in com. 26 pend. decis. part. 2. fol. 133. ver. Deposito specialis, movet quæstionem. An scilicet ad respondendum positionibus requiratur, quod Procurator habeat specialissimum, & individuum mandatum ad sic, & sic respondendum, vel sufficiat speciale: & refert scripta, & allegata à I. C. Alexandro Palmerio amico suo observantissimo, Advocato cuiusdam partis, cum defendentis, tantis propositionibus malè concatenatis, &

obscuris, vt vix ex illis aliquod verum deduci possit. Colligitur exinde magis affectu defendendi suum clientulum, quam ratione, & solida iurisprudencia id scripsisse: nam multa contraria inter se refert, meoque videri partimabilia.

27 In d. fol. 133. fundat † suam sententiam, scilicet, sufficere speciale mandatum, sed non claris, & solidis fundamentis, vt ex illis patet. In fol. 134. colum. 1. refert contrariam sententiam alterius I. C. Roviti maximis auctoritatibus gravissimisque Doctoribus, & Rotæ decisionibus fulcitam. Et tandē recedit ab illa tanquam suo clientulo contraria, & sequitur advocat omici, asserendo verissimā, cum sit falsissima. Et respondēs auctoritatibus contrarijs præsertim Rotæ decisionibus in 2. columna, sic ait: *Vndē meritō Felin. qui fuit magnus illius Curia Auditor in cap. 1. num. 16. vt scio, pendet, inquit, si Procurator nō habet speciale mandatum ad sic confitendū, & confiteatur, si fiat domino absente potest ab eo revocari, allegat Rotam decis. 55. subdens, licet Rota dicat, hoc esse magis de stylo, quam de iure: merito ergo in d. decis. & de Doctoribus eam sequentibus non est faciendā vis, cum non procedat de iure, sed de stylo.*

28 Attendas quæso † ad istam solutionem, in qua sua tota vis insistit; & primò adverte vbi inueniemus locum Felini, cum eum non integrè citet? Secundò, vbi similiter inueniemus decis. Rotæ 55. Et si non inuenimus locum Felini, nec decisionem, quomodo suæ assertioni credemus? Transeat igitur hæc sua solutio pro non data; & remaneant in suo robore decisiones Rotæ, & Doctores eam cum multis alijs auctoritatibus sequentes, vt supra retuli, & inferius patebit.

29 Pergamus ergo ad vltiora, † in fol. 135. colum. 2. refert primam sententiam Senatus contra suum clientulum prolatam, his verbis. *Decreto S. C. pro visum est, quod Illust. Ducissa Naschera, & Marcheda deponat vt principalis, tam super ar-*

tricularis per conventum presentatis, non obstante depositione facta per Procuratorem nō habentem specialissimum, & indiuiduum mandatum, ad sic; & sic respondendum. Et in gradu revisionis dictum fuit. Visa depositione Antonij de los Arcos, Procuratoris Illust. Ducissa, deponat etiam dict. Illust. Ducissa tanquam principalis (& attende quod iste Antonius Procurator habebat speciale mandatum ad deponendum tanquam principalis, & iurædum, pro vt in meliori forma iuris admittatur: Vt asserit dic. Thor. dict. fol. 135. col. 1. prope finem: & nihilominus non fuit sufficiens. Et quamvis vult istas sententias Senatus interpretare, est cavilare, vt patebit ex sequentibus.

Primò, † fol. 134. col. 2. in principio, sic 30 ait: *Equiparat ergo text. & declarat, quod respondere tanquam principalis, & respondere, sic, idem est, & fol. 133. colum. 2. in fin. defendens suam sententiam, scilicet sufficere mandatum speciale, asserit decisionem Senatus, ibi: Sequitur depositio Lelij vti procuratori Marchionis predicti cum potestate iurandi in animam sui principalis, & omnia negantis per verbum non credo; & cum hoc exemplare vult probare, hunc Procuratorem tantum habuisse speciale mandatum ad iurandum, & tamen respondisse positionibus: & non animadvertit, quod respondit tanquam principalis, vt ipse refert, virtute sui mādari: & per ipsum, æquiparatur, respondere tanquam principalis, & respondere, sic. & sunt idem: & sic iste Procurator habebat speciale mandatum ad sic, quod est idem ac specialissimum.*

Secundò, † fol. 136. in princ. sic ait: 31 *Speciale mandatum adhuc dicitur in hoc, quando mandatum fuisset ad sic respondendum. Ergo idem est speciale mandatum ad sic respondendum, quod specialissimum, quem vocant DD. & si istud vocat speciale mandatum, de quo loquitur, & cum eo defendit posse Procuratorem respondere, quæstio est de nomine tantum, & non de re, & idem est dicere speciale, ac specialissimum,*

& tan-

Lib. II. Disc. VI. De position. & res. 177

& tantum iste I.C. intendet confundere quætionem, confundendo terminos, vt inferius liquet fiet.

32 Vterius † Th. d. fol. 134. colum. 2. intendens respondere Decis Rotæ 779. *suprà num. 12. à me allatæ*, sic ait: *Nec obstat autoritas Rotæ Rom. d. decis. 779. quia per Rotam ibi fuit decisus articulus: Vtrum requiratur specialissimum, & indiuiduum mandatum in Procuratore producente positiones, super quibus fuit petita depositio principalis, & dicto argumento à simili in procuratore deponente, concludit, requiri indiuiduum mandatum, & sic casus est diuersus. Valdè fluctuat iste I.C. nesciens quonam pedem figat. Ecce in ista solutione totum ius, & æquitatem violat, tolens æqualitatem in iudicio seruandam, & vult quod iudiciū claudicet, & aliu l. seruetur in ponente, aliu l. vero in respondente, contra omnes DD. *suprà adductos*, & alios adducendos, qui sine contradicere ita vniformiter docent. Et si est vera ista differentia, habeo intentum, cum mea disputatio sit de specialissimo mandato requisito ad ponendum, & sic casus diuersus est, & non comprehensus in sua allegatione, in qua loquitur de responsionibus: & sic iste I.C. omninò est contemnendus.*

33 Sed non deest, † qui cum defendit, & sibi placet, quatenus dicit, hoc esse de stylo Rotæ, & quamvis satis manifestè ostensū sit, sine fundamento loqui: iterum probatur non solum recentioribus *suprà citatis*, sed etiā antiquioribus nostræ iurisprudentiæ Patribus, & exteris à Romana Curia, qui idem tenuerunt solidissimis iuris fundamentis. Et primus est Bart. in l. filius familias num. 11. ff. de donat. ibi: *Quandoque requiritur speciale mandatum principaliter in fauorem aduersarij, qui dubitat, ne dominus postea reuersus dicat se de hoc intellexisse, & sic aduersarius damnificetur, & tunc requiritur, quod exprimat specialem non sub generalitate.*

34 Probat expressè Bald. † in l. fin. n. 3. Cod. de Procurat. ibi: *Si talis Procurator*

habet mandatum ad iurandum de calumnia, & ad sic faciendum, debet admitti iste Procurator. Si autem non habet mandatum ad sic respondendum, sed generaliter, iudex potest non admittere Procuratorem, & mandare reo, vt personaliter compareat; quia melius no vit negotium secundum Iacob. Butr. Cum enim habet mandatum ad sic respondendum, est plenè instructus de conscientia domini, & sic dominus non compellitur venire. Sed quando habet mandatum generale non apparet eum esse plenè instructum de conscientia domini, & ideò dominus compellitur comparere.

Probat etiam † in terminis responsionum expressè Socinus Senior *conf. 55 num. 8. volum. 1. ibi: Et hoc maxime, cum in respondendo positionibus requiratur specialissimum mandatum, vt eleganter concludit Immol.*

36 Ex his omnibus † clare deducitur, non tantum ex stylo Rotæ hoc observari, sed etiam ex iure Canonico, & civili & ex autoritate DD. tam recentiorum, quam antiquorum: quibus non obstat Gratiani doctrina *rom. 1. disceptat. cap. 105. num. 21. & 23. vbi loquens de iuramento calumniæ contra Covar. sic ait: Quia prædicta procedunt de iure, quæ non seruantur in praxi, secundum quam verior est opinio, quod sufficiat huiusmodi mandatum, licet non sit expressè in eo causa, in qua iurandum fit. Nam Covar. reprobatur prædictam praxim, solidissimis fundamentis, eamque negat, & ait esse contra bonos mores, & in animæ præiudicium. Et Azebedo in dicta l. 2. tit. 7. lib. 4. *recop. num. 22. sic ait: Et expressè ita dec. aravit Ioan. Mon. in eo capite finali dicens, hanc esse veritatem de rigore iuris, sed ex communi obseruantia Procurator etiam generalis cum mandato iurandi de calumnia iurat, & declarat, sed non præiudicabit domino, si mentitur vt in hac lege diximus, & sic communem obseruantiam, si quæ adest. Vel potius communem errorem declarabis, nam declaratio hæc tenenda est, neque vidi talem obseruantiam.**

Et quod † æqualiter procedatur in hoc

hoc iudicio, & debeat æqualitas seruari interponentes, & respondentes contra dictum Ioann. Bapt. de Thoro, supra num. 22. probat etiam expressè, cap. presentium de test. in 6. ibi: *Ab eisdem Abbate, & Priore nomine suo, & in animas Conventuum eorundem, vel maioris, & senioris partis ipsorum, recepto iuramento de veritate dicenda: iniungas dictis Abbati, & Priori, ut tam ponendo, quam respondendo, dicant veritatem, quam (super positionibus tibi sub Bulla nostra transmissis) ipsi sciunt, & per illos intelligunt, in quorum animas iuraverunt. Et cap. cum in positionibus de iur. iuran. in 6. supra num. 6. citatus.*

38 Sed quidam vir doctus † videtur sentire, quod in Cathalonia non iurat Procurator de veritate dicenda, sed de credulitate, quod sufficit, ut tenet Posth. observ. 83. num. 26. ibi: *Quem admodum semper tam ponens, quam respondens satisfacit asserendo, & iurando de credulitate: Et per hæc verba vult intendere, quod ponens non eget specialissimo mandato, & sufficit, quod iuret de credulitate, & non teneatur iurare positiones esse veras. Sed hoc est expressè contradictum, cap. presentium de test. in 6. ibi: Recepto iuramento de veritate dicenda.*

39 Vtcrius † Grat. disceptat. tom. 1. cap. 109. num. 6. enumerat casus in quibus quis potest esse periurus, & vnus est, quando respondet positionibus, per verbum credo, vel non credo, ibi: *Et poterit obijci periurium contra respondentem positionibus, quamvis responsio sit per verbum credo, quod in eo dicitur veritatis expressivum; ideo committitur periurium: ergo in positionibus, & responsionibus, etiam si fiant per verbum credo, intervenit iuramentum veritatis expressivum, de veritate dicenda, ad quod Procurator respondere non potest sine specialissimo mandato ad sic, & sic respondendum, aliàs se exponet periculo iurandi falsum contra legem Divinam, ut probat Pareja, loco supra citato, & Covarr. num. 17.*

Hac igitur † doctrina, ut certa securissime retenta, non obstat Ioann. Gutier. dict. lib. 1. practic. quest. 62. nam præterquam quod nullus Doctor eum comitatur, se ipsum explicat, num. 3. asserendo, suam doctrinam non procedere, quando opponitur à parte, ibi: *Quoniam tunc pars, qua senserit se in hoc gravata, potest petere, ut dominus illius Procuratoris (hoc est) adversarius compareat personaliter, quasi dixisset, quod est necessarium, quod opponatur à parte: & hoc est idem quod dixit Rot. decis. 779. supra à me citata, num. 12. & Posth. supra nu. 15. ibi: Parte non opponente. Sed in nostro casu ego ipse in libello opposui, & ita nihil facit contra nos doctrina Ioann. Gutier.*

Ad auctoritatem Ripoll ad Peguer. 41 supra num. 3. citatus, respondetur, quod iste, & cæteri DD. quædo dicunt, quod Procurator habens speciale mandatum ad respondendum, rectè facit responsiones, & quod non sufficit generale mandatum, sumunt positivum pro superlativo, ut supra satis ostensum est, & dixit Rota Rom. Honded. Covarr. Azebed. Barth. & cæteri supra adducti.

Hoc vnum est, † aut potest Procurator respondere positionibus cū speciali, vel generali mandato iurandi de calumnia, & non est necessarium specialissimum, & individuum, vel non. Si est necessarium specialissimum, habeo intentum, nam omne quod dispositum est in responsionibus debet servari in positionibus, ut æqualitas in iudicio servetur, & ne claudicet iudicium, quod est absurdum, ut supra ostensum est: Et correlativorum eadem est dispositio, ut tenuit Olasc. supra num. 5. & Posth. num. 19. Alvarez de Velasco axiomat. iur. lit. R. num. 235. Aug. Barb. Variar. axiomat. 61.

Aut sufficit speciale mandatum, † 43 quod aliqui DD. vocant generale. pro ut distinguitur à specialissimo, & si sufficit speciale, adponendum, etiam debet sufficere ad respondendum, ut eadem

Lib. II. Disc. IV. De position. & resp. 179

eadem æqualitas in iudicio seruetur: & similiter poterit respondere Procurator Ducissæ de Medina, sicut potuit ponere Procurator Ducissæ de Frias, aliàs æqualitas inter eas in hoc iudicio non servaretur. Cum habeant æquale mandatum.

44 In hoc statu † quæstionis finitæ, la-
ra fuit Reg. Provisio 28. die mensis
Septembris 1677. supra transumpta, in
qua circa hanc quæstionem, ita decisit.
Attento quod de iure Procurator ad ponendum, vel articulandum, vel petendum responsiones personales non est necessarium, quod habeat specialissimum, & individuum mandatum ad sic, & sic articulandum, vel ponendum; sed sufficit quod habeat speciale mandatum ad lites motas, & movendas, iurandumque de calumnia in animam sui principalis, nisi in partibus, in quibus aliter per statutum, vel stylum est specialiter dispositum: & tale statutum, seu stylus in Catalonia non est. Imò de stylo, & observantia huius Principatus ferè quotidie per Procuratores ad lites motas, & movendas, cum facultate iurandi de calumnia petuntur exigere responsiones personales ab altera parte, &c. Sed licentia petita à tanto S.R.S. cum debita reverentia disputationis, & defensionis gratia, sic noviter meam probo sententiam, vt fecit Fontan. cõtra decisiones Senatus decis. 569. & 570.

45 Primum † dicit Reg. Provisio, quod
de iure, &c. & hanc conclusionem, nec
concedo, nec admitto. Nam in iure
non invenitur probata in terminis talis conclusio. Et tantum desumpta est ex traditis à Gutier. supra à me citatus num. 2. qui loquitur non in terminis positionum; sed in responsionibus, ibi: *Poterit, & generalis cum prædicto mandato specialis positiones absolvere.*

46 Desumpta est etiam † ex Thesaur.
Peguer. & Leone, supra à me num. 3
citatis, qui similiter de responsionibus
loquuntur; sed non de positionibus.

47 Poterit etiam desumi † ex Gratian.
à me, etiam supra num. 4. citato, qui
loquitur de iuramento calumniæ, sed
non de positionibus.

Desumpta etiam fuit † ex Olasc. 48
supra à me citato num. 5. qui in num. 1.
loquutus fuit de responsionibus, & num.
10. adiecit in positionibus, æquale ius
servando inter ponendum, & respon-
dendum, sumendo argumentum ab
æqualitate iudicij & rationis.

Tandem ex Thoro † supra à me ci- 49
tato, num. 21 in prima parte sõe allega-
tionis, in qua nec in tota loquitur de
positionibus, sed de responsionibus. Et
hi DD. & si plures inveniuntur, de res-
pensionibus loquuntur, in quibus di-
cunt, esse necessarium speciale manda-
tum ad respondendum, quod intelli-
gunt pro specialissimo, vt supra proba-
tum existit.

Doctores verò, † qui in terminis lo- 50
quuntur de positionibus sunt supra à
me citati ex nu. 6. ad 10. & iterum nu.
28 ad 32. & plures Canones iuris Pon-
tificij, inter quos aliqui loquuntur, etiã
de responsionibus, & concorditer asse-
runt, esse necessarium speciale manda-
tum omninò speciale, vt aliqui dicunt,
alij vocant *speciale ad sic*; alij maioris
intelligentiæ causa *specialissimum ad
sic, & sic.*

Ex his igitur Doctoribus, † qui in po- 51
sitivo gradu pro superlativo, loquen-
do de responsionibus, dicunt, esse ne-
cessarium mandatum, desumpsit erudi-
tissimus, ac Nobilis Cortiada, Relator
huius causæ argumentum à paritate
rationis, & æqualitate in iudicio servan-
da, quod idem debet esse dispositum
in positionibus quod in respõsionibus,
vndè deducit ius, vt exindè dicat: *At-
tento quod de iure.* Et cum hoc non sit de
iure, in terminis positionum, nec tale
apud Doctores inveniatur; sed potius
contrarium, hinc est, quod non potue-
rit dici *de iure* in positionibus non re-
quiri specialissimum mandatum, sed
sufficere speciale, hoc est generale ad
omnes causas cum clausula *iurandi de
calumnia.* Ius itaque indubitatum, & in
puncto iuris existit contrarium, etiam
in iuramento calumniæ tantum, vt à pluri-
mis Doctõribus supra probatum manet.

52 Deinde † Reg. Poviaio, sic ait: *Nisi in partibus, in quibus aliter per statutum, vel stylum est specialiter dispositum.* Et vt supra probavi ex num. 27. ad 31. non ex stylo hoc procedit; sed de iure, vt plures ex antiquioribus Iurisconsultis à me citatis, & modernis vniformiter docent. Et si Thoro supra num. 22. dixerit hoc procedere de stylo Rotæ, iam sufficienter à me remanet reprobatus: & ita est dicendum, quod si in aliquibus partibus hoc ex stylo observatur, hic stylus à iure cõmuni est approbatus, & ab eo initium assumpsit, & tanquam ius commune in omnibus partibus debet observari.

53 Addit R. Poviaio, † *Et tale statutum, seu stylus in Cathalonia non est; imò de stylo, & observantia huius Principatus ferè quotidie, per Procuratores ad lites motas, & movendas cum facultate iurandi de calumnia petuntur exigere responsiones personales ab altera parte.* Quod mihi nullam vim facit; nam primo respondetur, quod currit hic stylus in Cathalonia, quia à parte non invenitur oppositum: nam si à parte opponeretur, vt ego sufficienter opposui, aliter iudicaretur, vt est iudicatum in dicta Regia Provisione, in qua denegata est secunda dilatio termini ultramarini, & aliter à parte petitæ quia oppositum fuit à Ducissa de Medina, quæ ad evitanda altercata prius in hoc iudicio consensit in dilatione sex mensium, & hic consensus, vel taciturnitas partium non potuit facere exemplar, nec fecit in hac Regia Provisione, quando oppositum fuit à parte, sicut in simili, ipsa Regalis provisio declaravit in vituris, ibi: *Insuper quo ad visuram, seu inspectionem oculorum petitam pro parte dicta admodum Illustris Ducissæ domnæ Mariæ Theresiæ de Benauides: Attento, quod de iure visura seu inspectio oculorum parte contradicente non conceditur, &c.*

54 Secundo respondetur, † quod hic stylus est contrabonos mores, & si à parte opponatur, non potest subsistere in Christiana Republica, vt constan-

ter tenent Covarr. & alij à me citati supra num. 17.

55 Tertiò, † dicit Regia Poviaio: *Nisi in partibus, in quibus aliter per statutum, vel stylum est specialiter dispositum; & tale statutum, seu stylus in Cathalonia non est: imò de stylo, & observantia huius Principatus ferè quotidie per Procuratores ad lites motas, & movendas cum facultate iurandi de calumnia petuntur exigere responsiones personales ab altera parte.* Et huic motivo respondeo cum Ramon conf. 71. nu. 84. his verbis. *Vltimo stylus, vbi militaret, non fuit obreatus in contradictorio iudicio, sed resultaret ex simplici vsu, & observantia, quæ partibus mō debent nocere, vt declarat obtinere Surdus decis. 327. num. 19. dicens quod multa transiunt, vbi nemo opponit, quæ non transirent si fuisset oppositum, & post partis oppositionem examinatum negotium, per quam rationem dicit, septies Senatus sententias in stylo fundatas previsse: id enim solum est attendendū, quod negotio prius discussio Senatus statuit, non quod sine contradictione & examine factū est, Ioannes Andreas in cap. 1. de electione in 6. & sci vit Boerius conf. 8. num. 14. sequitur Rota Bononiensis di vers. decis. 140. nu. 32. Marc. Ant. variat. resolut. lib. 2. resolut. 38. in fine.*

56 Hoc ipsum accidit † in præfenti altercato, in quo Senatus ex causa iuxta suum stylum prorogationem, & dilationem decem dierum contrarij imperij parti adversæ cõcessit, prorogando per sex menses; ad probandum per testes, & per visuram, seu inspectionem oculorum, & aliàs cui prorogationi fuit contradicendum, & idcò dictū fuit: *Et cõsequenter dictis decem dierum elapsis, testes recipi non possunt, parte tamen opponente.* Et inferius: *Attento, quod de iure visura, seu inspectio oculorum parte tamē contradicente, non conceditur in causis interditi summarissimi interim: & idcò denegatæ fuerunt probationes, & prorogatio petita, licet omnes Advocati in initio huius altercati dicebant esse de stylo, quod Senatus concederet has prorogationes, etiam si essent ter-*

mini ultramarini, iuxta suum arbitriū; mihi autem hic stylus non placebat, & firmiter tenui, & defendi, nō esse unius horū concedendum, & tandem contradictionem feci, & obtinui magna cum novitate Senatus, vt ex ipsa Regia Provisioe constat. Et licet dicta Regia Provisio in hoc casu positionum personalium meam contradictionem admittere noluit, vel ea non obstante responsiones personales admisit facto verbo, nihilominus, quia hæc Provisio non fuit confirmata in gradu supplicationis, nam in supplicatione contrarij imperij non admittitur supplicatio altercatorum, poterit obijci contradictio quando casus occurrat.

57 Regia Provisio Senatus Cathalonix de qua supra memini invenitur in d. 3. huius libri in fine.

DISCURSUS V.

De leg. fin. Cod. de edict. Div. Adria. tollen.

SUMMARIVM.

1. **C**ausa redditur, obquam fuit intentatum remedium summarissimum ad adipiscendam possessionem, legis fin. C. de edicto Diu Adriani tollen.
2. *Litera text. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.*
3. *Remedium l. fin. non competit fideicommissario, nisi facto, vel verbo restituta sit ei hereditas ab herede gravato.*
4. *Remedium, l. fin. non conceditur donatario.*
5. *Remedium l. fin. conceditur fideicommissario, quando lege, vel statuto transferuntur iura, & actiones, ipso iure, ab herede in ipsum fideicommissarium sine facto heredis.*
6. *In Castella est, l. 45. Tauri qua, ipso iure, transfert possessionem civilem, & naturalem in successorem legitimum maioratus ab instanti mortis ultimi*

possessoris, etiam si ab eo non sit facta restitutio verbo, nec facto: modo institutio maioratus facta sit in testamento: modo in donatione.

7. *In maioratibus Castella competit successorum remedium, l. fin. non solum primo, sed ulterioribus in infinitum.*
8. *In Cathalonia non est statutum translaticium possessionis maioratus, seu fideicommissi, & ideo videtur non competere remedium, l. fin. successoribus.*
9. *Remedium, l. fin. competit in Cathalonia successoribus in maioratibus, seu fideicommissis institutis in testamentis, vel donationibus; etiam si restitutio facta non sit ab herede facto, vel verbo.*
10. *Remedium l. fin. competit successorum maioratus, vel fideicommissi, cui, & si a gravato herede nulla facta sit fideicommissi restitutio, a lego deferuntur iura, & actiones sine aliqua hominis restitutione: nam legis restitutio idem operatur, quod verbalis.*
11. *Lex Sancimus 7. §. cum autem, Cod. ad Senat. Consult. Trebel. ipso iure transfert actiones utiles in fideicommissarios primum, & ulteriorem, absque restitutione heredis gravati.*
12. *Decisio Senatus Cathalonix in qua fuit dictum, posse transire, & transirunt actiones hereditariae in secundum fideicommissarium, absque restitutione heredis.*
13. *Hanc doctrinam probat Peregrin. & alij valati.*
14. *Idem probat D. Francis. Etier. de Leon.*
15. *Probat accuratè Casar Argel.*
16. *In primum fideicommissariam non transeunt actiones utiles, sine restitutione reali, vel verbali: in secundo transeunt absque aliqua restitutione.*
17. *Probat copiosissimè D. Ioann. del Castil.*
18. *Remedium legis finalis conceditur heredi scripto in testamento ex sola ostensione testamenti solemnitis, ostendendo illud iudici.*
19. *Fideicommissarijs non conceditur hoc remedium, nisi notorium iudici faciāt,*

- evenisse casum substitutionis.
20. Remedium, l. fin. fideicommissarij conceditur de iure communi.
 21. In Cathalonia in defectum constitutionum, & iuris Canonici, ius commune servatur.
 22. Remedium l. fin. dixerunt aliqui non transire in fideicommissarium, nisi capiat possessionem actualem à manu heredis; sed Argel. deridet illos.
 23. Intelligit illos DD. ut non possit fideicommissarius propria auctoritate capere, sed Iudicis.
 24. Doctores Cathalani non tractaverunt de remedio, l. fin. quatenus competat fideicommissario perpetuo, sed heredi instituto num. 25. & 26.
 27. Remedium, l. fin. fuit introductum, ut heres, seu fideicommissarius perpetuus personam defuncti repræsentet, eiusque locum occupet, & possessionem continuetur, quam ille habebat.
 28. Sicut testator non potuit, nec debuit à possessione spoliari, ita neque heres, nec fideicommissarius.
 29. Possessorium hoc remedium non solum est adipiscendæ, sed quasi recuperandæ.
 30. Remedium l. fin. competit successori particulari bonorum, quæ à Regia Corona processerunt.
 31. Competit etiam successori in bonis feudilibus, potentius, quam heredi instituto.
 32. Feudi, seu maioratus, vel fideicommissi successori valdè interest, præter investituram, seu donationem esse in testamento vocatum, ut maiori robore, & virtute hoc remedio uti possit.
 33. Senatus Cathaloniæ sic videtur in sua decisione sensisse.
 34. De feudo ex pacto, & providentia ad maioratum valet argumentum.
 35. Maioratus successori competit remedium l. fin. pro adipiscendâ actuali possessione: si vè procedat institutio ex testamento. si vè ex donatione.
 36. Ad hoc ut efficiatur realis, & actualis possessor.
 37. Possessor civilis, & naturalis potest intentare interdictum adipiscendæ, pro consequenda actuali, & corporali detentatione.
 38. Possessor ex clausula constituti civiliter, & naturaliter potest interdictum adipiscendæ intentare pro actuali possessione.
 39. Maioratus successori competunt interdicta retinendæ, adipiscendæ, & recuperandæ diversis respectibus.
 40. Possessor bonorum maioratus videtur legitimus contradictor ad impediendam immissionem, l. fin.
 41. Legitimus contradictor est, qui habet æquale ius.
 42. Titulus æqualis non sufficit, ut sit legitimus contradictor, sed requiritur, ut possideat.
 43. Et idem in beneficialibus.
 44. Contradictor legitimus non est, qui propria auctoritate sibi de facto possessionem occupavit.
 45. Possessio iniusta, & viciosa non habetur pro possessione.
 46. Possessionem iniustam qui habet, contradicere non potest.
 47. Contradictor legitimus non est, qui dicitur creditor alicuius illiquide quantitatis, quia altiore peti indagationem.
 48. Contradictor legitimus licet non sit detentator bonorum, attamen citandus est ab herede, vel fideicommissario petenti missionem in possessionem.
 49. Argumentis contrarijs satisficit.
 50. Refertur Consilium cuiusdam Doctoris, quod reprobat.
 51. Consilij non fraudulentum nulla est obligatio.
 52. Consilium malum non debemus adhibere.
 53. Fabula de Pardo, & Vulpe refertur.



DISCVRSVS V.

*De leg. fin. Cod. de edict. Div.
Adrian. tollen.*

VTRVM REMEDIUM
*summarissimum adipiscenda
possessionis leg. fin. C. de edict.
Div. Adrian. tollen. competit
successori maioratus dignitatis
Regalis, Ducatus, Marchio-
natus, & Comitatus, cetero-
rumvè perpetuorum fideicom-
missorum Cathalonia, ad simi-
litudinem maioratum institu-
torum.*

PAULò post meum in hanc Barcino-
næ Civitatem accessum † mecum
excogitavi, in mentemque revocavi
plurimas difficultates, tot ambagibus,
& cavillationibus innodatas, quibus
hæc causa in profundo pelago erat
submersa, timens exitum, tam respec-
tu dilationum, quam foelicis expedi-
tionis: nam si caderemus à syllaba scrupu-
losæ manutentionis intentatæ, timeri
poterat, ne à tota causa caderemus;
& pluries dixi, si nec Hercules
contra duo, quis contra tantos? Et cū
vexatio det intellectum, legis finalis
remedium in memoriam adduxi, ad illud
in hac causa implorandum, ac invocandum:
cum dubitari non posset, Ducatum
Cardonæ esse maioratum dignitatis
Regalis, ac fideicommissum perpetuum:
& præter maximas difficultates, quæ
in facto occurrebant, nō fuit contemnenda
spes, in qua litigatores nittuntur victoriæ
consequendæ, quæ indies sperabatur, ideo
pro tunc adhibito consilio, dominorumque
precepto, suspendere valui. Et cum iam
in gradu supplicationis esset lis constituta,
ad securiorem exitum illius,

subordinatè, & subsidiariè illud proposui, ac imploravi; & pro ratione dubitandi videtur, dictum remedium competere non posse ex sequentibus.

Primò refero litteram textus, † quæ sic se habet: *Edicto Divi Adriani, quod sub occasione viceessimæ partis hereditatis introductum est cum multis ambagibus, & difficultatibus, & indiscretis narrationibus penitus quiescente: quia, & viceesima hereditatis ex nostrâ recessit Republica: antiquatis nihilominus, & alijs omnibus, quæ circa repletionem, vel interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt: sancimus, ut si quis ex asse, vel ex parte heres institutus competenti iudici testamentum ostenderit, non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacūque sua fornic parte viciatum, sed quod in prima figura, sine omni vituperatione appareat, & depositionibus testium legitimi numeri valatum sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, & eam restitutione publicarum personarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor extiterit: tunc in iudicio competenti, causæ in possessionem missionis, & subsequæ contradictionis ventilentur; & ei possessio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit: si ve qui missus est, si ve qui antea detinens contradicendum putavit, nullis angustijs temporū huiusmodi missione coartanda, &c.* ex qua lege clarè deducitur, & probatur, hoc remedium heredi tantum esse concessum. Ergo nō erit concedendum fideicommissario.

Secundò, † si aliquo casu fideicommissario competit hoc remedium est quando factò, vel verbo, restituta est ei hereditas ab herede gravato, Menoch. de adipiscen. posse. remed. 4. ex num. 178. D. Ioan. del Castell. contro ver. lib. 3. cap. 24. ex num. 172. Argelo de acquiren. possess. quasi. 8. art. 1. per tot. sed in præsentī casu non est restituta hereditas Ducissæ ab herede gravato, nec restitui potest, cum prædictus primus heres è vita discesserit ab hinc 600. annis;

ergo Ducissæ hoc remedium nõ com-
petit.

4 Tertiò, † hoc remedium concedit
lex heredi in testamento scripto; sed
non donatario virtute donationis ei
factæ; quin potius DD.asserunt, dona-
tario non competere, vt tenet Argelo.
*de acquir.posses. quest. 12. art. 1. per tot. præ-
cipue ex num. 19.* pluribus citatis. Sed
Ducatus Cardonæ, cæteraque loca il-
li vnita donata fuerunt Ioanni Ray-
mundo Folch ab eius patre cõtempla-
tione matrimonij, instituyendo de illis
maioratum, vt est certissimum, & con-
stat ex plurimis instrumentis, & sen-
tentijs Senatus: Ergo pro adipiscenda
possessione huius Status non potest in-
tentari remedium dictæ legis finalis.

5 Quartò, si aliquo casu † potest cõ-
cedi hoc remedium est, quando lege,
vel statuto transferuntur iura, & actio-
nes, ipso iure, ab herede in fideicom-
missarium: nam tunc etiam si restituo
facta non sit ab herede facta, vel
verbo competit hoc remedium, vt te-
net Castillo loco citato num. 34. & 172.
ibi: *Quartò, remedium metipsum dictæ le-
gis finalis concedendum esse fideicommis-
sario illi, cui, & si à gravato herede nulla
facta est fideicommissi restitutio, à lege
deferuntur iura, & actiones, sine aliqua ho-
minis restitutione; quoniam idem operatur
lex in hoc, quod verbalis restitutio ab here-
de facta, & idem docet Menoch. de
adipisc. remed. 4. num. 199.* † & cum in

6 Regnis Castellæ inveniatur lex 45.
Tauri, quæ ipso iure, & sine facta ho-
minis transfert possessionem civilem, &
naturalem in successorem legitimam
maioratus ab instanti mortis præde-
cessoris, etiam si restitutio facta non
sit ab herede verbo, nec facta, modò
institutio maioratus facta sit in testa-
mento, modò in donatione; † hinc se-
quitur quod in maioratibus, & fidei-
commissis perpetuis Regnorum Ca-
stellæ competat remedium dictæ legis
finalis, vt tenet idem Castillo, cū Mo-
lina, & alijs loco citato ex num. 25 ad
32. & non solum competit primo fi-

deicommissario; sed secundo, & vlti-
riori vltque in infinitum, vt ibidem do-
cet. † At cum in Cathalonia non in- 8
veniatur Constitutio similis, quin po-
tius iudicium petitorium intentetur,
vt dixit Regia Provisio in hac causa
prolata num. 31. propè finem, ibi: *Et
pro alia parte, qua non possidet, debet dicta
admodum Illustris Ducissa Donna Catha-
rina Antonia venire agendo, iudicium pe-
torium, intencando,* hinc sequitur non
posse concedi hoc remedium in ma-
ioratibus, & fideicommissis perpetuis
huius Principatus: & perconsequens
non posse Ducissam hoc remedio iu-
bari, quia nec facta, nec verbo, ab he-
rede gravato, nec ab vltimo possesso-
re, nec à lege, nec ab statuto facta sit
illi restitutio.

Sed his minimè suffragantibus, † 9
contraria sententia proculdubio te-
nenda est, scilicet, successores in ma-
ioratibus dignitatis Regalis, cæteri-
que fideicommissis perpetuis, & tempora-
libus, primis, secundis, & vltioribus
in infinitum competere remediũ sum-
marissimum possessorium adipiscendæ
d.l. finalis, siue maioratus, & fideicom-
missa instituta sint in testamento, siue
in donatione; etiam si restitutio facta
nõ sit ab herede gravato facta, vel ver-
bo: præcipue in præsentis Statu Cardo-
næ: quod ex sequentibus probatur.

Ex omnibus † supra adductis vide- 10
batur, Ducissæ præclusam esse viam: &
anceps ac dubius multo tẽpore exti-
ti, donec novo discursu, adhibitõque
labore, aliam aperui, per quam securè
intrare posset. Iam diximus supra re-
medium hoc legis finalis concedendũ
esse fideicommissario, cui etfi à grava-
to herede nulla facta sit fideicommissi
restitutio, à lege deferuntur iura, &
actiones, sine aliqua hominis restitu-
tione: Quoniam idem operatur lex
in hoc, quod verbalis restitutio ab he-
rede facta, ex Menoch. & Castell. supra
num. 5. citati, & iterum Menoch. n. 199.
& 203. & Castillo num. 34. & 172.
Argel. de acquir. posses. quest. 8. art. 4. ex
num.

num. 1. Peregr. de fideicom. art. 48. nu. 14. ibi: *Amplia secundò, ubi in fideicommissarium uniuersalem lex ipso iure inducit restitutionem, nam legis restitutio idem operatur, quod verbalis, quod omnes DD. concorditer tenent.*

11 Adhuc urgebat difficultas † in quærendo, & perscrutando legem, quæ ipso iure in fideicommissarium sine facto heredis iura, & actiones transferret: & iam inveni, l. Sancimus 7. §. cum autem, Cod. ad Senat. Consult. Trebell. quæ sic se habet: *Sancimus itaque ut si ve per contumaciam abfuerit is, cui restitutio imposita est, si ve præuentus morte nullo relicto successore fuerit, si ve à proximo fideicommissario in secundum translatio celebrari iussa est, ipso iure vitiles actiones transferantur: concordat, l. si heres institutus 70. ff. ad Trebell. & ibi Glos. littera C.* Itaque iam habemus legem ipso iure transferentem actiones vitiles in fideicommissarios primum, & vltiorem, absque interventione heredis gravati, nec vltimi possessoris.

12 Habemus etiam † Senatus Cathalonie decisionem iuxta istam legem prolatam, in qua fuit declaratum ipso iure, actiones transferri in secundum, & vltiorem fideicommissarium, in causa Nob. Antonij de Eril secundi huius nominis contra Nob. Hieronymum de Luna 22. Septembris 1553. Relatore Petro Clariana de Seva, cōrelatore Bernardo Vilana, ibi: *In quos Raymundum de Orcau, & Arnaldum Iulianū de Orcau potuerunt transire, & transferunt actiones hereditaria dictorum Raymundi Rogerij, & Petri de Orcau absque restitutione, cum essent secundi fideicommissarij.* Inuenietur in Archivo Regio: & legitur hæc cōclusio in Processu Nob. D. Olaguerij de Eril contra Illustrem D. Margaritam Theresiā de Eril Marchionissam de Castellnon.

13 Nunc restat † doctrinas Doctorum examinare, qui hanc viam summarissimi interdicti securam faciant; & pluri mi sunt, vt ex sequentibus apparebit, Peregrin. de fideicommiss. d. art. 48. nu. 14.

expressè tenet fideicommissariū uniuersalem secundum, & tertium, cæteròsque in infinitum posse hoc remedio vti ei que esse concedendum: & Franciscus Censalis eius additionator dict. art. 48. circa finem vers. *Trigesimo primo fol. mihi 491. cum Deciano, Cephalo, & Surd.* sic ait: *Trigesimo primo obseruo, quod ubi questio fideicommissi versetur in secundo, vel vltiori fideicommissario, possit iste propria authoritate capere, quia semel facta restitutione ab herede fideicommissario, transit ius in sequentes atque alia restitutione.*

Locus est copiosissimus † D. Francis- 14 ci Hieronymi de León tom. 2. decis. Regni Valentie decis. 209. num. 2. 3. & 51. ubi securè tenet, quod in secundum, tertium, & vltiorem successorem fideicommissi transeant ipso iure actiones vitiles, competereque eis remediū d. legis finalis, vt in possessionem bonorū fideicommissi mittatur, & longam ferriem Doctorum comprobantium coniungit. Quibus iunge Donel. in d. l. Sancimus, §. cum autem.

In terminis † doctè, & acuratè hæc 15 quæstionem tractat Cæsar Argel. de acquiren. posses. quæst. 8. art. 1. & num. 54. sic ait: *Fallit supra dicta terminatio, quando non sumus in primo fideicommissario sed secundo, vel vltior, fuerit substitutus huic namque nulla data restitutione legis nostræ beneficium competere rectè dixit, Gozadino cum Bartolo, & decisionibus Rota: & num. 55. sic dixit: † Ratio autem dif- 16 ferentia inter primum fideicommissarium, & vltiorem est, quia si in primo non transeunt actiones vitiles sine restitutione verbalis, in secundo transeunt absque aliqua restitutione: vt cautum fuit in lege Sancimus, &c. Idem refert quæst. 8. art. 10. n. 7. & 8. & in art. 4. num. 5. ubi multos DD. refert. Idem Argelus de legiti. contradic. quæst. 2. art. 5. num. 171. Mareleot. var. lib. 1. cap. 1. nu. 17. & 22. vers. Sic quoque, Fachin. contra v. lib. 12. cap. 78 & 79. Fusarius de substitution. quæst. 603. & 611. num. 12. & 17. Peregr. de fideicom. art. 2. num. 58. & sequent.*

- 17 *Omniū* † copiosissimus, & doctissimi. no-
ster D. loã. del Castillo d. 3. tom. c. 24. n.
15. & 16. ibi: Meritò ergo, atque iustis, &
multis de causis proditum fuit possessio-
rium, & summarium eius legis remedium.
Quod competit omnibus vniuersalibus suc-
cessoribus ex testamento, primis, secundis,
& vltioribus, vt ibidem probarunt om-
nes scribentes cõmuniter, & eleganter Ar-
chil. Personalis. de adipiscenda possessione
num. 185. M. Anton. Peregrin. de fidei-
commis. art. 45. num. 1. qui rectè obser-
uit, † Inter heredes scriptos in primo gra-
du, & inter alios hoc interesse, quod heres
scriptus ex sola ostensione testamenti in
forma probante non aboliti, nec cancellati,
notorium facit iudici, in casu esse, vt in pos-
sionem mittatur, † sequentes verò velu-
ti substitutus vulgariter, exemplariter, aut
pupillariter, non aliter, nisi notorium iudici
faciant, euenisse casum, substitutionis, &
num. 172. sic iterum dixit: Quarto reme-
dium metipsum dicta legis finalis conceden-
dum est fideicommissario illi, cui etsi à gra-
uato herede nulla facta est restitutio fidei-
commissi, à lege deferuntur, iura, & actio-
nes sine aliqua hominis restitutione: quo-
niam idem operatur lex in hoc, quod verba-
lis restitutio ab herede facta.
- 20 Et ne fortè aliquis diceret † hanc
Castelli doctrinam in Regnis Castellæ
vigere, virtute d. legis 45. Tauri, huic
obiectioni tacitè, num. 173. sic respon-
dit: Et hæc quidem de iure communi certis-
sima sunt. Ceterum de iure huius Regni vi-
dendum est vtrum immutentur in aliquo,
si vè fideicommissario vniuersali competat
dicta legis finalis remedium, etiam nulla
restitutione, nec verbali sibi facta per here-
dem. † Et cum in hoc Principatu in
defectum Constitutionum, & iuris Ca-
nonici, ius commune seruetur, cap. 40.
Curiar. anni 1599. Fontan. decis. 12. num.
2. & decis. 406. num. 22. hinc est, quod
mea doctrina in illo habet locum.
- 22 Et ab hac sententia † nemo recedit;
licet aliqui dixerint, quod fideicom-
missarij in illis casibus, in quibus iura
sine restitutione directo transeunt, de-
beant capere possessionem actualem à

manu heredis, quod refert Argelus de
acquirend. posses. quæst. 8. art. 4. nu. 4. sed
his ipse respondet, num. 10. illos deri-
dendo is verbis: Ad primum respondetur
non esse admodum tutam opinionem eo-
rum interpretum, qui sentiunt, quando ipso
iure, actiones transierint, adhuc possessio-
nem actualem ab ipso herede capiendam: si
enim adhuc heredis restitutione opus esset,
valde inanis esset iuris dispositio transferen-
tis actiones viles absque restitutione, eas
enim non posset exercere, neque illis mediã-
tibus res hereditarias obtinere, quod om-
ninò ridiculum reor, tanto magis, quia ve
plurimum tales actiones à lege transferun-
tur in heredem, quando ab herede non pos-
sumus consequi aliquam restitutionem, vel
quia mortuus nullo relicto, vel quia per con-
tumaciam abest, ita vt appareat legis reme-
dium esse introductũ, vice restitutionis: vnde
ridiculum est dicere, eam adhuc necessa-
riam: † Ideo erit dicta interpretum sen-
tentia intelligenda, vt non possit fideicom-
missarius propria auctoritate capere, qua si
dicant debere ab herede capere ad excluden-
dam propriam auctoritatem, non verò Iudi-
cis.

In Cathalonia † videtur, numquam
hanc quæstionem incidisse: cum eam
in terminis fideicommissi perpetui, seu
maioratus à nullo suorum Doctor, in-
ueniam exagitatam: nam Cancer. res-
ponsi. 2. & Variar. cap. 7. nu. III. constan-
ter tenet remedium legis finalis heredi
scripto, & fideicommissario etiã scrip-
to competere; sed non loquitur de vl-
terioribus: dicto responsi. 2. num. 22. vi-
detur insinuare hoc voluisse, quando
adæquando hoc remedium altero sum-
marissimo interim, dixit: Intentatur iu-
diciū summarissimum interim, quod est
idem quod petere, vt Iudex per summariam
cognitionem dict. leg. final. concedat con-
firmationem litigante illi, cui conceden-
dum venit sine præiudicio iurium parium,
quo ad possessionem plenariam. Sed non
benè explicavit.

Ioseph. Ramon. † conf. 79. nu. 9. me-
minit huius remedij, & dixit: Remedium
leg. final. non solum pro adipiscenda posse-
sio-

sione, sed pro adepta confirmanda intentari potest: Et competit non solum quando vacat possessio rerum, sed quando ab alio possidentur, optima est eius doctrina, sed non adaptabilis nostro casui in hac parte, quæ intendimus, legis finalis remedium competere fideicommissario perpetuo.

26 Celsus Hugo *conf.* 1. 2. & 3. etiam facit mentionem remedij huius legis, sed est in casu heredis in testamento scripti; † sed cum sit hoc remedium indubitatum, & à lege introductum, vt heres, seu fideicommissarius perpetuus personam defuncti representet, eiusque locum occupet, & possessionem continuetur, quàm ille habebat: † Et sicut testator non potuit, nec debuit ab illa spoliari, ita nec heres, nec fideicommissarius: † Et ideo hoc possessorium non solum est adipiscendæ, sed quasi recuperandæ, hoc supposito, quod hereditas fuit quasi spoliata, & debet reintegrari in persona heredis, vt asserit Tapia *decis.* 1. *conf.* Neapolitani, num. 11. & 34. ibi: Nam illud remedium introductum est, vt heres repræsenteret defunctum, & in eius locum intret, & continuetur possessionem, sicuti defunctus possidebat, qui cum non possit, nec debeat spoliari, ita nec ipse heres; est enim possessorium quasi recuperanda possessionis, ac si diceremus, quod hereditas fuerit quasi spoliata, in persona heredis restituenda, ac reintegranda: Et in hoc Cathalonix Senatu hoc remediũ, à iure communi concessum, etiam est concedendum præsertim cum in processu inveniuntur testamenta in quibus perpetuum fideicommissum, ac maioratus huius Ducatus fuit institutus: & Iudicibus factus est notus casus substitutionis, ac vocationis Ducissæ, illuquẽ evenisse per mortem sui fratris, cum ipsa sit primogenita.

30 Ex alio etiam capite, † præter relatuum fideicommissi, competit etiam remedium *dict.* *leg.* *final.* scilicet, quia bona maioratus à Regia Corona procedant, vt est notum; & quoties bona à Rege proveniunt etiam titulo dona-

tionis, successori in illis competit remedium *d. leg.* *final.* vt tenet Alvarus Velaf. *consult.* 126. per tot. vbi agens de donatione Regis Portugalis, qua fuerunt acquisita, & non ex testamento, & licet non successor vniversalis, sed particularis fuisset, asserit illi competere remedium *d. leg.* *final.* eo motivo, quia à Regia Corona processerunt, ibi: Proinde nihil mirum, si & ad possessionem prædictorum bonorum Coronæ adipiscendam filio proficiat illud remedium *d. leg.* *final.* si Pater defunctus in eorum possessione, vel solum de retentione erat.

Ex alio tertio capite, † etiam pro- venit hoc remedium *dict.* *leg.* *final.* hoc est, cum in bonis feudalibus istud remedium sit concessum, etiam si ex contractu bona procedant, & non ex testamento; ita expressè Argelus *de acquir. posses. quest.* 4. *art.* 7. per tot. vbi in fine cum Rocental ait, parum de hoc remedio legis nostræ esse curandum, cum etiam nullo extante testamento, saltem officio Iudicis successor sit immitendus. Et Capic. Galeota *lib.* 1. *contro.* 15. num. 10. 16. & 21. loquens de feudo, sic ait: Ideo successor in feudo vigore investituræ, competit interdicitum adipiscendæ possessionis, longè potentius, quàm heredi instituto vigore testamenti: Confirmant in pũcto Iserna Petrus de Rabena, Alvarus Prepositus, Roland. Caualcan. *Surd. Leo. decis.* 209. tom. 2. idem tenet cum *decis.* Senat. Neapol. Carol. de Tapia *decis.* 1. n. 48.

Et in terminis feudi, † valdè interest, successorem præter investituram, etiam in testamento esse vocatum, vt maiori robore, & virtute possit hoc remedio uti, sic tenet Argel. *dict.* *quest.* 4. *art.* 7. num. 4. ibi: Vbi inquit comprehenso in investitura vile esse, fuisse quoque in testamento vocatum propter pleniorẽ provisionem, & faciliorem executionem: cum heres comprehensus possit ex testamento habere immisionem pro bonis feudalibus beneficio legis nostræ *Rot. Rom. decis.* 253. recent. *part.* 4. fol. mihi 159. coram Pirano. no. 22. Aprilis, anno 1616. num. 6. & 7.

Hanc

33 Hanc utilitatem mirificè cognovit Senatus Cathalonix in decisione Ducatus Cardonæ, quam refert Ramon. *conf. 100. in fine*, vbi sic dixit: *Et attentato, quod dictus Ducatus Cardona est Dignitas Regalis, & in ea Dignitate, & alijs eidem unitis dictus Illustris Ferdinandus conventus successit, non solum ex dicta donatione paterna in capitulis matrimonialibus sibi facta, & hereditario iure tanquam heres universalis patris in testamento relictus; sed etiam iure sanguinis, tamquam primogenitus ex generali consuetudine pro bono publico introducta.*

34 Et quamvis de feudo ex pacto, & providentia, ad maioratum validum sit argumentum, vt docet Dom. Molina *de primog. lib. 1. cap. 7. num. 1.* &

35 Paz. *de tenet. part. 1. cap. 8. num. 60.* † In terminis maioratus competit etiam legitimo successori remedium *d leg. final.* pro actuali possessione acquirèda: procedat, vel non eius institutio à fideicommisso in testamento relicto, vel à donatione, ex vi tantum naturæ maioratus, vt docet eruditè D. Ioann. del Castell. *d. lib. 3. cap. 24. ex nu. 25.* etiam si successor verè, atque civiliter, & naturaliter possideat, virtute *dictæ legis Tauri*, † ad hoc vt efficiatur realis, & actualis possessor: † Nam possessor civilis, & naturalis potest intentare interdictum adipiscendæ, pro consequèda actuali, & corporali detentatione:

36 vt accidit, † in possessione civili, & naturali, quæ acquiritur ex constituto; & nihilominus possidens ex constituto, potest interdictum adipiscendæ proponere, pro consequenda actuali possessione, † & idèd successori maioratus comperunt interdicta retinendæ, adipiscendæ, & recuperandæ diversis respectibus, vt omnia tenet Dom. Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 13. ex num. 2. ad 7.* cum Menoch. *de adipisc. rem. 4. num. 174.* & *ex num. 338.* & Anton. Gom. *in l. 45. Taur. ex num. 118. qui invenitur post nu. 192. Luca rom. 15. de iudicijs disc. 44. num. 18.* & 20. Rota recent. *part. 10. decis. 116. num. 8.* Cum ergo Ducissa ha-

beat possessionem civilem, & naturalè ministerio Constitutionis *Hac nostræ*, in se translata pro dote, & arrhis suæ matris, hinc evenit, quod iustè petit, potèstque intentare interdictum adipiscendæ, pro consequenda actuali, & corporali detentatione.

Sed fortè aliquis dicet, † quod in hoc iudicio Ducissa de Frias erit admittenda, vt legitimus contradictor, ad impediendam hanc immissionem possessionis cum ipsa possideat bona maioratus titulo creditoris; & sic erit audienda in iudicio ordinario, vt *in d. l. ea vetur. ibi: Sin autem aliquis contradictor extiterit: tunc in iudicio competenti causa in possessionem immissionis, & subsecute contradictionis ventilentur*, cui respōdetur, † quod ille est legitimus contradictor, de quo lex loquitur, qui habet æquale ius, vt tradit Cancr. *resp. 2. num. 38.* Ramon *conf. 29. num. 13. 16.* & 35. *in vers. His suffragatur.* Celsar. Argel. *de legis. contrad. quest. 2. art. 4. nu. 143.* & art. 6. num. 164. Menoch. *conf. 621. num. 6.* & *de adipisc. rem. 4. ex num. 583. ad 604.* Episcop. Rola plurimos referens *de execut. litterar. Apostolic. cap. 7. num. 63.* & *seqq.* † Nec sufficit solus titulus æqualis, sed possessio simul cum illo requiritur. Idem Rosa *ex num. 64.* † & in beneficialibus *num. 95.* sed † non est legitimus contradictor, qui propria autoritate sibi de facto possessionem occupavit, vt bene dixit in hoc Statu Cardonæ Celsus Vgo *conf. 3. num. 1.* ibi: *Dictus dominus Dux Cardona sibi de facto occupa vit propria sua autoritate possessionem Locorum, & Castrorum predictorum, & sic dici non potest legitimus contradictor, quia non venit secundum legem, sed prater, & contra legem: cum nemini licitum sit possessionem alicuius rei, vel detentationem illius propria sua autoritate occupare, & possessio ab altero occupata non sit vacua, competit hoc remedium, Castillo loco citato num. 58. ibi: Secundò, deinde, & principaliter obser vandū, atque constituendum est, eiusdem leg finalis remedium competere, nedum cum posses-*

sio

Iste rerum est vacua, sed etiam cum occupata
 est, & res possidentur ab alio. Idem Ca-
 still. & melius num. 155. Episcop. Rosa
 45 de execut. litter. Apostolicar. cap. 7. nu. 70.
 † quia iniusta, & vitiosa possessio non
 habetur pro possessione: Cum quereba-
 tur. Cod. unde vi, Argel. de legit. contradict.
 46 quest. 16. num. 20. Mart. de succes. legali
 part. 4. quest. 16. num. 22. † nam, qui in-
 iuste possidet, contradicere nō potest,
 Improba. Cod. de acquir. posses. Mart. vbi
 proxime num. 23. Peregr. conf. 24. num. 4.
 lib. 3. in terminis bene, & expresse Paz
 de tenur. cap. 50. num. 22. ibi: Cum ergo
 legalis possessio prior semper in ordine sit,
 inde sequitur a tertio apprehensam propria
 auctoritate non posse dici possessionem va-
 cantem tempore apprehensionis, cum iam
 acquisita sit à vero successore iuris ministe-
 rio, & cum non sit vacans possessio eius ap-
 prehensio nulla est, & nullum potest paci-
 ficè, & iuste, legitimèque possessionis effe-
 ctum sortiri. Ramon d. conf. 79. num. 9.
 47 Nec est legitimus contradictor † ad
 impediendam immisionem, qui dici-
 tur creditor alicuius illiquidæ quanti-
 tatis: quam pars adversa præten-
 dit liquidare cum 1351. articulis, in quo
 fuit à Senatu repulsa, ut eruditè in ter-
 minis docet Ioann. Bapt. de Luca in
 theatro veritatis, & iustitiæ tit. 9. de legit.
 & de tractio. discurs. 25. nu. 75. vers. E con-
 vers. ibi: E converso autem ob qualem cre-
 diti illiquiditatem non reputatur legitimus
 contradictor ad impediendam immisionem
 ex pariter supra insinuata regula, seu con-
 clusione: quo ad effectum retentionis requi-
 ritur ex dictum omnino liquidum, ideoque
 denegatur pro illiquido, & elegantius, dis-
 curs. 31. num. 17. ibi: Quoniam cōmenda-
 bilis quidem est rigor in casu suo, vbi scili-
 cèt cum vicio se intrudat in bonorum posses-
 sione vacante, deinde ad se confuendum
 in spolio adversus antiquum possessorem,
 vel novum successorem, cui possessio debita
 est, cum in certis, & illiquidis prætensionibus
 se tueri velit, atque more fiscalium li-
 tigare manibus plenis, & idem repetit, lib.
 10. de fideicom. discurs. 197. nu. 12. Qui
 est noster casus, in quo propria autho-

ritate possessionē occupavit armis, &
 ad fovendum se in spolio adversus suc-
 cessorem novum, cui possessio multis
 titulis debita est, cum incertis, & illi-
 quidis prætensionibus, & creditis se
 tueri vult: atque more fiscalium liti-
 gat manibus plenis divitijs magnis.
 Ratio legalis est clara, nam omnia cre-
 dita, quæ opponit innumerabilia, sunt
 illiquida, tam altamque petunt inda-
 ginem, ut ipsa fuit falsa, quod intra bi-
 nium probari non possint, & merito,
 quia nec in vna centuria: & in hoc iu-
 dicio non admittitur exceptio, quæ
 altiore petat indaginem Argel. de le-
 git. contradict. quest. 10. num. 154. & in
 pluribus alijs locis, Lelius Altograd. conf.
 174. nu. 40. Francisc. Censal. ad Peregr.
 art. 48. colum. 1. vers. Ex his.

Licet † detentor bonorum non sit 48
 legitimus contradictor; attamen est
 citandus ab herede, vel fideicommissario,
 petente missionem in possessionem
 ex beneficio dict. leg. final. vnus
 pro mille D. Ioann. del Castil. d. lib. 3.
 cap. 24. ex nu. 66. vbi plurima refert ad
 hanc materiam attinentia.

Ex omnibus † superius dictis facili- 49
 mo negotio quilibet poterit argumen-
 ta in contrarium adducta diluere, &
 ideo in hoc non demoror.

Postquam enim † præmeditatè hoc 50
 remedium ad meam litem applican-
 dum inveni, & illo sui usus in memo-
 riali typis mandato, quo Iudices in-
 struerentur, multi fuerunt Advocati,
 qui gloriabantur dicentes, se ita cogi-
 tasse, omnibus que placebat: inter quos
 vnus allegationem scripsit, quamvis
 ad se non attinebat, quia non interve-
 niebat in causa: & quasi post bellum
 auxilium, de hoc remedio consulebar,
 locus in quo præcipuè nittebatur, erāt
 consilia 1. 2. & 3. Celsi Vgonis: affe-
 rens esse in terminis huius causæ ca-
 sum, & in lite super eisdem Statibus
 Cardonæ. Idē dicebat de respons. 2. Can-
 cerij, & de consilio 79. Ramon, non alio
 fundamento, quam in illis invenitur
 nomen domus, vel Status Ducatus
 Car-

Cardonæ, & sonabat *l. fin. Cod. de edict. D. Adriani tollen.* minimè attendens, quod isti DD. non loquebantur in fideicommissis perpetuis, sed inter heredem, & fideicommissarium primū; qui neutiquam est noster casus, ut ego ab initio animadverti, & in mea allegatione scripsi, supra num. 24. Multa alia dicebat non benè digesta, nec intellecta; & præcipuè non gustavit de *leg. Sancimus 7 §. cum autem, C. ad Senat. Conf. Trebeli.* quæ ipso iure transfert actiones vtilis in fideicommissarium primum, secundum, & vltiorem: in qua nittitur totum hoc fundamentum, & idèò tanquam inutile reieci, & contempsi. Si enim ille, versatus in decisionibus Senatus, decisionem supra n. 12. afferret, congratularer equidem; ut feci cum eruditissimo, qui me de illa certiore fecit, post istum librum perfectum. Alio remedio voluit hanc licentiam mederi, scilicèt, per viam querelæ, seu recursus ob retardationem, & alia gravamina ad Supremum Aragonum Consilium causam advocari: quasi artem chemicam exercendo: optimum equidem Consilium, ut æterna fieret; & innumerabiles contradictores ultra inventos adderet, præcipuè Principatus Deputationem, quæ statim cōtra factionem formaret, intendens hoc tendere contra sua privilegia, & Constitutiones: O bone Deus! Quæ hominum ætas sufficeret ad has controversias, sedandas, & quis exitus posset expectari in tam alieno prudentiæ Consilio: † Et licèt nō fraudulenti nulla sit obligatio; nihilominus † non debemus malum consilium adhibere, ne de nobis dicatur, quod Rufus Festinus Avianus in fabula de Pardo, & Vulpe, quæ, ut periret Pardus consuluit Vulpes.

53 † *Vade ait, & pictæ nimium confide iuventa.*

*Dum mihi consiliū pulchrius esse queat,
Miremurque magis quomunera mentis
adomant,*

Quam qui corporeis enituere bonis.

Tamen optimum præmium reporta-

vit, non propter effectum, sed propter affectum.

DISCURSUS VI

De Iudice supplicationis.

SUMMARIVM.

1. **C**ausa dubij proponitur.
2. **I**us ex facto oritur.
3. **I**udicium in Cathalonia est appetitum, & in qualibet parte quodlibet remedium intentari potest.
4. **I**udicium ferendum est, non solum ex allegatis in processu, sed etiam ex dictis in memorialibus, & allegationibus iuris, si partibus communicentur, & ex illis rebus, quæ viva voce fuerunt dicta in informationibus.
5. **I**n iudicio satis est factum narrare, ex quo resultat petitio, vel exceptio: licèt actio, vel exceptio non sit expressa in specie.
6. **A**ctionem mutare licèt, ad rem petitam consequendam, non solum in prima instantia, sed in secunda.
Appellationis in gradu licèt non probata probare, & non allegata allegare, dummodo talia sint, quæ pendeant ex re, causa, vel actione in prima instantia deductis.
7. **A**ppellationis Iudex potest cognoscere, quando nova causa comprehendatur in primo iudicio saltem implicite.
8. **C**lausula peto iustitiam operatur, ut censeatur intentatum remedium magis vtile ipsi parti.
9. **E**t ut intelligatur intentatum remedium, quod sufficit ad victoriam.
10. **I**tem importat, ut quis videatur intentare illud remedium, & viam magis proficuum.
11. **O**peratur, ut Iudex possit super non petitis officium suū impartiri, & quod possit actor obtinere in actione personali, licet intentaverit realem.
12. **E**t quod agens in possessorio, possit obtinere in petitorio.

13. Et quod possit obtinere in possessorio, licet conclusum fuerit in petitorio.
14. Confirmat Fontanel.
15. Clausula omni meliori modo favorabiles effectus.
16. Appellationis in causa licet deducere, & explicare ea omnia, quae sunt comprehensa in petitione prima instantiae.
17. Per istam clausulam censetur disponens non se voluisse restringere ad casum specificatum tantum, sed ad alium magis proficuum.
18. Conclusio deducitur ex omnibus dictis.
19. Decisio Senatus Cathaloniae refertur, & num. 20.
21. Alia decisio Senatus.
22. Tertia decisio Senatus.
23. Tria requiruntur, ut Iudex appellationis de novo articulo, à prima causa pendenti, possit cognoscere, quae ibi referuntur.
24. Lex per hanc, C. de temp. appellat. affertur, & ponderatur.
25. Locus Fontanelle refertur.
26. Advocati Ducissae de Medina in prima instantia non petierunt immisionem possessionis remedio legis finalis; sed manutentionem, quod est interdictum distinctum.
27. Sed huic obiectioni respondetur.
28. Iterum replicatur contra dictos Advocatos. Et quaeritur, an illorum defectus suppleri possit?
29. Erubescimus cum sine lege loquimur.
30. Adducitur titulus cum lege unica, C. ut quae delunt Advoc. part. Iudex suppleat, & explicatur.
31. Iudex supplere debet ea, quae desunt Advocatis: etiam si neque dicant, neque postulent.
32. Iudex supplere debet, si Advocatus erravit actionem, vel exceptionem: vel inducat legem minus bonam, & Iudex supplet bonam, & etiam si nihil dixerit.
33. Iudex supplere debet, & proferre, quod sciat legibus, & iuri publico convenire: & sic Senatus debuit supplere quod de fuit Advocatis: nam iuri pu-

blico convenit conservatio maioratum.

34. Iudex potest supplere ius; sed non factam.

DISCURSUS VI.

De Iudice supplicationis.

VTRUM IUDEX APPELLATIONIS, seu supplicationis possit cognoscere de his, quae fuerunt omissa in prima instantia, Et quomodo supplere debeat Iudex, quae desunt partium Advocatis?

Cum remedium † leg. final. Cod. de i. iudic. Div. Adrian. tollen. sub fiducia, & subordinatè in hoc iudicio fuissem imploratus, pars adversa contra illud obiecit, Iudices supplicationis de eo cognoscere non posse, quia in prima instantia non fuit deductum; & idè examinandum venit, an possint cognoscere: ad quod in tacto supponitur, quod in plurimis libellis processus sic Advocati dixerunt: Intentando interdictum summarissimum possessorium retinendae possessionis, aut aliud quodlibet remedium melius competiturum, omni meliori modo; & alibi petita fuit manutentio, huic parti competenti tanquam legitimo, & indubitato successori Ducatus Cardonae, qui maioratus est dignitatis Regalis, & virtute dispositionum illius institutoris; & saepe saepius ex hac causa, & titulo fuit petiturum; & aliquoties etiam dixerunt, interdicta retinendae, & adipiscendae illi competere, ipsaque invocaverunt, & ad hunc effectum septem Senatus sententias in processu deduxerunt ad probandum omnia bona esse maioratus: & clauulis salutiferis peto iustitiam, & c. vli fuerunt.

Et

Et cum ex facto ius oriatur † *l. si explagis. § 3. §. incli vo, ff. ad l. Aquiliam, l. final. in princ. ff. de iur. iuran.* Menoch. *conf. 2 num. 208.* Petrus Barbof. *in l. Titia, ff. solut. matrim. num. 25.* supposito iam facto, nunc ad ius accedere pergamus.

In Senatu Cathalonix † Iudicium est apertum, & in qualibet illius parte quodlibet remedium partibus proficuum intentari potest, *Cancer. Variar. 3. part. cap. 16. n. 28.* ibi: *In Cathalonia totus processus habetur pro libello.* Et n. 37. *Intelligitur quod potest corrigi, & emendari libellus, etiam post litem contestatam, & addi in toto processu usque ad conclusionem in causa petitioni.* Et ita omnes libelli ab hac parte in iudicium deducti, in quolibet statu processus estimandi, & non contemnendi sunt.

Et non solum † ex deductis, & allegatis in processu iudicium ferendum est, sed etiam ex dictis in memorialibus, & allegationibus Iuris, si de illis copia partibus communicetur, (vt in hac lite fuerunt comunicatæ) & ex illis rebus, quæ viva voce in informationibus fuerunt dicta, etiam si scripta non inveniuntur, vt docet *Ruginel. de appellat. §. 11. Glos. 1. cap. 1. num. 25. & 26.* ibi: *Et non solum super iuris allegationibus predictis fundare se poterit Iudex appellationis, sed etiam super his, quæ viva voce intellexerit, licet non scripta: sufficit enim, vt ex sibi ostensis ducatur ad credulitatem.*

In prima instantia † sufficienti forma, & saltem implicite ac virtualiter remedium dict. legis finalis, *Cod. de edict. Diu. Adrian. tollens. p. tit. 1m fuit:* & licet non explicaverint, satis fuit, factum narrare, ex quo resultat petitio, vel exceptio, quamvis actio, vel exceptio non sit in specie expressa. *Parlador. veru. quotid. lib. 1. cap. 10. nu. 10. cum Bart. Bald.* Afflicti sufficientesq; fuerunt clausulæ salutiferæ, quibus vsi fuerunt, vt ex sequentibus probatur.

In Cathalonia † sic testatur *Cancer. dict. 3. part. cap. 16. num. 41.* in Senatu ob-

servari, ibi: *In Cathalonia tamen credendum posse addi primæ petitioni rem distinctam à prima, dummodo radicalis causa agendi non mutetur, quod de iure communi non licet, &c.* Et similiter mutare actionem ad rem petitam consequendam: cum & id secundum recentiores sententiam, & in secunda instantia licet, & dum dixit in causa appellationis posse non probata probari, & non allegata allegari: *Modo talia sunt, quæ pendeant ex re, causa, vel actione in prima instantia deductis: secus si sine ita nova, quod sint penitus ab his diversa.*

Scaccia de appellation. quest. 11. n. 23. 7. ibi: *Declaro primò hanc ampliationem esse veram, quando nova causa, ex qua Iudex appellationis moveretur, comprehendebatur in primo iudicio, seu ex actis, & Processu primæ causæ saltem implicite, &c.* Et quod possit cognoscere, & iudicare solum super eo, quod potest includi sub generalitate primi libelli, & idè potuit iudicare super causa dominiij diversa ab ea, quam partes prosequuta sunt in prima instantia declarat *Marranca.*

Augustin. Barbof. † Variar. de claus. vsu frequen. claus. 76. loquens de claus: *Ius, & iustitiam ministrari num. 2.* sic ait: *Operatur hæc clausula, vt censatur intentatum remedium magis utile ipsi petenti, num. 5. † Item operatur, vt intentatum remedium intelligatur, quod sufficit ad victoriam, num. 6. † Item importat, vt quis videatur intentare illud remedium, & viam, quæ libellanti competere posset, & quæ actori magis sit proficua, num. 9. † Item operatur, vt possit Iudex super non petitis officium suum impartiri, & quod potest actor obtinere in actione personalis, licet intentata verit. v. alem, num. 10. † Item operatur, quod agens, & concludens in possessorio potest obtinere in petitorio. n. 11. † Quod operatur super possessorio licet conclusum sit in petitorio.*

Fontanella † decis. 123. ex nu. 8. num. 12. ibi: *Item, quod intentans possessorium in vim huius clausulæ, possit obtinere in petitorio, si de eo constat, & num. 6. memini capituli Curiarum anni 1599 in quo Fiscalibus data fuit forma petendi, ad sententiam*

tiam assignari, ius, & iustitiam fieri, & administrari, & quatenus opus sit, in eius favorem sententiam reformari: & dicit, hanc practicam Senatui non placere; & omittit clausulam, & quatenus opus sit, in eius favorem sententiam reformari; & sufficere quod dicant. Ius, & iustitiam, &c. Et in num. 6. ait, loquens de Senatu Cathalonix, ibi: Sed existimat sufficere, quod dicat Fiscus, & petat: Ius, & iustitiam fieri, & ministrari, qua est tanta virtutis clausula, ut possit Index super non petitis officium suum impartiri.

15 Peguera † in praxi rub. 8. num. 32. ibi: Subs. quitur alia clausula, omni meliori modo, cuius effectus plures censentur à Marta, dicente dictam clausulam operari, ut actus sustineatur omni meliori modo, quo potest, videlicet, si ex uno sustineri non potest, ex alio sustineatur, ideoque dicitur habere virtutem clausulae, si quod ago non valet, ut ago, valeat, ut valere potest. Idem confirmat Dominic. Antunel. Portugal. de donat. Regi lib. 1. praludio 2. §. 7. num. 32. & 33. tom. 1. & dictus Peguera ubi proxime num. 39. omnes effectus clausulae, omne ius sibi competens, extensivè declarat. Nobilis, & acutissimus Senator de Amigant in praxi rub. 27. num. 195. ibi:

16 † Limitantur proxime dicta quo ad ea, qua comprahensa veniunt in petitione facta in prima instantia, cum ea explicare, & deducere in causa appellationis, non sit quid novum, aut diversum, & sic de eis potest haberi ratio in causa appellationis, etiam parte contradicente: Idem dicit Fontanella decis. 377. ex num. 16.

17 Ramon † consilio 37. num. 159. ibi: Mittimus in eodem instrumētū adesse clausulam, omni meliori modo, per quam non censetur disponens se voluisse restringere ad casum specificatum tantum, sed ultra eum considerasse omnem alium magis proficuum: & consilio 95. num. 137. alios huius clausulae effectus refert ad aptabiles nostro casui. † Ex his omnibus DD. quorum maior pars est Cathalanorū, qui de sua practica attestantur, si clausulas salutiferas in libellis, & allegationibus primæ instantiæ positas, respici-

mus, sunt sufficientes, ut Senatus possit cognoscere, & super remedio dictæ legis finalis definire, & etiam super proprietate; & ipsi asserunt, quod petendo iudici possessionem, super proprietate decernere possit, si de proprietate constet, etiam si à parte non sit petita: & etiam quia possessio dictæ legis finalis in cæteris interditiis possessio: ijs in prima instantia petitis, virtualiter est comprahensa, & subintellecta, & valdè utilis huic Excellentissimæ parti: sufficitque sub illa generalitate esse comprahensam, ut de illa in secunda instantia supplicationis possit cognosci.

Et ne † hunc casum sine Senatus exemplari relinquam, refero, quod accidit in lite inter Abbatissam Monasterij Sanctæ Claræ Ordinis Divi Benedicti huius Civitatis contra Nob. D. Iosephum de Amigant, cui Convētus pensiones petijt cuiusdam census Castri de Fonollar, actione hypothecaria: & Amigant suum Authorem, à quo Castrum emit, in iudicium vocavit: & hic Author iterum in iudicium vocavit suum venditorem pro evictione Sententia lata contra Amigant, & venditores, decretum executionis fuit expeditum contra Amigant, qui instanter petivit, ut etiam decretum executionis expeditur contra suum Authorem: qui contra sententiam opposuit, quod in contractu venditionis, quando ipse vendidit, in pactum fuerit deductum, quod tantum pro suo facto remaneret obligatus: quo attento, fuit declaratum, non esse locum executioni contra dictum venditorem, provisione facta à Nob. D. Francisco de Ribera.

Ab hac provisione † à Nob. Amigant fuit supplicatum, & in causa supplicationis allegavit, primam provisionem esse commutandam; nam licet venditor, à quo emit, non remaneret obligatus de evictione, ad effectum solvendi damna, tenebatur tamen cedere actiones, illi competentes adversus primum venditorem, à quo secun-

duſ venditor cauſam habuerat, & ſic fuit declaratum à Magnifico Iolepho Aleny meritiffimo Senatore, dicenti: *Non eſſe locum executioni contra ſecundū venditorem, hoc intellecto, quod teneretur cedere, & transferre dicto Amigant iura competentia contra primum venditorem, ex quibus conſtat, ſufficere, quod virtualiter in iudicio primæ iſtantiæ, ſit comprehenſum, quod petitur, vt iudex ſupplicationis, ſeu appellationis de illo cognoscere poſſit.*

21 In vim clauſulæ, omni meliori modo, in Regio Conſilio, cum eſſet petitum ex vna cauſa in prima iſtantiã, ex alia in ſecūda iſtantiã fuit cōceſſū, Relato- re Magnifico Alexio Triſtany 10. Octo- bris 1663. Notar. Forès, & Montagut, in cauſa Gabrielis Gelabert Sancti Iuſti Deſuern contra Iacobum Gela- bert, in qua fuit adiudicatum manſum Gelabert del Coſcollar dictæ Parro- chiz, in vim Conſtitutionis *los Impu- bers*, dicto Gabrieli, quamvis illum peteret in vim fideicommiſſi in teſta- mento patris appoſiti.

22 Idem fuit dictum, & declaratum referente eodem Triſtany 13. Iunij 1670. Not. Famadas, in cauſa Hyacin- thæ Oriol viduæ contra Pauſam Fer- rer, & Antonium Ferrer Paſſemana- rium coniuges.

23 Tria requiruntur ad hoc, vt Iudex appellationis, ſeu ſupplicationis de novo articulo à prima cauſa pendenti poſſit cognocere: & omnia concur- runt in præſenti cauſa: Prima idemp- titas rei; Secunda idemptitas cauſæ, & Tertia eadem conditio perſona- rum, vt docet cum Scaccia, Francus, Rebuffo, Puteus, & alijs D.D. Francil- cus Salgado de retentione Bullar. 2. part. cap. 8. num. 15. ibi: *Quod tunc appellatio extendet vires ſuas ad noviter deductum, tribus concurrentibus, idemptitate rei, idē- titate cauſæ, ſeu iure petendi, & eadem conditione perſonarum.* Et latius 1. part. cap. 12. ex num. 18. hæ omnes tres cau- ſæ in noſtra inveniuntur, idemptitas rei, idemptitas cauſæ, & eadem con-

ditio perſonarum. Ergo nunc ſuppli- catio extendit vires ſuas ad noviter deductum, vel vt proprius loquar, ad noviter explicatum.

Sed ad quid tot authoritates DD. 24 querimus, cum legem expreſſam ha- beamus, quæ totum hoc opus conficit, diſcurſumque claudere poteſt, & cla- rius meum intentum probat hæc eſt, *l. per hanc, Cod. de tempor. appell. ibi: Per hanc diſtinam ſanctionem decernimus, vt licentia quidem pateat in exercendis con- ſultationibus, tam appellatori, quam ad- verſe parti, no vis etiam aſſertionibus ve- di, vel exceptionibus, quæ non ad novum capitulum pertinent, ſed ex illis oriuntur, & illis connunctæ ſunt, quæ apud antero- rim Iudicem noſcuntur propoſitæ.* Et ibi Gloſa verbo, *novum Capitulum*, decla- rat, *novum Capitulum, id eſt res noviter pe- tita.*

Mirificè ¶ exemplificat Fontanella 25 decif. 377. num. 17. ibi: *Vt ſi primo pe- tebam hominem, nunc peto bovem, vel aſi- num.* Et num. 19. cum Mulcatel. ait: *In cauſa appellationis opponi poſſe omnes pe- remptorias, quæ non ſunt omnino nova, & ſeparatæ à cauſa principali, ſed deſcendunt à cauſa, & actione principali (nota ſe- quentia) vel ad ipſam actionem coadiu- vandam reſpectu aſtoris, vel enervandam reſpectu rei.* In ſupplicatione huius cau- ſæ res nova non petitur. In prima iſ- tantiã poſſeſſio bonorum Ducatus fuit petita remedio Conſtitutionum *Hæc noſtra, & final, & omni meliori modo.* Et in hac ſecunda explicatur legis finalis remedium, ibi implicitum, ad illam quoadiubandam iuxta doctrinas re- latas, & verba expreſſa iſtius legis: *No vis etiam aſſertionibus veendi; ex qui- bus quamvis iſtud novum remedium nominetur, eſt ad quoadiubandum reſpectu aſtoris, & enervandum reſpe- ctu rei; ſed non eſt res nova noviter- que petita, vt petebam hominē, nunc peto bovem.*

Sed fortè dices, ¶ quod Advocati 26 nunquam petierunt immiſſionem poſ- ſeſſionis, quæ correſpondet interdico, & re-

27 & remedio dictæ legis finalis, sed ma-
nutentionem, quod est *interdictum re-*
tinendæ; † sed respondeo, quod excep-
tio, vel actio non est in specie exprimenda; sed satis est factum narrare, ex quo resultet actio; vel exceptio *Part. rer. quosid. lib. 2. cap. 10. num. 10. cum Bart. Bald. & Afflict.*

28 Sed dato, & non concessio, quod ef-
fencialiter Advocati tenerentur *dict. leg. fin.* exprimere in suis libellis, & allegationibus, opere prærium duxit quærere, ac investigare, an iste defectus suppleri possit: & invenio à iure remedium istius defectus esse præparatum, † Erubescimus, cum sine lege

29 loquimur, *l. illam, Cod. de collationib. Authent. de triente, & semisse, §. consideremus collat. 3. †* Istud remedium nobis

30 Imperator concessit *in tit. C. ut qua desunt Advocat. part. Iudex suppleat, & l. unica, his brevibus, & elegantissimis verbis: Non dubium est, Iudicem, si quid à litigatoribus, vel ab his, qui negotijs adfuerunt, minus fuerit dictum id supplere, & proferre, quod sciat legibus, & iuri publico convenire.*

Rubrica huius tit. eiusque lex unica nos docet, iudicem ex officio debere supplere quæ desunt Advocatis partium.

31 Fateor Advocatos non ex præcisè remedium *legis fin.* nec de illo mentionem fecisse: Doctissimi equidem sunt, nec est verò simile, illud ignorasse: sed supponamus legem, & eius interdictum errasse, & pro remedio *adipiscend. leg. fin.* retinendæ petierunt. His omnibus in casibus Senatus potuit, & debuit corrigere, & suplere, inducendo bonam legem, & iuxta illam sententiam proferendo, ut docet *Cujatius in dicta leg. ibi: Hoc quoque dignum erat de Advocatis, proprio titulo iudicare posse, Iudicè suplere ea, quæ desunt partibus, vel Advocatis, dicere pura, & quærere ea, quæ dicto, quæ sitòq; opus sunt, etiam si his, cuius res est, ea neque dicat neque postulet.*

32 Melius explicat *Glosa: verbo Advocatis, ibi: De iure proferet Iudex, &*

supplet: ut quia Actor dicit mutua vi decem: unde de aequitate facies mihi restitui, licet non sim mihi stipulatus: nescit autem dicere debitorem obligari re: Certè, hoc proferet Iudex: vel si dicat obligatum re, non tamen adducat legem, nam tunc Iudex supplet inducendo legem, vel cum actor inducat minus bonam legem, Iudex supplet bonam, vel melius potes hic dicere hoc modo, quod Iudex hic proferat, cum actor dicit factum (ut cum dicit aliquem obligatum sibi aliqua actione) sed non dicit ius, idest non adducit legem, vel si dicit factum, & ius, idest legem, sed non bonam Iudex supplet meliorem, & eademmet Glosa verbo minus, ibi: Etiam si nihil dixerit, quia minus dicit, qui nihil dicit, ut ff. de verb. significat. lege minus, & in verbo proferre, ibi: Cum prousus omisit.

Dicta lex unica dixit: *Id. supplere, & proferre, quod sciat legibus, & iuri publico convenire: & hæc duæ qualitates in præsentia lite concurrunt, nam Senatus scit hoc remedium legibus convenire, siquidem à iure procedit, & etiam iuri publico expedit, maioratum conservare, ut multis in locis asserit Molina de maioratibus, & hic Senatus in vna Sententia supra relata dixit, in hoc maioratu iure sanguinis, & pro bono publico: & quia Senatus in prima instantia hoc remedium omisit, & non tribuit, iustè in secunda conqueritur, & commutationem intendit.*

Non enim Iudex † potest supplere factum, ut dixerunt *Cuiatius, & Glosa: sed in prima instantia, & in secunda latius de facto in processu constat: vltimum successorem è vita decessisse, deficientibus descendentibus: Statù esse maioratum dignitatis Regalis, & fideicommissum perpetuù: & Ducisfam de Medina sororem primogenitã esse vltimi Ducis; ex quo in facto omnes qualitates concurrunt, quæ semper in Processu potuerunt videri: & ita Senatus non supplebit factum: sed quod est de iure, & in prima instantia fuit omissum, debet supplere, & decernere.*

DISCURSUS VII.

De Maioribus Hispaniæ.

SUMMARIUM.

1. **I**ntroductio huius discursus.
Incipiunt narrare factum Advocati.
2. Prosequitur.
3. De eadem materia.
4. Prosequitur factum.
5. Authores præveniunt ad intelligentiam materia cum aliquibus propositionibus.
6. Maioratus Cardonæ non est rigurosa agnationis, sed regularis.
7. In successione ab intestato unius fratris, quando inveniuntur utrinque coniuncti debent præferri alijs fratribus, ex vno latere tantum coniunctis.
8. Maioratus possessor, si sine liberis decesserit, & inter fratres quaritur de successione maioratus, quamvis vinculum, seu fideicommissum ab ascendente sit institutum, regulatur, non ex successione ascendentium, sed transversalium.
9. Si in successione fideicommissi non invenitur particularis dispositio, regulatur regulari successione ab intestato ultimi possessoris: Ita quod successor illius ab intestato, succedere debet etiam in fideicommissis: sed cautè intellige.
10. In fideicommissi successione debet attendi proximitas nõ in ordine, & institutore, sed ad ultimum possessorem.
11. Idem procedit in successione feudi.
12. Cui nihil obstat, quod fideicommissarius succedat testatori, & non ultimo gravato.
13. Refertur authoritas Vrceolis.
14. Frater ex utroque parente proximior dicitur: & minus proximus frater consanguineus, vel verinus tantum.
15. Probatum authoritate Ruini.
16. Probatum secundò eiusdem authoritate.
17. Tertio probatur eiusdem doctrina.
18. Parisij authoritas refertur.
19. Fabius de Anna probat.
20. Philippus Decius confirmat.
21. Camillus de Curte tenet idem.
22. Tiraquel, idem sentit.
23. Ioannis Caphali intelligentia deducitur.
24. Andreas Georgius idem sensit.
25. Marius Giurba in retractu probat idem.
26. Castillo vocat propinquiores, & magis dilectos, utrinque coniunctos.
27. Cevallos probat in retractu.
28. Ioannes Franciscus Andreolus in successione confirmat.
29. Don Ermenegildus de Roxas, idem tenet in successione maioratus, qui affirmat, sororem utrinque coniunctam præferri debere maiori consanguinea.
30. Melchior Pelæus à Mieres idem tenet: sed cautè intellige istam propositionem ne descipiatis.
31. Feuda, & maioratus symbolizantur, & de feudo ad maioratum valet argumentum.
32. Licet in feudis de iure communi fuissent femina exclusæ ab agnatis propter rigurosam agnationem, excludendo ex hac causa cognatum, & per femineum sexum coniunctum, & sic non considerabatur coniunctio ex utroque latere: sed solam illa coniunctio, quæ procedebat acquirente feudum: sed præferatur utrinque coniunctus, quando femina succedere potest.
33. Gosfredi authoritas refertur.
34. Confirmatur alia doctrina eiusdem Authoris.
35. Vrtilis ad Affict. confirmat.
36. Camillus de Curte confirmat latissimam authoritate.
37. Alius locus eiusdem Curti.
38. Fabi de Anna alius locus transcribitur.
39. Georgy latissimus locus transcribitur.
40. Gratiani locus refertur, sed contrarium probat.
41. In fideicommissis, & maioratibus frater utrinque coniunctus præferatur consanguineo.

- sanguineo; vel uterino: sed caue ab hac propositione.
42. Ruini consilium transcribitur valde longum.
 43. Eiusdem Ruini aliud consilium.
 44. Eiusdem Ruini aliud consilium transcriptum.
 45. Longius consilium Ruini.
 46. Iterum Ruinus alio consilio transcripto.
 47. Aliud consilium Ruini.
 48. Longa series ultima alterius consilij Ruini.
 49. Andrea Gail locus transcriptus.
 50. Alius locus Cevallos valde longus.
 51. Beroi consilium.
 52. Gratiani locus.
 53. Soror utrinque coniuncta excludit sororem consanguineam ex primo matrimonio, & seniore, ex Pereira in maioratu.
 54. Frater consanguineus excluditur à fratre utrinque coniuncto.
 55. Locus Castellii Sotomaior transcribitur, & in num. 56.
 57. Roxas transcribitur similiter ex isto num. ad 64.
 65. Locus Gosadini refertur.
 66. Decij consilium transcribitur.
 67. Alius locus Ioannis Antonij Bellon.
 68. Alius locus Michalorij vsque ad n. 69.
 70. Proximitas in successione fideicommissi regulanda est cum ultimo possessore gravato, non cum institutore gravante.
 71. Advocati ex supra allegatis deducunt conclusionem indubitata successione sororis utrinque coniuncte, preferendamque esse sorori etate maiori ex primo matrimonio procreata.
 72. Constitutioni Catalonia los Impubers, tit. de pupillars, y altres successions responderur.
 73. Statutum vocans proximiores ex parte Patris interpretatur secundum ius commune, ut utrinque coniunctus excludat simplicem consanguineum.
 74. Corroboratur auctoritate Peregrini.
 75. Alia auctoritate Giurba.
 76. Constitutioni de los Impubers iterum responderur.

77. Cancerij auctoritati responderur.
78. Iterum Cancerij doctrina impugnatur.
79. Aliud fundamentum adducitur.
80. Primogenitura ius, quod in maioratibus est inspiciendum, & in Ducissa Medinaceli invenitur, proponitur, propter quod debet preferri sorori utrinque coniuncte.
81. Huic argumento primo responderur.
82. Primogenitus non solum in successione se includit maioratus, totamque suam lineam; imò excludit secundum, & tertium genitum.
83. Maioratum possidens, si absque liberis decesserit eius successio ad alios fratres transit, & unusquisque facit lineam pro se ab alio distinctam.
84. Probatum consilio Ganaberri.
85. Alia auctoritate Cevallos comprobatur.
86. Alia auctoritas Ceval. refertur.
87. Alia auctoritas Cephalli.
88. Alia auctoritas Mieres.
89. Alia auctoritas Peregrini, vsque ad num. 91.
92. Alia auctoritas Castell. Sotomaior, & num. 93.
94. Alia auctoritas Ceval.
95. Alia Fusarij.
96. Alia auctoritas Roxas.
97. Alia Orat. Barbat.
98. Maioria prerogativa ultimo loco attenditur in paritate gradus, ceteris paribus, & num. 99.
100. Conclusio huius operis vsque ad finem est, quod soror utrinque coniuncta ultimi possessoris Maioratus in secundo matrimonio procreata preferatur sorori primogenita primi matrimonij.



DISCURSVS VII.

De Maioribus Hispania.

*VTRVM IN SVCCES-
sione maioratus regularis His-
pania, filia primogenita primi
matrimonij præferatur filia se-
cundo genitæ in secundis nuptijs,
quæ est utrinque coniuncta filio
masculo fratri suo, in secundo
etiam matrimonio procreato,
qui patri in maioratu successer-
at, & sine liberis decessit?*

CVM meum discursum remedij sū-
marissimi possessorij, *leg. fin. Cod.
de edict. Div. Andrian. tollen.* de quo su-
pra discursus 5. & 6. loquutus sum, in
lucem edidissem, in favoremque hu-
ius Excelentissimæ partis in iudicium
supplicationis deduxissem, magnique
roboris, virtutis, & efficaciam, ni fallor,
adversarijs videretur, contra illud an-
tidotum cōtrarium diligenter quæsie-
runt. Remedium enim illud suas ra-
dices mittebat in indubitata successio-
ne, quam in hoc Statu Ducissa de Me-
dina dicebat sibi competere per obi-
tum sui fratris D. Ioachimi ultimi Du-
cis, ex eo, quis maior ætate, ac primo-
genita inter alias septem sorores inve-
niretur, quatuor habitas ex primo ma-
trimonio Patris sui, inhito cum Ducis-
sa de Lerma, & tres ex secundis nup-
tiji ipsius Patris cum Ducissa de Frias
celebratis: Ex quo secundo matrimo-
nio, etiam fuit procreatus dictus D.
Ioachimus ultimus Dux, qui tamquam
masculus in maioratu Ducatus succes-
sit, cuius morte dictus Status Ducissæ
de Medina sine contradictore perti-
ner, in eoque successit. Sed ut hic tam
clarus titulus obscuraretur, turbidus-
que fieret, remediumque dictæ *l. fin. ei*

non competeret, intentareque posset,
cavillatione machinata, contra illud,
veramque successionem Ducissæ de Me-
dina, quodam manifestum publicatum
fuit, in quo probare intendebatur, Ex-
cellentissimam. D. Domnam Ioannam
de Aragō uxorem Marchionis de Ro-
buit, filij primogeniti Principis de Li-
gni sororem utrinque coniunctam ex se-
cundo matrimonio dicti D. Ioachimi
ultimi Ducis esse legitimam successo-
rem per illius mortem in dicto maio-
ratu, & esse præferendam Ducissæ de
Medina, quamvis sit primogenita, ma-
iorque natu: Hac præensione inten-
dentes legitimum creare contradicto-
rem contra Ducissam de Medina ad
hoc, ut iudicium summarissimum pos-
sessorium *adipiscenda* in ordinatum, &
plenarium converteretur: Et cum hæc
præensio hucusque sit inaudita, mag-
numque scandalum inter Hispanos lu-
risconsultos generaverit, mihi visum
est dictum manifestum in hoc opere in-
ferere, ut visis Advocatorum debili-
bus fundamentis, quilibet Doctor, lu-
risque consultus possit, aut illos de-
ridere, aut magni, vel nauci facere,
pro ut ratio, & iustitia postulaverit.
Hoc suum opus septuaginta Doctorum
approbatione fuit monitum, licet qui-
dem laicus asseruit à se solo Divini
Numinis auxilio ortum habuisse, qui
contra omnes Advocatos contradi-
cētes suam sententiam firmavit, ipsi-
que eum sequuti fuere: & ne aliquid
me ab illo detraxisse dicatur, integrum
referam. Initium sui operis est à Pro-
curatore conditum, sub titulo *Prologo
al Lector*: & post eximios laudes in Au-
thore laicum, & Doctores, sic conclu-
dit: *Estos, pues, son como los Rios del Pa-
rayso, que con el caudal de su ingenio, con
la claridad de su disposicion cristalina, con
la preciosa inundacion de sus textos, con
las ricas olas de sus razones, y con la pure-
za eficaz de sus argumentos, alegran, enri-
quezen, fecundan, y fertilizan las riberas, y
pingan, ó llanan de esta Obra. Esto me ha pa-
recido ad vertir te, ó lector, para que sepas à
quien*

quien de ves lo ingenioso, y autorizado de estos trabajos; y quando se aguzen en alguna mala dicencia los dientes, se reporte advertida, de que es para venerada vna quinta essencia de las Leyes.

Sequitur postea approbatio illius operis, à quodam Dòctore facta, quæ sic se habet.

He leído con mucho gusto este Papel, intitulado: *Demonstracion juridica*. Y todo es lleno de erudicion, segundo de alegacion verdadera, y muy conforme a la disposicion del derecho; no sè como poder llegar à alabar su doctrina, porque seria hazerle agravo pues la misma Obra dize lo que es, sin ser menester que la alaben, conforme dize San Ambrosio in illud Genes. 1. Vidit Deus lucem, &c. Bonorum operum proprium est, vt externo commendatore non egeant, sed gratiam suam, cum videntur, ipsa testantur: basta que es parro de cinco ingenios, tan doctos, que con aver muchos Jurisconsultos en Barcelona, de muy grande doctrina, ninguno les haze ventaja en tan pocas hojas, que ocupan quinze pliegos de papel, queda digerido, y cõ admirable claridad, lo q̄ podia ocupar vn gran volumen; manifesta la habilidad de los Autores, segun la Epistola 53. de Seneca: Magni Artificis est clausisse totum in exiguo. Asy que soy de sentir, que indubitablemente la Excelentissima señora Duquesa Doña Juana, Princesa del sacro Imperio, por aver muerto el señor Duque Don Ioachin en edad infantil, que era el vltimo possessor de los Estados: siendo, como es, el vinculo regular, y no agnaticio; y por ser vna que comueta, en conuiso de la Excelentissima señora Duquesa de Medinaceli, que es hermana consanguinea tan solamente, es proximior à dicho Don Ioachin; y por consiguiente, le toca legitimamente la succession de los Estados y Ducado de Cardona; y asy lo siento. Salva, &c. En Barcelona 6. de Enero 1678.

Huic approbationi alia septuaginta Doctorem accessit: & aded laudatum opus sic se habet.

POR LA EXCELNTIS
sima señora Duquesa Doña
Juana Princesa del Sacro
Romano Imperio,
&c.

EL Excelentissimo señor D. Luys Ramon Folch de Cardona, y Aragon, Duque que fue de Cardona, &c. casò la primera vez con la Excelentissima señora Doña Maria Ana de Sandoval Duquesa de Lerma: De este matrimonio tuvo tres hijos, y cinco hijas, es à saber, Don Fernando, Don Gaspar, y Don Ambrosio, Duque que fue de Lerma, y las Excelentissimas señoras Doña Catalina Antonia Duquesa de Medina Celi, y Alcalá, &c. Doña Felicha, Doña Maria Marquesa de los Velez, Doña Teresa Duquesa de Camiña, y Doña Francisca Condesa de Santistevan, Marquesa de las Navas, &c.

Muriò dicha señora Duquesa doña Maria Ana de Sandoval sobreviviendole de los hijos el señor Duque don Ambrosio solo, y las cinco hijas.

Falleció el señor Duque Don Ambrosio, y casò segunda vez el señor Duque don Luys con la Excelentissima señora doña Maria Teresa de Benavides: y de este matrimonio tuvo al Excelentissimo señor Duque don Ioachin, y tres hijas, que oy viven; es à saber, la Excelentissima señora doña Juana Ramõ Folch de Cardona, Aragon, y Benavides, Duquesa de Cardona, y de Sogorbe, &c. Condesa de Ampurias, y de Prades, Marquesa de Pallàs, Vizcondesa de Villamur, señora de la Ciudad de Solsona, y de la Vegueria de Segarra, de las Baronias de Entensa, Arbeca, Iuneda, y Oriola, y de la Conca de Odena, &c. (muger que es del Excelentissimo señor Principe Enrrico Ernesto, Ramon Folch de Cardona, y Aragon, Duque de Cardona, de Sogorbe, &c. Principe del Sacro Romano Imperio, Marquès de

i
Legò
causò
homo
Disposi-
sum, ut
decipia-
risi do-
nec se-
quens
parlego:
vii.

duyte, hijo primogenito del Excelentissimo señor Principe Claudio Lamoraldo, Principe de Ligne, de Amblice del Sacro Romano Imperio, Soberano de Taynoles, Cavallero del Insigne Orden del Tufon de Oro, del Consejo de Estado, Governador, y Capitan General del Estado de Milan; doña Margarita, y doña Angela, &c.

4 Muriò el señor Duque don Luys à los 13. de Enero 1670. sobreviviendole dicho Excelentissimo señor Duque don Ioachin, que sucediò en los Estados de su Padre, y dichas señoras tres hijas. Muriò dicho señor Duque don Ioachin à 5 de Março de dicho año 1670. en infantil edad, sobreviviendole, como oy se sobreviven, dichas tres hermanas. q̄ lo son *ex utrôq; parente*; y tambien las consanguineas, que lo son *ex parte patris tantum*: y assi es cierto, que por muerte de dicho señor Duque don Ioachin le sucediò en dichos Estados, no la señora Duquesa de Medina-Celi, y Alcalà, doña Catalina Antonia, hermana consanguinea, sino la Excelentissima señora Duquesa Doña Juana, por ser la hermana mayor *ex utrôque parente*.

5 Para la caval comprehension de esta verdad, se han de suponer primero algunas proposiciones ciertas, assi en hecho, como en derecho, que serviràn de segura guia para conduzirnos à la inteligencia del infalible derecho que assiste en la succession de dichos Estados à dicha Excelentissima señora Duquesa doña Juana.

PROPOSICION I.

6 ES de suponer primero, que el vinculo, y fideicomisso que ay en dichos Estados, no es agnaticio, y de rigurosa agnacion, sino regular, con sola prelación de los varones à las hembras, quando son en vna misma linea, y en vn mismo grado. Bien prueva esta verdad la Excelentissima señora

Duquesa de Medina-Celi, y Alcalà, pues pretende suceder en dichos Estados, y assi partes sunt in confesso.

PROPOSICION II.

7 SECUNDÒ, que quando se trata de la succession *ab intestato* à vn hermano, aviendo concurrido de consanguineos, ò uterinos, y de *uirique coniunctos*, son estos preferidos, iñi à los uterinos, como à los consanguineos, *ex l. 2. § fin. ff. vnde legitim. authent. cessante, Cod. de legitim. heredit. authent. de hereditat. ab intest. venient. § reliquum est, ibi: Si igitur defunctus, &c. l. tres fratres ff. de pact. authent. post fratres, & l. 1. Cod. de legitim. heredit. authent. itaque, Cod. commun. delegat. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 5. num. 23. Gomez ad ll. Tauri, l. 8. num. 7. Marta de succis. legali, tom. 1. part. 3. quest. 4. art. 2. num. 1. & 5. Paulus Emilius Gallus de except. rubr. de success. tam ab intestat. quam ex testament. n. 148. Peregrin. decis. 74. num. 3. 75. 76. & 77. Fular. de substitut. quest. 79. nu. 3. Ferrer super Constit. los impubers, glos. 1. nu. 325. Cyriac. contro. 417. per tot. Cæsar Carena resolut. 196. num. 2. Botiller de success. ab intestat. cap. 1. theoremat. 10. nu. 14. Valençuel. conf. 129. num. 54.*

PROPOSICION III.

8 TERTIÒ, que quando el ultimo poseedor del Mayorazgo muriò sin hijos, y se disputa de la succession de el entre sus hermanos, aunque el vinculo, y fideicomisso le aya hecho ascendiente, se regula, no por succession de descendiente, sino de transversal. Angelus conf. 277. num. 9. Ruinus conf. 167. num. 12. lib. 2. Curtius iun. conf. 125. ad finem, Socin. iun. conf. 126. num. 49. & conf. 134. col. fin. lib. 3. Decian. conf. 25. num. 16. lib. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 20. num. 10. & art. 21. nu. 8. & conf. 41. num. 24. lib. 5. Fular. de substitut. quest. 481. num. 10. Ganaverro conf. 5. n. 128. & 157. Bonden. colluēt. legal. 41. n. 8. Iose-

Iosephus Vrceol. *consult. forens. cap. 12. num. 6. cum seqq.*

PROPOSICION IV.

9 **Q**uarto, que la sucession en el fideicomisso fino ay particular disposicion en contrario, se mide por las reglas de la succion *ab intestato*, de aquel que vltimamente le poseyò: de modo, que el que *ab intestato* succedere al vltimo poseedor, ha de suceder tambien al fideicomisso, *l. cum ita, §. in fideicommiss. delegat. 2. Bart. & alij. in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. Socinus iunior conf. 178. nu. 17. vol. 2. Ruin. conf. 134. num. 2. Covarru. pract. cap. 38. nu. 2. Rora Avenionen. decis. 37. n. 9 Valençuel. conf. 23. n. 57. Peregr. de fideicom. art. 29 n. 20. & seq. Seraphin. decis. 1216. n. 8. Fufar. de substit. quæst. 484 num. 11. Amato resolut. 10. n. 70. Cancer. *variar. cap. 1. num. 294. & 298. Cyarlin. contro. cap. 130. à nu. 14. Vrceol. consult. forens. cap. 12. n. 10. cum seqq. Valençuel. conf. 119. num. 55. 56. & 57.**

PROPOSICION V.

10 **Q**uinto, que la proximidad para suceder en el fideicomisso, deve atenderse, no en orden al que instituyò el mayorazgo, sino al vltimo que le poseyò, y esta es la mas comun, y mas recibida sentençia, *in fideicomisso nomine collecti vo institutio*. Peregr. in. de fideicommiss. art. 20. num. 3. & ibi Censarius, *vers. Et hinc sumpta. fol. 29. Marlar. de fideicommiss. part. 2. quæst. 35. Cancer. part. 1. cap. 1. n. 137. & p. 3. cap. 21. n. 133. cum decis. Senatus Tondutus quæst. ci. vil. cap. 99 num. 23. Castillo quotidianar. contro. iurium. lib. 3. de iure representationis, cap. 19. num. 140. & 138. & num. 279. Merlin. decis. 520. à num. 1. Burat. decis. 107. cum additionibus, Francisc. Molin. de viru nuptiar. lib. 3. quæst. 24. à num. 333. vsque ad 337. inclusi vè, Ramo conf. 100. à num. 420. vsque ad 425. inclusi vè. Fufar. de substit. quæst. 484. desde el num. 1. Ga-*

naverro *conf. 5. num. 129. Fontanel. decis. 35. num. 22. Amato resolut. 10. num. 2. Eminentissimus Cardinalis Otthobono decis. 35. Aloysius Manfi consultat. 84. à num. 11. Lelius Altogradus conf. 92. num. 18 & conf. 95. num. 22. tom. 2. don Pedro Quesada, y Pilo, *differt. 18. n. 34. & differt. 20. num. 58.* con los siguientes, Iosephus Vrceol. *consultat foren. cap. 12. num. 7. cum seqq. Bonden, collectæ. legal. 41. num. 109. Altograd. iunior contro. 41. num. 30.**

Lo mismo procede en la sucession del f. udo, Rosenthalo de feudis, *cap. 7. conclus. 57. num. 107 11. Guio vagnono conf. 24. à num. 35. & seqq. lib. 2. Giurba de succes. feudor. §. 2. glos. 13. num. 37. & seqq. Carena resolut. 234. num. 3. Cyriac. contro. 4. num. 47. & 77. Marta voto 106. num. 7. Castillo contro. iur. lib. 3. de iure representat. cap. 19. n. 140. *vers. Deinde. Manfi consult. 85. à num. 4. & consult. 88. à num. 1.**

11 Sin que obste el argumento que se haze en contrario, de que *fideicommissarius succedit testatori, & non vltimo gravato, ex l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulgar. porque esto le entiene non immediate, sed mediante persona gravati, & in gravati locum subintrando*, Peregrin. *conf. 51. nu. 10. lib. 3. Bellon. iunior conf. 61. n. 7. Vrceol. dicto cap. 12. n. 26. & 27. observòlo grandemente Ganavetro (à mas de los citados arriba) conf. 50. num. 130. & 131. Quilibet vocatus ad fideicommissum est dupliciter successor, nempe testamentarius quo ad testatorem, & legitimus quo ad vltimum possessorem.*

12 Es de observar lo que dixo Vrceol. 13 lo al punto en dicho *cap. 12. num. 27. ibi: Et quod idem testator præsumatur quando ab eo nullus ordo in succedendo positus fuit voluntatem suam accommodasse, vt in dicto suo fideicommissio succedatur secundum regulam successionis ab intestato, vt qui vltimo gravato ab intestato succederet in eius hereditate, succedat quoque in fideicommissio eodem ordine, vt probatur in d. l. cum ita 33. §. in fideicommissio,*

Vbi glos. in verb. nominati, & l. Peto 71. §. fratre, ff. de legat. 2. & est doctrina Bart. communiter approbata in l. heredes mei, §. cum ita ad Trebellian. ac DD. traditio, vt scribunt, &c. *Hactenus Vrecol.* Observo admirablemente en dicha conformidad Mansi *consult.* 88. à num. 1. cum sequent. ad 6.

PROPOSICION VI.

- 14 **S**extò, quod proximior dicitur frater ex utroque parente, & minus proximus, frater consanguineus, vel uterinus tantum, Ruinus *conf.* 90. num. 8. ibi: Si quis habeat duos filios ex prima uxore, & ex alia duos alios, & illos substituat adinvicem, si vnus decedat in pupillari ætate, frater illius utrinque coniunctus præfertur alijs, quia licet omnes pariter sint coniuncti testatori hoc non debet attendi, cum non agatur de successione illius, sed pupilli defuncti, & ideò in dubio videtur testator prætulisse illum, qui erat proximior dicto pupilo, &c. *Hactenus Ruin.*
- 15 Et dictus Ruinus *conf.* 159. n. 9. ibi: Quia illi coniungebantur ex utroque parente, & alter ex vno tantum, ideò proximior gravati debebat præferri alteri, quamvis ambo æqualiter coniuncti essent testatori, &c. *Hactenus Ruinus.*
- 16 Et dictus Ruinus *conf.* 166. sub num. 5. ibi: Cui utrinque coniunctus est proximior, &c. *Hactenus Ruin.*
- 17 Et dictus Ruinus *conf.* 167. num. 12. ibi: Quia fratres utrinque coniuncti sunt testatori ita coniuncti, sicut alius, & habet etiam plus, quia gravato sunt proximiores, &c. *Hactenus Ruin.*
tes concorditer fatentur, illum Statum Cardonæ esse maioratum regularem Hispaniæ, in quo ex sua natura Primogenitus, primòque natus succedit, exclusis cæteris sororibus posterioribus, ut est clarum, & supra probavimus; ergo Ducissa habet pro se regulam, à qua recedi non potest: † nam qui ¹⁰⁷ regulam pro se habet, intentionem fundatam habet, & ab onere probandi relevatur, quia pro se habet ius, *l. regula 1. ff. de regul. iur. Gutier. de iuram. confirm. part. 1. cap. 1. num. 64. † & secundum* ¹⁰⁸ istam regulam est iudicandum Mendez à Castr. *in praxi. lusit. lib. 3. cap. 15. num. 9. Ioan. Marti. Navar. quest. forens. lib. 1. quest. 109. num. 5. † Marchionissa* ¹⁰⁹ autem, quæ hanc iuris regulam contradicit, & contra naturam maioratus in hoc præten dit successuram, assertionem, & successionem suam debet probare expressè, *l. ab ea parte. ff. de probat. cap. ad decimas. de restit. spoliat. Bertazzola in repetitio. legis si quis maior, Cod. de transact. num. 603. & 604. vbi rationem reddat: quia tenaces sunt regula iuris, à quibus recedendam non est, nisi contrarium expressè reperiatur in iure.*

In iure † non solum non invenitur ¹¹⁰ expressè probata prætenfio Marchionissæ, sed imò est contraria omnibus iuris principijs, naturæque maioratum Hispaniæ, ut satis ostensum est; & tantum abest à vera Jurisprudentia, ut nec vnus Doctor possit inveniri, qui hanc chimericam successionem nedum somniaverit: Et si conatur per hanc solam contradicitionem impedire immissionem possessionis sororis suæ primogenitz, audiri que in iudicio plenario, dicens hanc questionem requirere altiorè indaginem, ad illam exagitantâ, erucendamque veritatem, fateor æquidem nondum sufficere terminos ordinarios causæ plenariæ, nec ultramarinos; sed necessarium est spectare, quod leges novæ condantur, scriptoresque nascantur: & quando contradicitor venit in hoc iudicium talibus exceptionibus munitus, immissio

missio retardari non debet : & si ius Marchionissæ adeo indubitatum, & manifestum est, ut asseritur, & libris apertis statim terminari potest, termino ordinario non eget, ¶ nam in hoc iudicio non admittitur, qui incontinenti de iuribus suis probare non potest, ita elegantèr ad nostrum casum, Argel. de legit. contradict. dict. quest. 2. artic. 6. num. 188 ibi: *Neque admittitur in hoc iudicio, qui incontinenti de iuribus suis non potest probare*, Bald. in l. filiam fratribus, ff. ad Trebel. Sequitur Dec. cons. 84. col. m. 2. Roland. à Valle dict. cons. l. nu. 24. Riminald. ius. cons. 69. num. 14. *At quando verba clarè de vno sonant, ¶ si quis velit probare de eo non esse intelligenda, de quo sonant, sed de se ipso, vique exceptionem opponit requirentem altam indaginem: non enim ex simplici testamenti lectura de tali exceptione apparere potest, neque id oritur simplex iuris questio, quæ libris apertis statim terminari possit, quæ ideò non dicatur requirere altam indaginem, quia ius semper certum sit ad l. ornamenta, ff. de auru. & argent. legat. Bald. in l. ancilla, Cod. de furt. Nata cons. 562. num. 9. & 10. Bald. in l. cum proponas, Cod. de reb. dub. Roland. à Valle cons. 22. num. 8. Volum. 3. Riminald. ius. cons. 332. num. 20. Verùm, vel de modo loquendi testatoris, qui contradictorèr solet vocare eo modo, quo vocavit institutum, qui cum, quædam verba indicant, non cognosceret, aut consimilibus rebus esset deferendum, quæ omnes sunt quæstiones facti inextricabiles, & requirentes altam indaginem, & nullo modo probabiliter incontinenti. Plura cumulat Guzman de veris. iur. veris. 36. per totam, præcipue ex num. 18. ad 35. referens Covarrub. Paz, & Cancer.*

113 Si ergo expectandum est, quod leges novæ condantur, scriptorèsq; nascantur, altior indago requiritur, & nullo modo probabilem exceptionem excipit incontinenti, ideòque in hoc iudicio non debet admitti: nam verba testamenti, & decisionum Senatus sunt clara, & filiam primogenitam expressissimè vocant, & iuxta illa danda est

manuentio, seu immissio Ducissæ de Medina sorori primogenitæ, & si Marchionissa pertinacitèr vult in dubium revocare quod à nemine est dubitatum, non venit in hoc iudicium titulo claro, ad impediendam immissionem filia primogenitæ expressè vocatæ, & ita non est audienda.

114 Non est dubium, ¶ ut Marchionissa fatetur, quod in hoc maioratu regulari Ducissa habeat primum gradum vocationis tanquam primogenita, tam ex testamentis, & decisionibus Senatus, quam natura maioratum, & quod Marchionissa occupat gradum sibi competentem cum cæteris sororibus, secundum ætatis prærogativam. Nunc contra naturam maioratus regularis, expressasq; vocationes testamento: conatur Marchionissa gradum substitutionis præposterare, ex eo quod sit soror utrinque coniuncta ultimi Ducis, etiam si minor ætate, ad similitudinem seu eorum hereditatorum, & hereditatum ab intestato: quæ præsentio est dissona, ab omni iure aliena, & nihilominus illa pertinacitèr vult impedire immissionem primogenitæ prius vocatæ, ¶ & hic est casus expressus leg. 1. Cod. de edict. Di. V. Adri. rollend. in qua Imperator refert controversiam inter heredem primo loco institutum, & substitutum, qui immissionem prætendebat, opponendo primum institutum esse præteritum, aut exheredatum, aut se esse primum heredem institutum, & vocatum: & Imperator iussit, quod primus vocatus in possessionem mitteretur, reiecta præsentione substituti, ibi: *Cum inter institutum, & substitutum contra versa moveatur, cum, qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet. Et ibi glos. verbo moveatur, sic explicat: Item fortè, quia dicebat substitutus filium testatoris à primo gradu præteritum, & ideò illum gradum esse ruptum, & à secundo exheredatum, vel dicebat substitutus, se institutum, vel aliud huiusmodi. Hic enim est noster casus: testator instituit, & ex-*

presè vocavit primogenitam primi matrimonij in primo loco; controversiam movet quintogenita ex secundo, & dicit se esse primogenitam institutam, & vocatam, quia soror ultimi Ducis utrinque coniuncta est ex rationibus frivolis supra allegatis: cui controversiæ moræ Imperator respondet: *Eam, quæ primo loco instituta est, iudicij in possessionem oportet.*

116 Tercius casus est Argeli, † quando res non est omninò dubia, nec omninò clara, sed aliqua adhibita diligentia res determinari potest: & cum hic casus noster non sit, idè omittendum duxi, & remittendum ad locum dicti Argel. *supra citatum num. 193.* ubi videri poterit, quando talis casus occurrat.

117 Alio etiam fortiori fundamento Marchionissa ab hoc iudicio removenda est, ne ut tertius oppositor in eo admittatur ab illòque ponitùs reijciatur, scilicet, quia Fontan. *dict. decis. 557. num. 9.* cui accedit Cancet. *variar. tom. 2. cap. 16. num. 29. & 31.* qui admittunt tertium venientem ad causam supplicationis in eodem statu in quo causa invenitur, loquuntur in causa ordinaria, sive plenarij; ut asserit Fontan. *loco citato num. 12.* non verò in summarissimo iudicio possessorio, in quo non invenio Doctore Cathalanum, qui hanc quæstionem tetigerit; nec Posth. *de manutent.* tetigit.

118 De iure Castellæ eam valdè invenimus exagitatam: nam in iudicio tenuræ legis 45. *Tauri*, est l. 9. tit. 7. lib. 5. *recopilat.* quæ iubet, quod si tertius veniat à morte ultimi possessoris post sex menses in hoc iudicium, non admittatur in Supremo Regio Consilio; sed causa ad Cancellariam remittatur, ut ibi in petitorio terminetur; etiam si tertius sit minor, infans, absens, vel in expeditione occupatus; ut accidit in causa Marchionis de Viana, cum D. Francisco Ossorio de Caceres, quem Marchionem Senatus exclusit, etiam si intendebat, se in expeditione fuisse, quia post dictos sex menses se

opponit, iuxta *liber institutus, ff. de acquir. heredit. & doctrinam D. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 60.* ibi: *Si similiter eris illud animus vertendum est, d. l. dispositionem quoad lapsum sex mensium, quæ minores, infantes, absentes, atque ignorantes comprehendere: ita, ut ultra hoc tempus remedium h. 45. Tauri eis præstatum non sit, atque si transactum fuerit, sit illis restitutio deneganda.* Mol. *de iust. & iur. to. 3. tract. 2. disp. 638. nu. 6.* & alios relatos à Guzm. *de verit. sur. verit. 36. num. 11.*

Et cum tertius oppositor † venit dicendo de iure suo, alium excludere intendens, iam iste novus actor dicitur, & post tempus non admittitur præterquam, si intra terminum primæ instantiæ ad probationes faciendas assignatum veniat, ut tenet idem Molin. *dict. num. 17. annotatio*, citatus à Guzm. qui hæc verba refert, ibi: *Quod verum est nisi tertius hic, oppositionem proponat ante initium quinquaginta dierum, qui in prima instantia ad probationes faciendas assignari solent, vel in ipso huius termini initio: cum enim id tempus omnibus simul currere possit, iudiciumque iam in Regio Supremo Consilio introductum sit equum videtur, eius oppositionem non repellere, nec a liquod damnum ceteris ex huius oppositionis admissione irrogari, nec negotium ulterius protrahi valeat: sed non invenio hunc locum, quamvis accuratè illum quæsi.*

120 Prædictus Guzm. † d. *verit. 36.* per totam intendit probare tertium istum esse admittendum, etiam post publicatas attestations, & conclusum in causa, antequam sententia prolata sit, & incipit *ex num. 5.* (quam novam probare sententiam, hoc addito: *Dum tamen litem non retrocedat, sumatque illam in eo statu in quo inventa sit.* Et *num. 8.* sic suam explicat opinionem: *Attamen, si quis veniat post publicatas attestations, & conclusionem in causa ita notorio, & evidenti iure, ut incontinenti per instrumenta authentica, vel ex ipsis actibus demonstrare velit, quin rursus probationes exigat,*

gat, nec causam retrofaciat, sed eam in eodem Statu, ac in venit assumat: salva pace tantorum virorum, &c.

121 Communis DD. schola, † Senatus Stylus, & Advocati, vt faretur, tenent, tertium omninò esse excludendum, si post terminum ad probationes faciendas suam oppositionem proponat; præsertim post conclusionem in causa summariissimi possessorij, in qua omnes loquuntur. Et licet iste modernus ab illa recedat, tamen limitat eam; dum tamen non retrocedat, sumatque illam in Statu, in quo inuenta sit, nec rursus probatione exigat; sed hæc nova opinio ab ipso extenditur, & à me reprobatur infra num. 136.

122 De iure Canonico queramus, † & inuenio elegantem Textum in cap. Pastoralis de cas. posses. & propriet. vbi cõtendebatur in iudicio proprietatis, & causa iam erat cõclusa ad definitivã, quæ poterat à iudice terminari, & ferenda erat sententia absolutoria pro reo, quia actor non probaverat: tunc enim actor recurrit ad iudicium possessorium, & accumulationem iudiciorum petiuit; & questum fuit à Romano Pontifice, an deberet in iudicio possessorio admitti: qui sic respondit: Si verò renunciatum fuerit, vel conclusum, vt iam possit causa proprietatis definitivè sententiæ calculo terminari (ne lites litibus inculcentur, & via posses fraudibus aperiri, causa non decisã) possessorio non erit utendum. O mirabilis decisio! Dotrinis plena, quæ videtur nostram causam respexisse, illamque decidisse. Ecce eam, in qua est conclusum, vt iam possit possessorium definitivè sententiæ calculo terminari. En præteritio Marchionissæ est, vt lites litibus inculcentur: si in hoc iudicio admittitur, via fraudibus aperitur, causa non decisã; ergo licet Papa resolvit, possessorio non esse utendum, quãvis de iure, qui intentavit petitorium, possit ab illo recedere, vel suspendere, & agere possessorio, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. posses. prop-

ter rationes, quæ expressit; iisdem quæ in nostro casu concurrunt, Marchionissæ non est admittenda in iudicio supplicationis, causa iam conclusa, sententiæque assignata, quæ ferenda est contra Ducissam de Frias eius matrem, remedio leg. final. Cod. de edict. Di. v. Adrian. tollen. vel aliàs ex pluribus remedijs intentatis. † Et quod est decisum de iure Canonico de iure civili observari debere absque aliqua differentia, dixit Cortal. in dict. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. posses. 2. part. num. 48. in fine.

123 Fraudem † præsumit Pontifex in suo casu, cui patrocinari noluit, vt dixit Menoch. de adipil. posses. rem. q. num. 53 §. ibi: Ac quando est conclusum in causa, iam vide: Iudex reum convenit esse dominum: & actorem, qui vult agere possessorio, carere iure: & ob id calumniosè velle experiri possessorio, cum iam cognoscat contra se in petitorio ferendam esse sententiam: Et ad reprimendam hanc calumniosam vexationem r. spexisse videtur.

124 Iam enim in nostra causa videt Iudex Ducissam de Medina esse Dominam Ducatus: & Marchionissam, quæ vult agere possessorio carere iure: & ob id calumniosè velle experiri possessorio, eã iam petitorium ab ipsa sit intentatum; & contra eius matrem ferendam esse sententiam; Et ad reprimendam hanc calumniosam vexationem, admittenda non est; & respiciendum est à Consilio, sicut Pontificem respexisse Menochio vium fuit.

125 Nunc ergo ad ius Cathalonix accedamus, † in quo iuxta ius Constitutiones, & praxim, summariissimum possessorium in prima instantia habet terminum triginta dierum præcisum, & peremptorium, quod prorogari non potest: In secunda autem instantia terminus est decem dierum contrarij imperij, qui nequaquam similiter prorogari potest, vt supra discurs. 3. lib. 2. latè probatum extat; & post illos terminos transactos, lite que iam in prima instā-

tia definita, venit Marchionissa, relinquendo iudicium petitorium à se inceptum, & in hoc iudicio summarissimo opponendo pro suo iure, cū tacuerit per octo annorum curricula, in quibus iudiciū est disputatū, in illóque Ducissa de Medina manutentionē, immisionē, & recuperationē possessionis Statuum, omnibus remedijs imploratis, instanter, instantius, & instantissimè petivit; & cum non venerit tempore oportuno primæ instantiæ suum ius exercens, vel potius cavillationem; certissimum est, in hac secunda instantia in nullo horum remediorum iudicio esse admittendam; non tantum vigore legis Castellæ, quantum ex iure communi iuxta *d. l. heres institutus, ff. de acquir. hered.* quam ad hoc allegant D. Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. num. 60. Molin. Theolog. de iust. & iure tom. 3. tract. 2. disp. 638. num. 6. Guicr. lib. 2. practicar. quest. 91. num. 2. & 3. Micr. de maior. 4. part. quest. 14. um. 106. Tiraquel. de retract. §. 35. glos. 1. 3. & 4. citati à Guzman, qui omnes loquuntur, etiam si sit minor ætate, absens, vel impedita in quo casu, nec restitutio ei conceditur.

126 Præsertim † cum in hoc iudicio possessionis veniat docendo de iure suo, Ducissam excludere intentans, & novus actor dicitur, de quo non cognoverunt Iudices primæ instantiæ, & idcò secundæ supplicationis non possunt cognoscere de novo iure, novoque litigatore, de quibus in prima instantia non fuit cognitum, ut latè egimus *suprà lib. 2. disc. 6.* Salgad. de retent. bullar. 2. part. cap. 13. num. 7. nam Iudices appellationum, & supplicationum habent limitatam iurisdictionem ad personas, & res primæ instantiæ, & non cognoscunt de novis personis, & rebus Fontan. cum plurimis *decis. 557. num. 1. & 2. & decis. 143. num. 1.*

127 Vtcrius † Marchionissa non venit ad causam pro defensione primæ litigatoris matris suæ, sed solum pro se: in quo casu finire debet iudicium posses-

sorium inter primos litigatores, non admissio tertio Franch. *decis. 261. nu. 9.*

Denique † Marchionissa venit in causam denunciator processu, causaq; iam conclusa, & lententia assignata: & in hoc statu, tertius nullo modo admittitur; adeò ut nec restitutionis in integrum via ei succurratur, & ita in Cathalonia est receptum contra Doctrinam D. Covar. *practic. cap. 14.* ut multis decisionibus Senatus probat Ferrer 3. part. *observat. cap. 531. ex nu. 2.* Cancer. part. 2. *variatur. cap. 16. num. 11.* Franch. *decis. 261. num. 9.* Barb. in *l. alienam num. 15. ff. solut. matrim.* Giur. *decis. 1. num. 28. 42. 43. & 44.* Afflict. *decis. 15.* Despujol. ad Ferrer *dict. cap. 511. lit. N.* Nob. de Amigant in *praxi rub. 14. num. 136.* Ripoll *variatur. cap. 6. nu. 72.* Peguer. *decis. 185.*

129 Melius ad nostrum institutū † Cancer. *variatur. 2. part. cap. 16. de tert. opposito. post num. 19.* in nova editione refert decisionem Senatus, factò verbo, in qua fuit repulsus tertius, qui se opposuit liti denunciato processu, ad excludendum litigantem petentē fideicommissum, licet dicebat, ius sibi supervenisse denunciato processu, & antea agere non potuisse: Et protestabatur, se nullas velle facere probationes in causa, sed ius suum ex probatis iustificatum existere. Et hoc ipsum protestatur Marchionissa, & iuxta istam decisionem, in omnibus casu nostro similem, debet repelli. Et si animat veritas ad aliam decisionem, quam in eodem numero refert Cancerius *suprà*, in qua Episcopus fuit admissus tanquā tertius, debet attendi, quod in illa Episcopus ad iudicium accessit coadiuvando ius capituli, propter propriam utilitatem, neminem excludere intendens, in quo casu potuit admitti, ut docet D. Covar. in loco proximè explicando: Marchionissa vero nō venit in hoc iudicium coadiuvando ius suæ matris propter propriam utilitatem, sed ad excludendum suam sororem petentem fideicommissum, seu maioratum

ratum dignitatis Regalis, & sic iste casus est decidendus iuxta secundam decisionem Senatus, quam addidit Cancer post primam scriptam.

130 Locum † D. Covar. *practic. cap. 14. num. 4.* non amplectuntur DD. Cathalani, numero antecedenti relati; & si attentè cum respicimus, idem ferme dicit, & clarius materiam sic distinguit. Aut tertius accedit ad iudicium, reum, vel actorem defensurus propter propriam utilitatem: Et tunc est admittendus in eo statu, in quo causa tractatur, litem ipsam prosequutus; absque præiudicio iudicialis ordinis inter actorem, & reum hucusque servati (vt iudicavit Senatus Cathalonie in casu Episcopi quem retulit Cancer, *num. antecedenti.*) Aut tertius accessit ad iudicium, non equidem defensurus actorem, nec reum, sed vel eorum alterum exclusurus ab actione, vel defensione causæ, aut tandem utrunque à re petita, (vt accidit in nostro casu:) & tunc admitti debet ad allegationem, & probationem propriæ intentionis; ita tamen, vt propter hanc oppositionem nulla in parte differatur definitio inter actorem, & reum, quo ad eorum præiudicium. Præsertim vbi tempore huius oppositionis conclusum fuerit in causa, vel facta sit testium publicatio. Etenim tunc, ipsum admittere tertium affirmat, ad allegandum, & probandum absque præiudicio publicationis, conclusionis, & definitionis ipsius litis inter actorem, & reum; & ita dicit pronunciasse, & vidisse pluries pronunciatum in Granatensi Prætorio. Quod æquitati potissimè convenit ob frequētes has oppositiones, quæ plerumque dolo, & fraude fiunt; non alia causa, quam quod reus timens iustissimam condemnationem, diem differri velit, vt dixit etiam Romanus Pontifex *in d. cap. Pastoralis* de causa possessionis, & proprietatis de quo supra *num. 122.* & Menoch. *num. 124.* Ecce Covar. fortius fovit. se litigatores contra tertium dolose

venientem ad iudicium: Nam in Cathaloniam videtur esse necessarium altercatum, seu articulum movere, & disputare, an sit excludendus, in quò duas provisiones expectantur, vt refert Ferrer, accidisse in casibus à se relatis supra *num. 128.* quod in Castella iuxta præxim Covar. non est necessarium, cum iudices possint suam ferre sententiam non obstantè oppositione tertij, qua lis inter principales finitur: Et tertius sua malitia frustratus remanebit, vt ipsam iudicium postea prosequatur, & Marchionissa ad proprietatis inceptum revertatur, à quo fuit egressa, & huic possessorio se opposuit dolose, ad illud differendum. Hanc materiam tertij oppositoris venientis ad iudicium copiose tractat D. Salgadi *de retent. bullar. 2. part. cap. 13.* præcipue *ex num. 10. & 14.* referens Franch. & alios plurimos DD. † Tertius enim oppositor quomodolibet veniat ad iudicium, etiam si ad coadiuvandum ius alterius, est valdè odiosus, vt dixit Fontan. *decis. 557. num. 181.*

Et cum intendat Marchionissa † 131
damnum Ducissæ irrogari ex eius oppositionis immisione, & negotium ulterius protrahi valeat, quod nequam DD. admittunt, etiam sequendo doctrinam Guzman, quam limitavit, quando probationes exigit, causamque vult retrahere: sequitur in omni doctrina, & opinione; præsertim de iure Cathalonie, nullo modo esse admittendam in hac secunda instantia, cum nec in prima, nec in secunda venerit, nisi post factas probationes, sententiamque assignatam.

132
Et hoc etiam intelligo † in legitimo contradictore, qui ius haberet ad impediendam immissionem possessionis iuxta regulas ab Argel. traditas supra *ex num. 76.* in remedio *l. fin. C. de edict. Di. v. Adrian. tollend.* in prima, vel in secunda instantia, transactis terminis primæ, in iudicio summarissimo competentibus triginta dierum, & in secunda, termino decem dierum contrarij

trarij imperij, conclusa iam causa, sententiæque assignata in Cathalonia; etiamsi tertius de iure suo in continenti docere pretendat, per eadem instrumenta in processu deducta, vt accidit in decisione, quam refert Ferrer *in d. cap. 511*, in vna ex decisionibus à se relatis, & in alia Cancr. de qua *suprà num. 129*.

334 Vltorius † in Cathalonia si in gradu supplicationis causæ petitorij plenarij, seu ordinarij aliquis articulus moveatur, qui non sit in prima instantia deductus, licita est ab eo secunda supplicatio in casibus relatis à Peguer. *decis. 197*. & Fontan. *decis. 460*. ac autem in summarissimo iudicio possessorio non admittitur hæc secunda supplicatio, quia est modici præiudicij, vt per tres Aulas Senatus fuit resolutum, vt refert Nob. de Amigant *in addit. ad præxim Peguer. rub. 16. num. 40. vers. Circa*: Ergo pari ratione ex eodemque motivo, quia est modici præiudicij non debet admitti tertius oppositor veniens in gradu supplicationis ad summarissimum possessorium, post sententiam assignatam, etiam si in iudicio plenario posset admitti.

335 Et quando tertius † dolosè venit se opponendo, consulere, vt ego in hac causa practicavi, quod obijciat contra tertium venientem, non esse admittendum, brevitè rationes allegando, vt rejiciatur eius oppositio, & peccant processum portari, ac terminari, & si iterum intendat esse admittendum, tacere, nullamque responsionem adhibere, præterquam, quod processus portetur: caveantque ne reciprocè allegationibus, & articulis respondeant, assentiendo altercatis à parte introductis ad causæ dilationem; etiamsi petant super illis pronunciari; nam Iudex, vbi tenetur decidere aliquem articulum, potest, eo non obstante, procedere ad vltiora, quando talis articulus est merè cavilosus, vt dixit Ramon *cons. 71. num. 78*. & consultius est Iudicibus totam causam relin-

quere terminandâ, qui si cognoverint, hunc tertium non esse admittendum, vna sententiâ totam causam poterunt terminare, nihil obstante eius oppositione: vt factum fuit in magna causa Ducatus Cardonæ, in qua in gradu supplicationis fuit opposita exceptio falsitatis, & petium, vt super illa provideretur; & in sententiâ diffinitiva simul cum causa principali, sic fuit dictum: *Exceptione falsitatis, & alijs prætextis, & oppositis per dictum Egregium D. Iosephum Folch de Cardona, Comitem de Montagui non obstantibus*, vt refert Ramon *cons. 100. in fine*. Licet in Cathalonia sit Constitutio, quod articulus falsitatis in processu separato ante sententiam terminetur: nam hoc limitatur quando tertius venit denunciato processu post conclusum in causa, cognitavè malitia, & articulus est merè cavilosus.

Quibus omnibus non obstat nova opinio Guzman *dict. veritate 36. à nu. 87*. vbi conatur probare, tertium oppositorem esse admittendum ad omnia quæ refert, quæ quidem incompatibilia sunt cū suo primo fundamento, in quo dixit: *Dum tamen non retardet causam, nec retrocedat, ac sumat illam in statu in quo illam inveniat*. Et postea intendit producere nova instrumenta, illaque comprobare, si contra ea de falsitate fuerit oppositum, quod omne necessario debet retardare iudicium.

Objiciet fortè etiâ Ducissa de Frias *137* contra remedium *l. final. Cod. de edict. Di. v. Adrian. tollend.* à me in hac causa imploratum, se esse legitimam contradictricem, & audiendam pro expensis, & meliorationibus à Duce marito suo in rebus maioratus factis, & pro bonis suo cōstante matrimonio acquisitis, & melioratis, in quibus media pars vxori bus leges Castellæ concedunt, & sunt involuta in bonis maioratus, & pro sua dote, alijsque creditis: sed hijs obiectionibus inira *discurs. 9. satisfaciam*.

DISCURSUS IX.

De retentione bonorum.

SUMMARIVM.

1. Tutorem, videtur, posse retinere bona pupilli pro expensis, & creditis tutelaribus, donec rationes tutela reddiderit.

2. Senatus Cathalonie decisio.

3. Tutor habet retentionem bonorum pupilli, si debitum est liquidum.

4. Tutori, pro creditis tutelaribus fuit data manutentio in bonis fideicommissi, a pupillo possessis.

5. Tutori non competit retentio bonorum pupilli.

6. Retentio dotis fuit denegata in Senatu Neapolitano filio, qui intendebat bona dotalia matris retinere, donec rationes tutela redderet, que propter transitum ad secundas nuptias tutelam amisit.

7. Retentio, & manutentio tutori conceditur in bonis pupilli, qui cum facilitate ostenderit, se aliquo modo in hereditate pupilli esse creditorem.

8. Et debitum debet esse liquidum.

9. Retentio, quam Senatus Cathalonie concessit tutori in bonis minoris, fuit concessa ex varijs moribus iustis, in presenti lite non concurrentibus, non vero donec rationes essent dispenctæ.

10. Manutentio, quam Rota concessit tutori pupilli pro creditis tutelaribus in bonis fideicommissi fuit, quia de fideicommissis non constabat.

11. Retentio, que conceditur tutori, est in fructibus sue administrationis, non vero de illis bonis extrantibus, que sibi cum inventario fuerunt tradita, ut illa custodiret.

12. Retentio, que datur tutori in aliqua doctrina, est in bonis liberis hereditatis pupillis non vero in bonis maioratus.

13. Creditor non est legitimus contradictor ad impediendam immisionem possessionis, leg. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen.

14. Doctrina Red-nas. obijcitur, creditorem retinentem bona esse legitimum contradictorem, etiam si creditum non sit liquidum.

15. Respondetur, loqui quando defunctus obligavit bona, obligando creditori clausula constituti, & eorum transulit possessionem et vilem, & naturalem in illam.

16. Successor maioratus non recipit bona illius ab ultimo possessore, sed a primo institutore.

17. Tutoris bona sunt tacite hypothecata pro debitis pupilli, sed bona pupilli non sunt tacite hypothecata tutori.

17. Maioratus bona ex sua natura, & dispositione institutoris, non possunt hypothecari.

19. Maioratus successor non tenetur ad debita predecessoris.

20. Limitatur in expensas funeris ultimi possessoris, deficientibus bonis liberis eius, sed hoc intelligitur de pietate, sed non de iustitia.

21. Successor maioratus, nec bona maioratus non tenetur de expensis factis in rebus maioratus, si ve mortice sint, si ve parvas, etiam si melioramenta fuerint facta ad perpetuam maioratus conservationem, vel fructuum commodiorem collectionem.

22. Probatum auctoritatibus Molinae.

23. Idem probat Ioan. Garcia.

24. Et hoc etiam procedit in maioratibus Cathalonie, & fideicommissis: nam est consonum iuris communis principijs, & rationi naturali.

25. Et quia maioratus Cathalonie dignitatis Regalis regulantur cum maioratibus Regni Castellæ.

26. Creditor, qui expensas, vel melioramenta fecit, in aliquibus rebus, si sunt liquida, tantum recuperare potest illud pradium, in quo expensa, & melioramenta facta sunt si vero non sunt liquida, nec bre viter liquidanda.

possunt, præstita cautione, mittendus est heres in possessione, virtute l. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollend.

27. *Contradictor legitimus non est mulier, ad impediendam possessionem legis finalis pro sua dote.*
28. *Contradictor legitimus non est mulier, ad impediendam immisionem dictæ legis finalis, pro bonis super lucratis, constante matrimonio acquisitis, & num. 29.*
30. *Creditor non habet retentionem bonorum mariti contra mulierem, petentem tenentam Constitutionis Hac nostra, & final. tit. disolt lo matrimoni, nec in alio iudicio summarissimo.*

DISCURSVS IX.

De retentione bonorum.

VTRVM DETENTATOR bonorum Maioratus, vel fideicommissi retinere ea possit pro creditis tutelaribus ultimi possessoris, aliisque creditis, & expensis in rebus maioratus factis; vel pro dote, bonisque superlucratis constante matrimonio: Et pro his esse legitimus contradictor ad impediendam inmissionem possessionis, l. fin. C. de edict. Div. Adriani tollendo. Et an contra mulierem in summarissimo possessorio retinendæ, & interdicti interim suam dorem, & sponsalium repetere intendentem, possit creditor bona mariti retinere?

Totumius, † in quo iustitia Ducissæ de Frias nititur in hac lite,

consistit in præensione, quam habet, dicens se Tutricem ultimi Ducis sui filij quadraginta diebus fuisse, quibus patri suo supervixit, & pro expensis in tutela factis, alimentisque illi præstitis: (cum esset teneræ ætatis quatuor annorum,) donec rationes tutelæ reddat, sibi retentionem bonorum pupilli competere. Et cum inveniatur in detentatione bonorū armis, atque violentia acquiritorum, plurima, atque innumerabilia credita obijcit: ut ita in spolio conservata, tot incertis, illiquidis, & simulatis creditis, & præensionibus se tueri possit, atque litigare more Fiscalium manibus plenis, percipiendo fructus, & redditus magni Ducatus. Ideoque venit exagitanda questio proposita: & primo, an tutor habeat retentionem, & tenentam bonorum pupilli pro expensis, creditisque tutelaribus, etiam si tutela sit finita morte pupilli, donec rationes tutelæ reddiderit. Hanc questionem disputavit Fontan. in decis. 544. & 545. in quibus ait, hoc remedium usque ad suum tempus in Cathalonia non fuisse inventum: & pro constanti tenet, & defendit, tutori summarissimū interdictum interim competere, ad se tuendum in dictis bonis, eaque retinenda propter damnum, quod potest considerari tutori obventurum: frequenter dicit in Senatu occurrere, variisque illius decisiones refert.

Secundò, alia decisio Senatus † pro contraria parte adducitur in lite, inter Bernardum Rovira minorem, & Doctorem Rovira Curatorem, Relatorem Nob. D. Iosepho Romeu de Ferrer 7. Decembris 1655. in quo dictū fuit: Quod dictus Hieronymus Rovira, & alij tutores possideant dictas domos, & hortum contiguum, & universam hereditatem nomine dicti Bernardi Rovira minoris dicto tutorio, si ve curatorio nomine, & quod interim manuteneantur in dicta possessione: si ve detentatione, in qua reperiebantur de tempore litis motæ dictæ administrationis bonorum dicti Bernardi Rovira.

Tertiò fundatur sua præensio † in 3. doctri-

doctrina Ioannis Gutierrez de tutel. 2. part. cap. 17. num. 18. vbi dixit: *Si tamen debitum sit liquidum, habebit tutor, vel curator retentionem bonorum minoris.*

4 Quarto, potest probari † decisionibus Rotæ Romanæ 322. & 329. quas refert Posth. post tract. de manutent. in quibus mater tutrix filij sui posthumi, qui in infanti ætate mortuus fuit, manutentionem bonorum pupilli pro creditis tutelariis exegit: fideicommissarius etiam manutentionem, vel immisionem possessionis in bonis fideicommissi à pupillo relictæ petebat, ex eo quia morte pupilli casus suæ successio- nis evenerat: & dicit concessam fuisse manutentionem matri tutrici.

5 Sed his minimè obstantibus, † tenendum puto, manutentionem tutori in bonis pupilli non esse concedendam: præsertim in bonis Ducatus, quæ Ducissa retinet: vt ex sequentibus probatur. Primo, ex doctrina Escob. de ratiocinat. cap. 4. num. 15. & D. Salgad. in la-byrint. credit. 3. part. cap. 9. num. 9. & 10. Surd. & alijs quam plurimis † decis. Senatus ab eo citatis, cum Hodierna decis. 114. qui constantè tenent, retentionem tutori non esse concedendam.

6 Secundo, probatur † decis. Senatus Neapolitani, quam refert Carolus de Tapia decis. 42. ipso Relatore, vbi mater fuit tutrix filiorum, & ad secundas nuptias convolavit, & tutelam filiorum amisitque à filijs, suis, novisque tutoribus dotem suam petebat: filij autem dotem retinebant pro non redditis rationibus suæ tutelæ, quam mater habuit ante transitum ad secundas nuptias: & Senatus censuit filijs non licere dotem matris retinere pro non redditis rationibus suæ tutelæ, donec eas redderet: Ergo nec matri licebit bona filij retinere, donec rationem reddat, cum contrariorum eadem sit ratio, & disciplina, l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

7 Tertio, probatur † ex doctrina eiusdem Fontan. d. decis. 544. num. 9. vbi requirit, quod cum facilitate tutor osten-

dat se aliquo modo creditore in hereditate pupilli: et in initio decis. sic ait: *Et contingere præterea potest, licet lex non ita facile præsumat, sicut nec ego, ita vix inquam tutores ipsos remanere creditores in aliquibus quantitatibus, pro quibus retentio eis bonorum competat.* Quomodo ergo nec lex, nec ego præsumere possumus, Ducissam tutricem remanere creditorem in aliquibus quantitatibus, pro quibus ei retentio bonorum competat? Nec quomodo cum facilitate ostendet, se aliquo modo creditricem in hereditate pupilli; nec plus expendisse quadraginta diebus, quam recepisset novem annis ex fructibus Ducatus Cardonæ. Alia plura vide in discursu infra proximo ex num. 24. ad 35. & 39. 40.

8 Quarto, † doctrina Gutierrez, supra relati, contra adversarios retorquetur: nam ibi conditionalitèr loquutus fuit, ibi: *Si tamen debitum est liquidum.* Sed in præsentī casu, nec est liquidum, nec liquidari prætenditur, sed potius confundi, causamque prorogari, & differri: Ergo iuxta istam doctrinam retentio non conceditur.

9 Quinto etiam retorquetur † decis. in causa Bernardi Rovira, nam ex illa constat, Senatam non concessisse tutoribus retentionem pro creditis pupillariis; sed ex eo, quia dictus Bernardus erat minor 25. annorum, & non constabat, fuisse illi adiudicatam administrationem suorum bonorum, & idè non poterat comparere in iudicio, nec bona sua à tutoribus exigere, nec dicti tutores absque periculo dilapidationis posse ei illa tradere: nam si expendisset minor, illaque dilapidaret, possent iterum ab eis repeti: & idè dictum fuit in dicta decis. tutores bona pupilli non possidere, sed detentare, & custodire interim, quod minor personam legitimam haberet, vt ex dicta provisione omninò constat, quæ sic se habet: *Attentò constat, dictum Bernardum Rovira esse minorem 25. annis, & non constat fuisse illi adiudicatam administrationem suorum bonorum, & consequenter non fuisse à dicto*

Hieronymo Rovira, ac alijs cōtutoribus reddite rationes dictæ administrationis, quibus in casibus cōpetit dictis tutoribus detentio, si ve custodia rerum administratarum, quam debent continuare, quousque reddiderint dictam rationem, dictaque detentationis, seu custodia vigore, licet non possideant, sed solum dicantur esse in possessione, comperunt tamen illis remedia possessoria officio Judicis, quod à dicto Hieronymo imploratum fuisse constat, quod dictus Hieronymus Rovira, & alij tutores, possideant dictas domos, & hortum contiguum, & univēsam hereditatem nomine dicti Bernardi Rovira minoris dicto tutorio, si ve curatorio nomine, et quod interim manuteneantur in dicta possessione, si ve detentatione, in qua reperiebantur de tempore litis moræ dictæ administrationis bonorum dicti Bernardi Rovira.

10 Sextò, simili modo retorquentur † decisiones Rotæ à Posth. relatæ: nam ex illis constat immisionem fideicommissario fuisse denegatam, quia de fideicommissio non constabat: in nostro verò casu de majoratu, & fideicommissio in processu constat: Ergo receptio bonorum fideicommissi tutrici non est concedenda.

11 Septimò, † doctrina Fontanel. decisionesque ab eo relatæ nihil urgent, nam de illis latè cognovit Ioan. Bapt. de Luca in *theatro veritatis, & iustitiæ lib. 7. tit. de tutor. & curat. discurs. 6.* qui ex n. 20. contra Fontan. tenet tutorem non habere retentionem, saltè de illis bonis extantibus, quæ sibi cum inventario fuerunt tradita, vt illa custodiret; sed tantum de illis, quæ ex sua administratione fructuum, & reddituum processerunt. Et in hoc Fontanellam æquivocationem fuisse passum, regulam generalem constituendo, asserit, vbi suas rationes, & fundamenta acutissima invenies, quibus nunquam Fontan. sequeris, hanc regulam generalem statuens, sicut nec ego. Præsertim, quod decisiones Fontan. eodem fundamento nituntur, quo decisio Bernardi Rovira, de qua supra num. 9. scilicet, quia

minor non erat persona capax recipienti bona sine periculo curatoris, et alijs rationibus.

Hoc, quod disputamus locum habet in bonis liberis hereditatis pupillorum, in quo casu Fontanel. loquutus fuit, quando dixit: *Ostendendo cum facilitate, se aliquo modo creditores in hereditate pupillorum.* Et idem censuit Senatus in decis. Hieronymi Rovira, ibi: *Quod dictus Hieronymus Rovira, & alij tutores possideant dictas domos, & hortum contiguum, & univēsam hereditatem nomine dicti Bernardi Rovira.* Idem tenuit Gutierrez loco supra citato, in quo dixit: *Si tamen debitum sit liquidum, habebit tutor, vel curator retentionem bonorum minoris.* Itaque omnes loquuntur de retentione bonorum liberorum, ac hereditatis pupilli: & hæc omnia bona, & hereditatem Ducis pupilli integrè retinet tutrix mater eius: in ingenti quantitate; & sic de istis bonis non venit disputandum.

Nec in eis † etiam si Ducissa de Medina fuisset heres instituta in testamento ab ultimo Duce, & vigore illius testamenti non deleti, nec aboliti, nec in vlla parte suspecti immisionem bonorum liberorum peteret, esset Ducissa de Frias legitima contradictor ad impediendam possessionem pro creditis, vt probavi supra lib. 2. discurs. 5. num. 47. & vltra ibi locum allegarum Ioan. Bapt. de Luca idem repetit lib. 10. de *fideicommiss. discurs. 197. num. 12.* in comprobatione illius certissimæ propositionis, qua dicitur, non esse legitimum contradictorem ad impediendam immisionem possessionis, d. l. final. Cod. de *dict. Div. Adrian. tollend.* qui dicitur creditor, & cum hoc titulo creditoris venit ad iudicium, & se introducit propria auctoritate in hereditate, bona retinendo, ibi: *Vbi verò adest vitium, tunc, in vigoribus iuris, circa dicta alia requisita procedendum videtur, ad reprimendam licentiam committendi spoliū, ac se intrudendi, hereditate iacente, in possessionem omnium auctoritate propria, ita malitiosè affe-*

affectando fisci privilegium, litigando manibus plenis.

14 Sed objicies † cum Redenasco *conf. 45. num. 5. & 6.* quod quando creditor possidet bona defuncti, per exceptionem retentionis, efficitur legitimus contradicitor ad impediendam immisionem, seu continuationem possessionis alterius prætendentis; etiam si creditum ob quod retentio prætenditur, non sit liquidum: Ergo tutrix pro suo credito, cum retineat bona pupilli, per exceptionem retentionis efficitur legitimus contradicitor, ad impediendam immisionem possessionis remedio *d. leg. fin.* seu continuationem possessionis transmissæ virtute Constitutionis *Hac nostra*; etiam si creditum non sit liquidum.

15 Huic obiectioni respondeo † cum doctrina supra adducta *lib. 1. disc. 4. §. 1. ex num. 22.* ubi probavi, tutorem non possidere bona pupilli, sed tantum detentare, & custodire, nec illa bona pupilli esse tutori hypothecata tacite, nec expresse; & Reden. *num. 7.* se explicavit, & dixit: *Loqui in bonis defuncti pro suo credito hypothecatis. Et num. 9.* quando defunctus obligavit omnia sua bona creditoribus, & eorum nomine constituit se possidere, sicque in eos transtulit omnem possessionem civilem, & naturalem, cui consonat *Poth. de manut. obser. 61. num. 1. & seq.* Et in nostro casu hæc omnes qualitates deficiunt: nam bona pupilli, etiam libera non sunt hypothecata curatoris, nec constituit se possidere nomine tutricis, nec in eam transtulit omnem possessionem civilem, & naturalem, & ideo non est legitima contradicitor, nec potest habere retentionem bonorum liberorum hæreditatis pupilli, multoque minus bonorum Maioratus.

16 Sed cum illis bonis liberis pupilli, adhuc non sit contenta; & bona Maioratus, ac Ducatus retineat, ac detentet, maiorem iniustitiam fovet, ut ex sequentibus patet. Primò, nam bona maioratus non sunt Pupilli ultimi Du-

cis, nec ab illo recipit Ducissa de Medina, quæ in illo successit: sed a primo institutore, ut remanet supra probatum *d. scursu §. per totum*: & tenet D. Salgad. *in labyrintho creditorum part. 2. cap. 25. num. 40.* nec dicta bona maioratus creditis tutelaribus sunt obligata, nec pupillus potuit obligare: † tum quia licet bona tutoris tacite sint hypothecata pro debitis pupilli, *l. pro officio, C. de administrat. tutor. Gutierr. de tutel. 2. p. cap. 17. num. 18.* attamen bona pupilli non sunt tacite hypothecata tutori, quia nullo iure cabetur, ut tenet ibi *Gutierr. num. 26.* † tum quia bona Maioratus ex sua natura, & dispositione fundatoris sunt inalienabilia, & obligari, & hypothecari non possunt, ut probatum extat, & refert D. Salg. *loco citato part. 1. cap. 37. num. 1.* & notissimi iuris est.

19 Vterius, † Ducissa de Medina non successit Duci patri, nec fratri, sed primo maioratus institutori, & ita ad debita eorum non tenetur, ut in terminis docet D. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 10. num. 29.* ibi: *Aut Maioratus successor non est heres Maioratus possessoris qui debita contraxit: & tunc clarum est, quod ad huiusmodi debita non tenebitur cum in bonis Maioratus non succedatur ultimo possessori, sed primo institutori, l. unum ex familia, §. si de falcidia ff. delegat. 2. nec succedatur iure hereditario sed iure sanguinis.*

20 Limitat hanc sententiam † *num. 33.* in expensis funeris ultimi maioratus possessoris, si bona libera, ex quibus persolvantur, non superint; sed hanc limitationem explicat *num. 34.* dicens, hoc ex pietate, & æquitate procedere, si solvere voluerit, sed non de iustitia: Ergo in nullo casu tutor bona maioratus retinere potest pro creditis tutelaribus, nec alijs quibuscumque ab antecessoribus contractis.

21 Ad alteram partem questionis principalis deveniendo: an pro expensis in rebus maioratus factis habeat retentionem bonorum maioratus, est supponendum;

nendum; quod Ducissa de Frias opposuit melioramenta, quæ fecit Dux eius maritus in bonis maioratus, redimendo census impositos super Statu Marchionatus de Comares in Castella constituti, de quibus iam loquutus fui *suprà lib. 2. discurs. 2. per tot. & in plantatione, & creatione olivarum in dicto Marchionatu, Archivo de Falfete, & alijs sumptibus minoribus, pro conservandis fructibus, & fortalitijs Ducatus, pro quibus retentionem præten- dit. In quibus est considerandum, & distinguendum; aut enim expensæ fuerunt factæ ad perpetuam maioratus utilitatē, & erant magnæ, vel fuerunt factæ ad fructuum commodiorē collectionem, & modici sumptus. Si fuerunt magnæ, & ad perpetuam maioratus utilitatem, non tenetur successor in maioratu eas expensas solvere: & est ratio, nam ipse, qui fecit non tenebatur illas facere, & sicut ille non tenebatur, ita successor non tenetur illas solvere. Si verò melioramenta, & expensæ fuerunt factæ non ad perpetuam maioratus conservationem, sed solum ad fructuum commodiorē collectionem, vel modicam reparationem, non tenetur ad illas successor, nec bona maioratus, cum possessor, qui illas fecit ex fructibus illas facere teneatur, ut hæc omnia clarè, & perspicuè docet D. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 10. num. 10. vers. Sed adhuc, & sequentibus, ibi: Nam aut ea debita contracta fuerunt ex edificijs ad perpetuam maioratus utilitatem factis, seu ex modica reparatione, vel alijs expensis, quæ ad commodiorem fructuum perceptionem necessaria fuerunt.**

22 *Si ea debita ex edificijs factis ad perpetuam maioratus utilitatem processerunt, præmittendum erit in hac specie: proculdubio maioratus possessorem non teneri huiusmodi debita persolvere; cum enim ipse non teneatur adificia perpetua, etiamsi maioratus conservationi necessaria sint, proprijs expensis, nec ex fructibus maioratus facere: ut infra isto libro cap. 27. resolvemus:*

à fortiori nec tenebitur solvere ea debita, quæ ad huiusmodi adificia facienda ab eius prædecessore contracta fuerunt; etiam si in maiora eius utilitatem contracta fuerint. Idque plusquam notissimum est, etiam non extante dict. l. 46. Tauri decisione. in n. 23. Si vero, ait: Si vero ex melioramentis, non ad perpetuam bonorum maioratus conservationem, sed solum ad fructuum commodiorem collectionem, vel modicam reparationem factis debita contracta fuerunt: dicendum erit ad huiusmodi debita nec bona maioratus, nec successores adstrictos esse. Cum enim hæc expensa ad ipsum maioratus possessorem expectet, illamque ex fructibus facere teneatur (ut infra isto libro cap. 27. dicemus) consequens est, ut bona maioratus his expensis obligata non sint, nec etiam successor. Idem tenent additionatores ad Molin. locis citat. cum plurimis ab eis relatis.

Idem tenet in terminis † Ioan. Garcia, *de expens. cap. 13. num. 45. ibi: Dispositionem legis 46. Tauri, non solum intelligimus in fortalitijs, muris, ac domibus, qui solum in ea lege expressa sunt: Sed etiam in edificijs, & reliquis meliorationibus in omnibus alijs rebus maioratus factis genericè, & vice versa: cum ratio illius legis iustissima sit, nec potest diversitatis ratio aliqua reperiri, nec exempla mea posita, ut restringerent, addita sunt, sed ut magis explicarent. Sic tenet Ludovicus de Molina qui ait supremorum iudicium ita non semel iudicio, & sententia decisum fuisse, quod apud nos fere instar legis est.*

Sed obijcies † hoc locum habere 24 in maioratibus Castellæ secundum dispositionem l. 46. Tauri, quæ non viget in Cathalonia; cui respondeo, quod in hoc Principatu contraria Constitutio, nec decisio invenitur: neque hoc in Castella observatur virtute d. l. Tauri tantum; sed deducitur ex ratione naturali, alijsque iuris communis principijs, ut dixit Molina d. lib. 1. cap. 10. num. 10. vers. Si ea debita, ibi: Idque plusquam notissimum est etiam non extante d. l. 46. Tauri decisione, & idem tenet Garcia.

Alia ratione † id ipsum observari debet in Statu Cardonæ, scilicet, quia est Maioratus Dignitatis Regalis, qui regulatur in omnibus, & per omnia cum maioratibus Regni Castellæ, vt infra lib. 3. discursu 2. latius probabitur.

25 Cæterum, † quamvis non fuissent bona maioratus, quæ vult retinere pro expensis, & melioramentis in eo factis; tantum retinere poterat illud prædium, vel domum, in qua expensæ, & melioramenta facta sunt, si liquida sint: sed si non sunt liquida, nec breviter liquidari possunt, præstia cautione, tradendum est illud prædium, vel domus cum vniverfa hereditate heredi, vel fideicommissario, qui petit immissionem possessionis virtute l. fin. Cod. de edicto Di. v. Adriani tollendo, vt in terminis tenet expressè Ioannes Garcia de expensis cap. 6. num. 19. ibi: Si non sunt liquida; nec breviter liquidari possunt, præstia cautione desol. vendendo, cum liquidabuntur res ipsæ traduntur heredi, præsertim in causis summarijs, & executivis: Quod præcipue obtinet, cum heres scriptus hereditatis petitionem petit, vel vniversale fideicommissum beneficio, l. fin. C. de edicto Di. v. Adriani tollendo. Idem tenet Argel. de legit. contradic. quest. 13. art. 8. num. 92.

26 Alia pars quæstionis principalis est, an pro sua dote dicta bona Ducatus retinere possit: in qua non est dubitandum, retentionem non habere. Tum quia dos integrè est satisfacta cū arrhis, vt in procellu constat: Tum quia mulier pro sua dote non est legitima contradic. ad impediendum possessionem dict. l. final. vt in terminis docet Parladorius lib. 2. rerum quotid. cap. 5. num. 13.

27 Altera quæstionis pars est, † an pro bonis superlucratu competat illi retentio, vel sit legitima contradic. ad impediendam immissionem prædicta l. final. & videtur posse immissionem impedire, ex doctrina Azabedi in l. 3. tit. 13. lib. 4. recopilationi num. 19. vbi in terminis movet hanc quæstionem: sed resolvit, quod si bona superlucrata, constante

matrimonio, sunt corporalia, & immobilia, est legitima contradic. (de quibus in nostro casu nulla inveniuntur) & si consistunt in rebus incorporealis, veluti census à Duce marito suo redemptis, qui erant impositi super maioratibus: cum mulier in illis non acquirat dominium, sine cessione heredi, redum agere non potest, nec immissionem impedire. Alia etiam ratione non est admittenda, scilicet, nam aut redemit simpliciter, & sine cessione creditorum, & tunc isti census plene iure maioratui acquiruntur, vt ad futuritatem probatum extat supra discursu 2. lib. 2. aut redemit cum cessione creditorum, & tunc cum adhuc census existant, ac si non fuissent redempti, Dux eiusque heredes eandem actionem habent, quam creditor, & in eis erunt legitimi contradic. in quantum ad immissionem prædictorum censuum.

Optimè † hanc quæst. tetigerunt Parladorius rer. quotid. lib. 2. cap. 5. num. 14. & 15. & Argel. de legit. contradic. quest. 13. art. 9. num. 107. & eius aditionator num. 99. & omnes tenent vxorem pro suis bonis superlucratu constante matrimonio acquisitis impedire non posse remedium dict. l. final. Nec contrarium inuenio, aliquem Doctorem dixisse.

Tandem † in iudicio summarissimo possessorio retinenda Constitutionis Hac nostra & fin. titol. disol. lo matrim. Principatus Cathalonix, non conceditur creditori retentio bonorum mariti, vt tenet Ferrer super dicta Constit. Hac nostra tempore primo num. 61. Amat. resolutionum forentium part. 1. resolut. 39. num. 67. & 68. qui alios plures Doctores refert, ex quibus inferitur nullo titulo, nec causa Ducissam de Frias retentionem bonorum maioratus habere: nec posse impedire immissionem dict. l. final.

DISCURSUS X.

De retentione Tutoris.

SUMMARIUM.

1. **P**ratensio Ducissa de Medina proponitur.
2. Profequitur eadem materia.
3. Præsentio Ducissa de Frias refertur.
4. De eadem re agitur vsque ad num. 7.
5. Tutela in iudicio contrario potest Tutor compensare sumptus, quos fecit in administratione tutelæ; non vero quos extra tutelam Pupillus illi debebat.
- 37 Tertia causa † recusationis opposita contra hunc Senatorem fuit, quia cum esset recusatus in causa summarissimi possessoris, ex eo quod esset levir Advocati Ducissæ de Frias, non poterat esse relator, & Iudex in nova causa petitorij, cum sit eadem, vel saltim illi inseparabiliter connexa, & hoc provenit: † nam litigare coram Iudice suspecto, valde periculosum est, ut dixit Innocentius 3. *in cap. cum inter de except. Merlin. contro vers. cap. 37. num. 3. & Crespi decis. 9. num. 52. † Et ideo permissum est illum recusare ex qualibet levi causa minori, quam contra testem Farinac. in fragmen. criminal. 2. part. num. 777. Carralc. loco cit. num. 59. † & non solum ex causis, quæ à Iure expressæ reperiuntur; sed etiam alia qualibet simili, aut minori à Iure expressis, idem Farinac. num. 802. Tuscus præct. conclus. litera S. conclus. 908. nu. 33. Gratian. discept. for. cap. 100. num. 10. Giurba decis. 48. num. 4. Suelves conf. 23. num. 4. lib. 1. Fermosin. in cap. si quos contra Clericum quest. 38. n. 10. de for. compet. D. Michael. de Cortiada decis. 1. num. 51. part. 1.*

41 Vna † ex pluribus causis, quas refert Cavalcan. *decis. 28. num. 114.* illa est: si Iudex fuit Advocatus in eodem negotio, vel ei connexo. Itaque sufficit connexio, quam inter se habent causæ ad recusandum, quamvis diversæ sint actiones, Merlin. *d. cap. 37. n. 11. ibi: Etiam si causa non sit numero eadem cum illa, in qua patrocinium præstitit, dum modo connexa sit eidem, vel quoquo modo ab illa dependeat, suspectum reddit Iudicem, ex solempni doctrina Philippi Franc. in d. cap. postremò colum. 2. de appellat. Vbi inquit: Sed tu intellige, & limita hæc, & su-*

prædicta procedere, nisi alia negotia, & alia causa essent connexa, & in vicem dependentes: tunc enim ratione connexitatis esset eadem ratio prohibitionis: refert plurimos Doctores, & sic prosequitur: Nã quod dicitur posse in alia causa iudicare, intelligi oportet de penitus diversa, & separata.

42 Confirmat hanc doctrinam † Fontan. *decis. 8. num. 15.* ubi refert Senatus decisionem, in qua Advocatus Capituli huius Ecclesiæ Cathedralis fuit Senator electus, & in vna causa eiusdem Capituli, in qua non fuit Advocatus, nec in ea intervenit, nec de illa fuit Consultus, & ita constitit ex suo iuramento: nihilominus suspectus fuit iudicatus, eo motivo, quia tempore introductionis illius novæ causæ erat Advocatus Capituli, quamvis nova causa erat penitus diversa, & in ea non fuit Advocatus. Et sicut si nunc Advocatus Ducissæ de Frias fuisset in Senatorem proventus, non posset intervenire in causa petitorij, propter connexionem cum possessorio, sic similiter non potest esse Relator in causa petitorij Senator, qui est suspectus, & recusatur, in causa possessoris.

43 Nemo dubitare potest, † hanc causam petitorij esse connexam cum possessorio, & non tantum connexa, sed imò dici potest esse vnam, & eandem: Nam possessorium est in visceribus petitorij, & è contra, & hoc probatur, quia in iudicio possessorio in prima instantia mixtum fuit à partibus petitorium, affirmando legitimum successorem esse D. Petrum de Aragon, qui in illo se opposuit: & ideo recusatus in vna intelligitur recusatus ad omnia.

44 Alia causa concurrens: † nam magnum esset absurdum, quod in causa possessoris, tanquam recusatus, non posset intervenire, & in petitorio fuisset Relator, ubi maius est periculum: ut prudentialiter ponderat Fontanel. *decis. 10. ex num. 22.* & ideo dixit, quod facilius recusatur Relator, quam Senator.

45 In recusatione huius Iudicis ꝛ multae causae coadcerbatæ inveniuntur, & quælibet illarum sufficiens est; sed licet non esset iusta, & de per se sufficiens, debet accumulari: vt expressè in terminis tenet Carrasc. loc. cit. nu. 132. ibi: Decimaquinta causa, quam Vltra DD. ego constituo, dependentem à præctica superiori, illa erit, si plures causæ simul concurrant, quarum quælibet de per se non sufficiant, & plures iunctæ, & simultanea admittentur, ad Iudicem per recusationem removendo: exempli gratia, diximus affinem affinis non posse recusari; si ultra hoc concurrat affectio aliqua causæ, vel inditæ voluntatis Iudicis, vt talis Victoriam assequatur; vel aliqua persuasus, vel odium ad versæ partis, & communicatio cum litigante affine, sui affinis, vel consanguineo sui consanguinei recusabitur. Quod discretus, & providus Iudex de recusatione cognosces, accurate pensare debet. Itaque volo dicere, quod quemadmodum plures coniectura, quarum quælibet de per se non est sufficiens, admittuntur, vt coniungantur ad plenam probationem, & c. parimodo plures causæ; (quarum quælibet non sufficeret) admittuntur, & coadcerbantur ad recusationem propositam obtinendam. Quod maximopere attendendum est. Nam vt vulgo fertur. Singula quæ non prosunt, multa collecta iuvant. Non tamen per hoc, si omnes de per se, & iunctæ firmiter sunt, hoc est inanes, & futiles quoadcerbari debent, sed illæ, quæ arbitrio Iudicis, & factis rerum, & causa ponderatione, & personæ iudicantis (ad quam maximopere etiam attendere debemus ad excludendam, vel admittendam recusationem) boni viri arbitrio, cui relinquuntur iudicanda sunt, attendendo ad causam recusantis, & multo magis ad personam recusati Iudicis, vt ex regulato, & bono arbitrio, recusationis causa decidatur, illam admittendo, vel excludendo. Quia cum actus sit magni momenti, & periculi ex utraque parte, tam Iudicis, quam recusantis animadvertendum est ad rectè, & ritè iudicandum.

46 In Senatu Regni Valentie ꝛ fuit quidam Auditor recusatus, ex causis,

quia erat amicus Advocati alterius partis, & eius Procuratoris: & in domo Procuratoris habitationem habebat (conventa tamen mercede, & separatum) & quamvis singula non erat sufficiens, fuerunt conjunctæ, & profuerant, ex eo motivo dicto: nam singula, quæ non prosunt, simul collecta iuvant. Exitu fuit iudicatum in Senatu, hæc motivo: quia meritis processus inspectis, constat D. Gavinum ex omnibus ab eo propositis, habuisse causam sufficientem ad recusandum, & c. vt testator Crespi decis. 9. nu. 85. Qui motivus fuit impetus, vt ipse refert, ex illa doctrina D. Francisci Carrasco.

47 Et cum, exceptis ꝛ causis expressis recusationis, quæ iure sunt comprobata, ceteræ omnes in arbitrium Iudicis relinquuntur, vt tenet Carrasc. ibi supra, Larrea allegat. 118. num. 2. Su. lves conf. 23. num. 5. lib. 1. Fermosin. in capite si quis contra clericum quest. 38. num. 9. de foro competenti, vltus pro mille D. Coitiada decis. 15. num. 53. part. 1. D. Laurent. Matthe. de re criminali contro. vers. 65. num. 7.

48 Quis ergo Iudex ꝛ arbitrabitur, Iudicem de quo loquor, ex istis causis suspectum non esse? cum recusationis Iudicis suspecti causa favorabilis sit, vt tenet Rota decis. 93. num. 1. part. 1. divers. D. Didac. de Viritigoi. de compet. iur. dict. quest. 11. nu. 13. in fine, & quest. 12. num. 23. & ideo est adiuvanda, cum calumniosa non sit; Fontan. decis. 17. num. 12. quin potius species defensionis à iure naturali permilla, Carol. de Graf. except. 24. num. 3. Xammar de officio Iudicis part. 1. quest. 12. num. 131.

49 Et arbitrium ꝛ quod lex iudicanti concedit, cum iure regulandum est: non vt faciat, quod sibi placuerit, vt docet Fontan. decis. 65. num. 8. & 9. ibi: Dixi qui consideratis circumstantiis id prudenter estimabit; nec arbitretur in manu Iudicis esse facere lesionem enormissimam, eam quam valuerit, & arbitrari quod sibi placuerit, vt locus sit huic remedio taliter, quod nec de hoc à quopiam reprehendi valeat.

leat in vim illius doctrine, quod in arbitrijs Index de eo, quod fecerit, redargui non potest, sed semper presumitur modeste ex iusta causa, optimè S. Ambrosius Relatus in cap. Indices 3 quaest. 7. ibi: Bonus Index nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis, sed iuxta leges, & iura pronunciat.

50 In causa summarij possessorij, quæ in gradu supplicationis in ipsa Aula pendeat idem Senator fuit à me recusatus ob prædictas causas, altera adiecta, scilicet, quia erat levit idest, curiador, cuiusdam Advocati Ducissæ de Frias, conjugatus cum illius sorore, quæ est causa reculationis iusta, in constitutionibus expressa; sed cum advocacionis munus exerceret occultè, quia non in allegationibus inter cæteros se subscribebat, vigore cuiusdam Constitutionis fuerunt ab ipso responsiones personales petite, medio iuramento, an in prædicta causa esset, vel fuisset Ducissæ de Frias Advocatus salario recepto, vel promisso, qui publicè, vel secretè in ea conluisse: qui respondit, credo me esse, ac fuisse Advocatum Ducissæ de Frias, salario recepto, cui declarationi licet claræ fuit oppositum; non dixisse in presenti causa summarij à qua est supplicatum: idèoque confessionem non esse claram, quia de alijs causis poterat intelligi. Cui obiectioni satis feci asserens, in interrogatione hæc omnia fuisse contenta; 51 † & secundum interrogationem, res-

ponionem latam esse præsumi, in eaque omnia interrogata contineri, & præterea in st. de inutili stipulat. & ibi Pichard. num. 30. l. heres palam, §. in testamentis, ff. de testam. l. titia 134. §. idem respondit in princip. ff. de verb. obligat. vbi sic Bart. Quæ in præfationibus dicuntur: in sequentibus repetita intelliguntur. Idem tenet Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 74. num. 2. Ant. Gomez 2. tom. variar. cap. 9. num. 4. Vers. Septima conclusio, ibi: Si præcedat interrogatio cum libet rei, vel quantitatis, vel formæ, vel qualitatis, & sequatur responsio simplex, & absoluta, valit, & tenet contractus, & obligatio, quia responsio, & promissio censetur facta de omnibus contentis in interrogatione. Quibus Senatus declaravit, locum esse reculationi Senatoris: à qua Provisione non admittitur supplicatio iuxta Constitutionem titul. de recusat. omni. iudi. lib. 3.

Et quamvis parvâ victoria videatur: magna equidem fuit, quia ex illa curtus totius causæ pendeat, & possum dicere cum Virgilio lib. 3. Georgio.

Tantus amor laudum, † tanta est victoria cura.

Et quia hic articulus fuit validissimè propugnatus, iterum dico cum Virgilio Æneid. lib. 10. lumen victoriam à magnitudine victi:

Æneæ magni dextera cadis †

53 Regia Provisio in qua suspiciones fuerunt declaratæ est thenoris sequentis.

SEQVITVR REGIA SENTENTIA.

Die 27. Septembris 1678.

In Regia Audientia, & in Aula Nobilis Regentis Regiam Cancellariam, Presidente dicto Nobili Regente Don Josepho Rull: interfuerunt cum eo Regij Senatores sequentes.

Magnificus Ioannes Baptista Roca, & Iulia.
Nobilis Narcisus de Anglasell.
Et Nobilis Hieronymus de Magarola.

IN facto suspicionum allegatarum pro parte Admodum Illustris Domne Catharinæ Antonie Folch de Cardona, & Aragon, olim Fernandez de Cordova, Ducissæ Sugurbi, Lermæ, Medina-Celi, & Alcalá, vxoris Admodum Illustris Domni Ioannis Francisci Thomæ Laurentij Folch de Cardona, & Aragon, olim Fernãdez de Cordova, Ducis de Medina-Celi, & Alcalá, Sugurbi, & Lermæ, contra personam Nobilis Iosephi de Ferrer, & Vinyals Regij Senatoris: in causa vertenti in Regia Audientia, ad relatione Magnifici Ioannis Baptistæ Roca, & Iuliã, inter dictam Admodum Illustram Domnam Catherinam Antoniam Folch de Cardona, & Aragon, olim Fernandez de Cordova Ducissam Sugurbi, Lermæ, & Medina-Celi, & Alcalá ex vna, & Admodum Illustram Domnam Mariam Theresiam de Benayides vxorem in secundis nuptijs Illustris Domni Inici Melchioris Fernandez de Velasco, & Tobar Comestabilis Castellæ, Ducis de Frias, & in primis Admodum Illustris Don Ludovici Folch de Cardona, & Aragon, olim de Cordova Ducis Sugurbi, & Cardonæ partibus ex altera.

Facta relatione per dictum Don Iosephum Rull Regiam Cancellariam Regentem, meritis processus arteatis, & alias fuit conclusum: suspensiones allegatas procedere iurimetur.

DISCVRSVS II.

De Maioribus Cathalonia.

SVMMARIVM.

1. **I**N Maioribus, & fideicommissis Cathalonia an ipso iure in successionem possessio civilis, & naturalis transeant, sine hominis ministerio?
2. Maioratus plures inveniuntur in Cathalonia, inter quos precipuus Ducatus Cardonæ.
3. Dubium proposuit Peguera.
4. Fuit dubitatum in Cathalonia de forma succedendi in maioribus, & de consuetudo, quæ vigeat in Regnis Castella, & alijs vigeret etiam in Cathalonia?
5. Primo geniti iure sanguinis, & de consuetudine pro bono publico introdu-

- Et in Cathalonia in maioribus succedunt.*
6. Consuetudo succedendi in maioribus Cathalonia observatur, sicut in Castella, & alijs Regnis.
 7. Maioratus Cathalonia Dignitatis Regalis regulantur secundum Dignitatem Regni Hispaniarum: & valet argumentum de successione Regni ad maioratus Cathaloniae.
 8. Maioratus plures inveniuntur in Cathalonia quorum primum caput Cardonæ Ducatus est.
 9. Maioratus Cathalonia in omnibus, & per omnia regulandi sunt secundum statuta maioratus Regni Hispaniarum, ceterorumque Castella maioratum, & Peguer. de maioribus Hispanie arguebat ad maioratus Cathalonia cum doctrinis Authorum Castelle.
 10. In Cathalonia bona fideicommissorum, & maioratum alienari non possunt, ad constituendam dotem filiabus sec-

- cundum Pegueram.
11. Maioribus Cathalonie regula vit cum maioribus Castella Fontan.
12. Omnes maioratus Hispanie cum Regno regulantur.
13. Maioratus, & fideicommissa perpetua Cathalonie debent regulari secundum leges, & statuta, quibus regulantur Regnum Hispanie, ceterique maioratus.
14. Reges Hispanie succedunt in Regno sicut ceteri maioratum successores; in quibus morem Regem ipsos transferunt possessio civilis, & naturalis, ipso iure, ab instanti mortis ultimi Regis, ministerio. l. 45. Tauri, sine ullo hominis facto.
15. Successor in maioratu Regni Castella debet producere instrumenta fundationis maioratus, ut possit obtinere tenutam. l. 45. Tauri, ad similitudinem l. final. Cod. de edict. Div. Adrian. tollent. Et cum Rex non possit exhibere instrumenta fundationis maioratus Regni, fuit dubitatum an remedium l. 45. Tauri, illi competeret.
- Pax sine difficultate tenet, Regi successori competere tenuta l. 45. Tauri.
16. Maioratus successor in Cathalonie, absque aliqua restitutione, consequitur dominium maioratus, ab instanti mortis predecessoris.
17. Maioratus Cathalonie in nihilo distinguuntur a maioratibus Castelle.
18. Verba in omnibus, & per omnia quid operentur.
19. l. 45. Tauri non est decisoria, nec correctoria; sed declaratoria iuris communis, quod in Cathalonie observatur.
20. Remedium l. 45. Tauri descendit de iure communi, ab illoque fuit cognitum.
21. l. 45. Tauri non debet videri in Cathalonie tanquam lex; sed tanquam sententia interpretati va legum iuris communis.
22. Lex 45. Tauri, debet servari in Cathalonie tanquam responsa prudentium, qui illam considerunt, sicut servantur leges Imperatorum.
23. Ius commune servatur in Cathalonie, deficientibus Constitutionibus, & iure Canonico, & communi.
24. De iure communi, ipso iure, transferuntur dominium rei donatae in donatarium.
25. Possessio de iure civili, ipso iure, transferuntur in casibus, in quibus lex, ipso iure, transfert dominium.
26. Donatarius secundus, & reliqui postquam agere de iure communi eiusdem remediums possessoris, quibus successor maioratus.
27. Lex 7. tit. 4. part. 5. explicat vit legem quoties, Cod. de donat. quod sub modo: que dominium rei donatae ipso iure, in donatarium transfertur, & interpretati va, & contenti va declarati va, possessionem etiam in donatarium, ipso iure transferunt.
28. Gregor. Lopez eam legem ad successores non maioratum extendit.
29. In Regno Valentie, in Gallia, & in Italia contenti va, & interpretati va dicta lex quoties, transfert etiam possessionem cum dominio, ipso iure.
30. l. 45. Tauri declarati va dictam legem 7. tit. 4. part. 5. ut intelligeretur in omnibus maioratibus.
31. Lex Tauri est consona iuri communi: in quantum dicit, ipso iure, dominium, & possessionem transferri in successorem maioratus.
32. Leges Tauri, & partita sunt conformes iuri communi, & doctrinae Accursij.
33. Lege deficiente in aliquo Regno, ad ius vicinum recurritur.
34. In donationibus perpetuis maioratus omnes vocati in infinitum sunt primi donatarii, & quilibet recipit donationem immediate ab ipso donante.
35. Donationes tot sunt in maioratibus, quot sunt persone vocatae, ac si uniusque eorum nominatim, atque specificis facta fuisset iniquaque donatio.
36. De iure communi dominium, & posses-

- sio bonorum donatorum in donatarium transferuntur; & sic in maioratibus quilibet ex successoribus consetur primus donatarius, & in eum transferuntur dominium, & possessio.
37. Rationis imitatio ubi invenitur, non est extensio legis, sed comprehensio.
38. Lex quando facit mentionem de uno, intelligitur exemplariter, & non respectively.
39. Lex fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen. tantum continet expresse heredem scriptum; sed continet etiam interpretati ve continet etiam fideicommissarium perpetuum; & sic similiter dicta lex quoties continet possessionis translationem cum ipso dominio.
40. Peguera videtur dixisse in maioratibus absque aliqua restrictione, ipso iure, successorem consequi dominium; sed non possessionem.
41. Sed idem intellexit de possessione.
42. Verba in omnibus, & per omnia, quid significent.
43. Dominio solo translato, nihil operaretur lex, quin possessio transferretur.
44. Argumento in dari probatur, quod in maioratibus Cathalonie, ipso iure, transferatur possessio civilis, & naturalis cum dominio, ab instanti mortis ultimi possessoris in legitimum successorem.
45. An tenuta competat apud supremum Consilium Castellae in bonis maioratibus, quae sunt extra illud Regnum, si praetenses sunt domicilii illius Regni? & an quo ad bona sita extra Regnum transferatur possessio legis 45. Tauri.
46. Secunda pars huius questionis affirmati ve resolvitur.
47. Comprobatur doctrina Fontanella.
48. Possessionis immissio virtute leg. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen. comprehendit non solum bona, quae sunt intra illud Regnum; sed etiam ea quae sunt in alijs Regnis.
49. In Regno Castellae, in Supremoque Consilio fuit petita manutentio Baroniarum de Martorell, & Molins de Rey, & in alijs locis Cathalonie sitis, & fuit concessa: Et in Consilio Cathalonie fuerunt litterae executoriales admissae.
50. Aliud exemplar in Baronijs de Martorell, & Molins de Rey, super quibus ius fuit dictum in Regali Chancellaria Pinciana Regnorum Castellae, & in Consilio Cathalonie fuerunt executoriales admissae, possessioque data.
51. Aliud exemplar Ducatus Sughubi: cuius iudicium fuit caputum in Consilio Regni Valentiae, & quia litigatores erant domicilii Regnorum Castellae, Supremum Regium Consilium Aragonum causam dicti Status evocavit, illamque definiit: sed vide aliam rationem.
52. Principatus Cathalonie habet privilegium, quod extra Principatum cause civiles, & criminales evocari non possint.
53. Regnum Neapoli habet idem privilegium, & Sicilia, ne cause ad Supremum Italiae Consilium evocari valeant: & nihilominus Rex noster Catholicus, ex suprema Regalia evocat causas, & refertur exemplar.
54. Causam Ducatus Cardonae videtur potuisse incipi in Regio Supremo Consilio Castellae: illicque terminari: sed valde haec materia exagitur usque ad num. 55.
55. Mandata Regie Maiestatis referuntur, ut Regius Senatus hanc litteram expediret.
56. Culpa Advocatorum videtur causam non esse expeditam, sed Imperator iudicibus tribuit.
57. Advocati in Cathalonie Consilio non mulctantur, nisi excedant, sicut in Castellae sit.
58. Morbis nobis nova conuenit antidota preparari.
59. Rex tenetur ad protectionem vassallorum vi oppressorum.
60. Rex iudex conservator dicimur, ad tollen-

- tollendas violentias, & iniurias notorias suorum Vassallorum.
61. Reges, & Regna instrenua fuerunt, ut Regnum in pace, iustitia, & tranquillitate conferrent.
62. Recursus ad Regem est charitativum subsidium, quo agitur deliberando, ut oppressos.
63. Hæc propositio firmissima columna est huius discursus ab Authore excogitata.
64. In cognitione per viam violentiæ impartitur defensio vi oppressis extrajudicialiter, celerissime, & absque iurisdictione.
65. Ducissa de Medina potest implorare recursum per viam violentiæ ad Regiam Maiestatem.
66. Cum hoc recursu per viam violentiæ non violantur Cathalonia privilegia.
67. Cognitio contentiosa prohibita est Regio Senatus Aragonum in causis Cathaloniæ, non vero charitativa, & extrajudicialis, quæ iurisdictionem Cathaloniæ non usurpat.
68. In cognitione violentiæ non dicitur Regem iurisdictionem habere directè, nec indirectè, principaliter, nec accessorie.
69. Regius Senatus Aragonum instrumenta habet ad extrajudicalem cognitionem per viam violentiæ in hac lite.
70. Cognitio per viam violentiæ non est damnosa privilegii Cathaloniæ, sicut nec ecclesiæ libertati.
71. Rex ad tollendam vim Ecclesiasticam cognitione indiget, sed non iurisdictione.
72. Rex non tam amplam potestatem confert, quam sibi maiore non conferret.
73. Rex cognitionem, quam habet per viam violentiæ ad tollendam oppressionem iudicum Ecclesiasticorum, habet inter subditos suos Vassallos.
75. Exemplar refertur in Statu Ducatus Cardoniæ, in cuius successione remedium summarissimum possessorium fuit intentatum, & in eo ius dicitur ad similitudinem maioratum Regnorum Castellæ.
78. Curia Cathalonia insit Ducissam mitti in veram realem, & actualem possessionem maioratus Cardoniæ, quia civilis, & naturalis erant in successorem translata.
79. Possessio civilis, & naturalis, que transferitur ministerio legis ex ultimo possessore maioratus insequentem successorem, an propria possessio sit; an vero ficta, & in propria: & res solvitur veram, & propriam esse.
80. Comprobatur hæc nova opinio aliquibus auctoritatibus.
81. Possessio actualis que erat in defuncto, transit in materiam primam, hoc est, eadem ver: Et ex illo ad hereditatem: ex qua non transit in heredem, sed tantum habitualis, seu potentialis.
82. Eandem questionem exagita vit Molina, num: 83. & 84. & tandem dicit eam possessionem, que in successorem maioratus per venit, ad veram esse ab illa, quam ultimus possessor habuit, quo ad substantiam, & actualem effectum: quamvis eadem sit quo ad qualitatem habitudinem.
85. Possessionem legalem in successorem maioratus translata, ipso iure, in successorem maioratus, debere dari in Cathalonia successori maioratus censuræ sui dominus Vilosa.
86. Sententia Supremi Senatus Aragonum in Ducatu Sogurbi.

DISCVRSVS II.

DE MAIORATIBVS
Cathalonie.

AN IN MAIORATIBVS

Cathalonie dignitatis Regalis, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, caterisque fideicommissis perpetuis ad eorum similitudinem institutis ab instanti mortis possessoris transferatur, ipso iure, in successorem possessio civilis, & naturalis, sicut transfertur in Regnis Castelle virtute legis 45. Tauri, & possit successor intentare remedium Retinendæ possessionis.

Satis arduam, † ac difficilem questionem aggredior, à nemine non solum hucusque exagitatam, sed nec cogitatam: nam licet in Principatu Cathalonie plurimi maioratus inveniuntur, & inter cæteros præstantissimus Cardonæ Ducatus; successores nunquam hoc remedium possessorium, nec aliud summarissimum invenerunt; sed in iudicio petitorio plenario successores contendunt. Ideò dolens, in tam prolixo, ac profundo pelago successores navigare; pluries in mentem revolvi, accuratèque excogitavi: an illi hoc remedio frui possent, sibi que competeret; & mihi visum fuit, illis proficuum esse; ut protinus illorum possessionem actualem, & realem, manutentionem tenetæ obtinendo, adipiscerentur. Quibus autem fundamentis nixus sum, sequentia demonstrabunt.

Primum, † in hoc Principatu, ma-

ioratus inveniuntur, qui ab Authoribus eiusdem Provincie dignitatis Regalis nominantur, ut probatur ex septem decisionibus Senatus, in causis Ducatus Cardonæ editis, quarum unam refert Ramon *conf. 100. in fine*, ibi: *Et attento, quod dictus Ducatus Cardonæ est dignitatis Regalis; & in ea dignitate, & alijs eidem vinctis dictus Illustris Ferdinandus convenit successit, non solum ex dicta donatione paterna in capitulis matrimonialibus sibi facta, & hereditario iure tanquam heres vni versalis Patris in testamento relictus; sed etiam iure sanguinis, tanquam primogenitus ex generali consuetudine pro bono publico introducta. Et in alia sic dicitur: Hoc tamen intellecto, & declarato, quod pro obligatione per Admodum Illustrum quondam Ducem Cardonæ firmata in capitulis matrimonialibus dictæ Nobilis Franciscæ Mata non fiat executio, ne dum in bonis in testamento condito per Ioannem Raymundum Folch de Cardona Ducem Cardonæ, verum, nec in Comitatu Ampuriarum, tanquam in bonis dignitatis Regalis, seu maioratus in quibus iure sanguinis succeditur.*

Vltimus, † primus, qui huic meo discursui viam apernit fuit doctissimus Cathalanus D. Ludovicus de Peguera in decis. 115. qui eam sic incipit: *Cum quadam die quidam Iurisconsulti, & ipse haberemus colloquiū de negotijs Curiarum nostrarum per suam Regiam Maiestatem Cathalanis celebratarum, & præcipue circa erectionem octo Comitatum in presenti Principatu factam, fuit ab uno ex dictis I. C. interloquendo dubitarum, an in bonis dictorum Comitatum in futurum succederet primogeniti eodem modo, & eo ordine, quo in Regnis Castelle succeditur in maioratibus, & in huiusmodi dignitatibus. Cui dubio quamvis in promptu non responderim, tamen pollicitus fui, paulò post concludentibus rationibus satisfacere: ut ex sequentibus demonstratur.*

Pro ratione † dubitandi in §. duplici duas proposuit, pro quibus videbatur in maioratibus Cathalonie succedendum non esse, eodem modo, & ordine

quo in Regnis Castellæ succeditur in maioratibus; & inferius sic ait: Et hæc dubitandi ratio probatur auctoritate Celsi Hugonis in suo consilio super materia, §. præterea Ducatus de prohibet. feud. alienat. in 2. dubio in princ. qui cum de hac consuetudine, quod in huiusmodi dignitatibus succedant primogeniti, loquitur, probat eandem esse consuetudinem in Regnis Castellæ, Franciæ, Aragonum, & loquendo de Cathalonia tacet scribentes, qui eandem consuetudinem etiam vigere in dicta Cathalonia attestantur: imò expresse contendit ipsam consuetudinem ibi omnino deficere. Ex cuius ergo doctrina inferitur, in hoc Principatu succedendum esse in huiusmodi dignitatibus, & in bonis maioratus pro ut in alijs quibuscumque bonis patrimonialibus succedi solet, & potest. Et postquam rationes in contrarium adduxit, sic prosequitur.

5 Prædictis tamen rationibus non obstantibus, verius est dicere primogenitos solum iure sanguinis, & de consuetudine pro bono publico introducta, etiam in Cathalonia, ad dictorum bonorum successionem in vitari.

6 Et primò, t non obstat auctoritas Celsi Hugonis cum falso nega verit, consuetudinem Regnorum Castellæ, Franciæ, & Valentia non vigere in Cathalonia: quia cum Comitatus, Ducatus, & Marchionatus dicantur dignitates Regiæ, ut in cap. 1. de feudis Marchiæ, ubi Bald. & alij de præd. Ela consuetudine practici Cathalani Iuris interpretes, scilicet quod in eis succedant primogeniti, varijs in locis attestantur. Et in num. 4. sic prosequitur.

7 Confirmantur t præcedentia ex eo, quod istæ dignitates, scilicet Comitatus, Ducatus, & Marchionatus, atque bona omnia maioratus in succedendo regulantur secundum dignitatem Regiam, & illi equiparantur, pro ut formaliter inquit Bologni. in consil. 62. col. 2. post Paul. de Cast. in consil. 164. vol. 2. & advertunt Abb. in consil. 85. in prima parte consilior. Peral. in rubri. de heredib. insti. num. 122. & in l. 3. §. qui fidei commiss. num. 120. & latius num. 139. eod. tit. ff. Co var. lib. 3. Variati

resolut. cap. 5. num. 5. & Ioan. Gutier. in practi. quest. lib. 3. quest. 67. num. 36. quod existentiâ, natura successio & constitutio maioratum Hispaniæ regulantur in omnibus, & per omnia secundum existentiâ, naturam, Constitutionem, & successionem Regni Hispaniarum, quod est omnium primogenitorum Hispaniæ caput, à quò tanquam à vero capite omnia alia primogenia tanquam membra descendunt. Ideoque optima ratione à Regni successione, & natura ad dictas dignitates, que iure maioratus deferuntur arguere licebit, ut de vno ad aliud valdum sit argumentum, ita ut omnia que in Regno statuta sunt etiam in maioratibus, & dictis regalibus dignitatibus locum habeant. Et iterum Celsum Vgonem refellit in repetitione, cap. super laudemio vers. Aiuslans num. 82. quatenus asseruit, non observari in Cathalonia ordinem prædictum succedendi in maioratibus. Hucusque Peguera: cuius verba me transferre non pudet: nam cum Doctor sit Cathalans, inter maioris auctoritatis connumeratus, in cuius doctrina mea nitèda est, libuit hic afferre, ut facilius præ manibus haberi possint.

8 Ex illis igitur probatur t in Cathalonia maioratus multos existere, quorum primum caput Cardonæ Ducatus est, ut cum decisione Senatus probat num. 5. Probatur t etiam istos maioratus esse regulandos in omnibus, & per omnia secundum statuta maioratus Regni Hispaniarum, ceterorumque Castellæ maioratum, riter ut de vno ad alterum validum sit argumentum. Et hoc ita nervosè observavit, ut in decis. 116. latè de successione cuiusdam maioratus istius Provinciæ disputavit, (qui non erat dignitatis Regalis Ducatus, Marchionatus, & Comitatus) questionem movens de iure representationis: an nepos ex filio prædefuncto præferatur patruo superstiti: & validissimè pugnat cum nostra lege 2. tit. 15. partit. 2. & lege 40. Tauri. Et auctoribus nostris Castellanis, cum illis inducens doctrinas,

nas, interpretationes, & coniecturas, arguendo de maioratibus Castellæ, ad illum iuxta disputationis, ac si in Castella constitutus esset: & tandem decisionem his verbis concludit: *Hæc dicens, salvo in his iudicio melius sentientis: tutius enim de intellectu legis, iudicare, si super eo aliquam alicuius Senatus Regni Castellæ decisionem vidissem.*

10 In decisione 118. † movet idem Peguera aliam questionem; an bona maioratus possint alienari, ad constituendam dotem filiabus, & num. 4. in fin. sententiâ Gregor. Lop. sequitur, propter propriam fideicommissorum ac primogenitorum naturam, quæ in hoc tenet, ut bona illa penes familiam in agnationis, & nominis memoriam illata, & integra conferantur, & perpetua maneant.

11 Fontanel. † de pact. claus. 5. glos. 1. part. 2. nu. 113. & in glos. 10. part. 1. nu. 52. etiam cognovit naturam maioratus, & Cathalonix cum maioratibus Castellæ regulavit.

12 Molin. † de primog. lib. 1. cap. 1. nu. 28. & 30. & lib. 3. cap. 1. num. 21. & dict. lib. 1. cap. 3. num. 1. & 12. omnes maioratus Hispanix cum Regno regulavit, isdem verbis utens, quæ retulit Peguera supra num. 7. qui illa transcripsit.

13 Ex his omnibus, † auctoritatibus Doctorum huius Principatus fulcitis, clarissimè probatum manet, in maioratibus ipsius Provinciæ succedi, ut succeditur in Regno Hispaniarum, illique aequari, ac æquiparari, regularique in omnibus, & per omnia. Secundum existentiam naturam, constitutionem, & successionem, & quod omnia quæ statuta sunt in Regno locum habeant in maioratibus Cathalonix, ut de vno ad alium validum sit argumentum. Et idem intelligo in fideicommissis perpetuis, ut intellexit Fontanel. decis. 36. num. 11. & 15.

14 His ergo iactis fundamentis, † nunc venit investigandum, quomodo in Regno Hispaniarum Reges nostri Catholici succedant. Hanc dubitationem

proposuit noster Doctissimus D. Ludovic. Molin. inter ceteros in materia maioratus primas, de Hispan. primog. lib. 1. cap. 3. num. 26. qui sic ait: *Ex quibus decidi poterit nova questio, quam satis controversam vidimus: an scilicet sicut mortuo maioratus possessore, dominium, ac possessio bonorum transeat in sequenti successorem absque apprehensione, etiam si bona a tercio in vita maioratus possessoris occupata sint, ex decisione legis 45. Tauri: ita etiam bona Regni statim mortuo Rege in sequentem successorem transeat quo ad dominium, & possessionem absque apprehensione? Et in vers. Sed quamvis prosequitur: Sed quamvis apud me satis absolutum sit, dominium, ac possessionem bonorum Regni legis ministerio in Regem sicut in maioratus successorem transire, eundem de vno ad alium non possit assignari diversitatis ratio. Imò maior ratio in Rege quam in alio maioratus successore concurrat. Non tamen satis compertum est, an Regni successor competat remedium summarium ac executivum, quod ex dicta lege 45. Tauri, alijs maioratum successoribus competit, in his præsertim, quæ a Rege prædecessore alienata fuerunt.*

Iam vides † istum Doctorem clarissimè tenuisse, Regi successoris ministerio legis 45. Tauri competere tenutam, in illumque transire dominium, ac possessionem bonorum Regni, sicut in quemlibet maioratus successorem, eundem de vno ad alium non possit assignari diversitatis ratio: imò maiorem rationem in Rege, quam in alio maioratus successore concurrere: & si aliquantulum postea videretur dubitasse, ea ratione fuit motus, quia dicta lex 45. Tauri, & lex finalis, Cod. de edict. Div. Adriæ. tollent, requirunt exhibitionem, & ocularem inspectionem testamenti, seu foundationis maioratus, cum inventario bonorum, non aboliti, neque cancellati: & cum Rex non possit ista instrumenta exhibere, hinc dubitavit, an Regi competere possit remedium possessorium summarissimum dictarum legum: ne fortè Rex bona Coronæ alic-

alienata breviter, & executivè reperere posset. Sed cum hæc ratio dubitandi, quæ in Rege invenitur, in cæteris maioratibus, qui possunt instrumenta foundationū in iudicio exhibere, nō inveniatur: legitimè sequitur successoribus maioratum in Catalonia sicut Regi remedium tenuræ legis 45. Tauri, competere possit; cum in eos translata sit possessio civilis, & naturalis legis ministerio ab instanti mortis ultimi possessoris: sicut transfertur in Catalonia in vidua pro sua dote, & sponsalitia, virtute Constitutionū *Hæc nostra*, & *fin. titol. disolt. lo matrim.* cum hoc statutum Regni Hispaniarū, etiam in maioratibus Catalonia locum habeat, iuxta doctrinam Ludovici à Peguera.

Absque vlla difficultate † tenuit Paz de tenuta cap. 85. num. 116. Regi successori competere tenuram legis 45. Tauri.

16 Sed dices, † in Catalonia dictam legem 45. Tauri non servari: cui varijs modis respondeo. Primò, Pegueram, loqui, & tenere, quòd in maioratibus Catalonia pariformiter transfertur dominium, & possessio ab instanti mortis ultimi possessoris in successorem, sicut in Castella absque aliqua restitutione: sic ait in dict. decis. 115. num. 2. *vers.* Et cum prædicta: Idèd constat absque aliqua restitutione quemlibet vocatum consequi dominium eodem instanti ac momento, quo purificatur conditio, vel venit dies vocationis ex propria persona, sublato de medio precedenti possessore. Quæ verba sūplis à Molina lib. 1. cap. 1. n. 17. Itaque idem quòd docet Molina in maioratibus Castellæ in translatione dominij per legem Tauri in sequentē successorem, idèdque verbis Peguera docet transferri in maioratibus Catalonia.

17 Secundò, † dicit Peguera: Quòd existentia, natura successio, & constitutio maioratum Hispania regulantur in omnibus, & per omnia secundum existentiam, naturam, Constitutionem, & successionē Regni

Hispaniarum: ita ut omnia quæ in Regno statuta sunt, etiam in maioratibus Catalonia locum habeant: † & hæc verba: In omnibus, & per omnia, ait Fontan. decis. 294. num. 17. Operantur omnimodam similitudinem: & important, ut inter duo subiecta nulla sit differentia, sed totalis sit effectus, & omnium una, & eadem sit natura: ac operatur effectum indivisum expressionis.

Tertiò † respondeo, quòd dicta lex 19 Tauri non debet recipi in Catalonia tanquam lex, sed tanquam Responsa Prudentum, & declaratoria iuris communis, quòd in Catalonia observatur, ut dicit Molina de primog. lib. 3. cap. 6. num. 24. ibi: Quòd comprobatur ex eo, quòd omnes leges Tauri non correctoriae iuris communis, sed solum declaratorie censende. & de lege 40. Tauri loquens dicto lib. 3. cap. 7. num. 9. *vers.* Nec obstat, sic iterum dixit: Nam præterquam, quòd dici potest in hac parte dictam legem non esse iuris communis contrariam habito respectu ad Hispanorum consuetudinem, & legem partitarum, quæ est ius commune huius Regni, & ius commune Romanorum. Idem tenet Paz † de tenuta cap. 67. n. 3. & plus dicit in cap. 2. nu. 15. quòd illud remedium legis 45. Tauri descendit de iure communi, ab illòque fuisse cognitum, ibi: Eius tamen non vult sanctionis remedium, quòd tenuta nuntupatur, iure communi fuit cognitum. Itaque † dicta lex 21 Tauri non debet vigere in Catalonia, tanquam lex Castellæ; sed tanquam iuris communis lex interpretativa aliarum legum iuris communis, quas postea referam, & generalis consuetudinis Hispaniæ, ut mox dixit Molina, in qua est compræhensa Catalonia, ut sui Doctores affirmant.

Quartò, † nolo dictam legem Tauri 22 in Catalonia servari tanquam legem; sed tanquam responsa prudentum, sicut in Catalonia, & in Castella, & in Gallia servantur leges Imperatorum, ut asserit Molina dict. lib. 3. cap. 12. n. II. ibi: Ius namque commune horum Regnorum est illud, quòd in legibus partitarum, atque

arque alijs legibus huius Regni statutum
invenitur, nec leges pandectarum, nec Im-
peratorum in his Regnis tanquam leges
sed tanquam dicta sapientum accipienda
sunt, prout in l. 1. Tauri dispositum est. Idē
tenet Paz de tenuta cap. 67. num. 10. id
ipsum etiam dixit Carolus Grafalius
lib. 1. regal. Franc. in 7. pag. 94. cū seq.
Vbi ex pluribus probat leges Impe-
riales à Gallis non admitti, nisi quate-
23 nus rationi nituntur. † Et de iure Ca-
thalonie est Constitutio 40. anni 1599.
vbi expressè iubetur Doctoribus Regij
Cōsiliij teneri causas decidere, deficiē-
tibus iuribus Patrie, in primis secundū
ius Canonicum, deinde secundū ius ci-
vile, & doctrinas Doctorum, vt refert
Fontan decis. 12. nu. 2. & decis. 152. nu. 2.
24 De iure Romanorum † Imperato-
res Diocletianus, & Maximianus in l.
quoties, Cod. de donat. qua sub modo, domi-
nium rei donatæ, adveniente die, in
donatarium ipso iure transtulerunt, vt
asserit Molina loco citato num. 2. Patet
Ludovic. de Molina de maioratibus disp.
636. ex nu. 1. Paz de tenuta cap. 6. pertor.
Ant. de Amato var. fol. 12. nu. 9. & 10.
25 Et licet † prædicta lex quoties non
dixisset possessionē in donatarium tran-
stulisse, ipso iure, sicut dominium,
Acursius tamen in l. Pomponius 35. ff.
famil. hercis. un. verb. naturaliter, dixit,
in casibus, in quibus lex ipso iure trā-
fert dominium, transferre etiam pos-
sessionem: & Hermosill. in l. 7. tit. 4.
part. 5. gl. 2. num. 17. cum Riccio dicit,
dictam glosam Accursi esse commu-
niter receptam; & in gl. 3. num. 10. lo-
26 quens de dict. l. quoties asserit, † quod
secundus donatarius, & reliqui possunt
agere eisdem remedijs, quibus successor ma-
ioratus. Ergo in viribus, & visceribus
iuris communis successores maiora-
rium Cathalonie, seclusa, l. 45. Tauri,
possunt agere eisdem remedijs, quibus
in Castella successores maioratum;
88 & vi remedio tenuta.
27 Prædictam legem quoties, † exten-
sivè, vel potius contentivè declara-
vit, l. 7. tit. 4. part. 5. expressis ver-

bis possessionem comprehendentem,
ibi: E por ende decimos que la donacion
que asi fue hecha, è valdria fasta aquel
dia, y aquel tiempo que señalasse el que la
fizo; è de aquel dia en adelante ganarian
la possession, è el señorio de ella sus herede-
ros del que huviesse fecho la donacion, vel
otro à quien nombrasse para haverla. Ita-
que quod per legem quoties erat di-
positum in translatione dominij in
donatarium, ista lex partitæ interpre-
tativè, & contentivè declaravit, pos-
sessionem etiam rerum donatarū tran-
sire ipso iure in illum. Et Gregorius
Lopez † eam legem ad primogenitorū
28 successionem extendit in verbo posses-
sion.

Et hoc † ipsam est explicatum, & 29
observatum in Regno Valentie foro 6.
de donacion. Et in Gallia, & in Italia, vt
asserit Molina dict. lib. 3. cap. 12. num. 6.
vt possessio defuncti in heredem abs-
que aliquo actu apprehensionis conti-
nuetur.

Quod enim † declaravit dicta lex 30
7. tit. 4. part. 5. cum in ea non fuisset
dictum, quod hæc possessio ipso iure
fuert translata cum dominio in suc-
cessorem maioratus, lex. 45. Tauri, ita
declaravit: Que las cosas, que son de ma-
yoraç go: agora sean Villas, ò Fortalezas, ò
de otra qualquier calidad que sean, muerto
el testador de el mayoraç go, luego sin otro
acto de aprehension se traspasse la possession
civil, y natural en el siguiente en grado,
que segun la disposicion de el Mayoraç go
debiera de suceder en el, aunque aya otro
tomado la possession de ellas en vida del
testador del mayoraç go, ò el muerto, ò el di-
cho testador le aya dado la possession de
ellas; quam legem in duas partes divi-
dit Molina loco citato num. 9. & 10.

Prima, † in qua ipso iure dominium, 31
& possessionem transfert in successores
rem; & dicit esse iuri cōmuni, & parti-
tarum consonam, favorabilem, & am-
pliandam: in secunda autem parte in
eo, quod concedit eam possessionis
translationem, tertio possidente, dicit
esse contra ius commune odiosam, &
restrin-

restringendam. Et in hac parte, quæ iuri communi adversatur, nihil interest, quod in Cathalonia non recipiatur: in prima autem nullam rationem invenio, qua non sit accipienda, cum iuri communi, & doctrinæ Peguer. sit consona; & idè Molina loco citato num. 5. sic ait: *Ex quibus constat ante præfatam legem Tauri id ipsum in qualibet donatione dispositum fuisse quoad dominij, & possessionis translationem, quod hodie ex ea dispositum est.*

32 Ex præfatis videtur dicendum, † *leges partitæ, & Tauri, cæteræque statuta Galliæ, & Italiæ opinioni Acursi supra num. 24. citati fuisse regulatas, cuiusque opinionem amplexitæ, & ita similiter sensit D. Ioannes de el Castillo lib. 5. controvers. cap. 91. num. 48. vers. Præterea, ibi: Quod etiam ante ipsam legem condita erat lex. 7. tit. 4. part. 5. qua eandem dominij, & possessionis translationem concedebat, quam dicta lex Tauri concessit; ita ut lex Tauri non addiderit plusquam eam translationem extendere, etiam si bona maioratus penes tertium possessorem existerent.*

33 Vterius, † in Cathalonia non invenitur Constitutio, quæ agat de maioratibus Hispaniæ, nec de eorum successione, possessionisq; apprehensione: & quando lex nō invenitur in aliquo Regno, ad ius vicinū recurritur, quando proprium deficit, ut tenet Crespi decis. 9. n. 5. ex textu in cap. super eo 22. de cons. Gutier. pract. lib. 1. c. 17. n. 215. Masc. de statut. conclus. 2. n. 123. cap. cū olim de consuetud. cap. fin. 20. distinct. Barbol. in collect. ad text. in cap. cum olim n. 4. de consuet. Et cum ius Castellæ sit vicinū, utriusque Regnis unitis, sub dominio Domini nostri Regis, consentaneum est, ut iure Castellæ utatur, saltem in vim doctrinæ, responsique prudentū.

34 Hoc ipsum † ratione, & auctoritatibus fulcitur, nā ut prædiximus lex quoties; ipso iure rerum donatarum dominium in donatarium transtulit; & interpretativè possessionem; secundū doctrinam Acursi; & in donatiobus,

quæ iure maioratus fiunt, omnes vocati in infinitum sunt primi donatarij, & quilibet donationem recipit immediatè ab ipso donante: & sic dixit Molina lib. 1. cap. 1. num. 17. cum Paul. Castren. Dec. Tiraquel. Roderic. Suar. multisque ex antiquioribus, † quod 35 sunt tot donationes, quot sunt personæ vocatæ, ac si unicuique eorum nominatim, atque specificè facta fuisset unaquæque donatio; & eius additionatores iungunt Ioan. Garcia, Mieres, Valenzuela, Gratian. Giurba, Salzedo, Paz, & multos alios; & iterum repetit Molina lib. 4. cap. final. num. 48. ibi: *Cum enim ex maioratu resultent tot donationes, quot personæ ad illum vocantur, unusquisque ex eisdem possessoribus censetur esse Regis donatarius, & donationem immediatè ab ipso Rege obtinere; pro ut optimè, ac ingeniosè probat ex pluribus Suarez.*

36 Ex quibus sequitur † quod cum de iure communi dominium, & possessio bonorum donatorum, ipso iure, in donatarium transferantur, & quilibet ex successoribus censetur primus donatarius, iustè, & rectè leges partitæ, & Tauri prædictam legem quoties interpretando, & doctrinam Acursi sequendo, dixerunt cum maiori claritate, possessionem cum dominio iunctam in donatarium, & successorem maioratus fuisse translata, ipso iure, ab instanti mortis possessoris: & hæc interpretatio legum Castellæ non fuit extensiva legis iuris cōmunis, sed cōprehensiva: † & quando casus habent 37 inter se unitatem rationis, non est extensio legis, sed compræhensio, ex elegantia doctrina Baldi in l. de quibus, ff. de legib. num. 35. qui hanc distinctionem sequendo dicit: † *Quando in lege fit mentio de uno, intelligitur exemplariter, & nō respectu rei; quæ sequitur D. Ioan. Franc. Ponte decis. 40. num. 30. cum plurimis ab eo relatis.*

38 Quod † enim accidit legibus partitæ, & Tauri, interpretando contentivè dictam legem quoties invenimus etiam hodie in lege finali, Cod. de edito

De vi. *Adriani tollendo* : ubi lex concessit remedium adipiscendę possessionis heredi scripto in testamento tantum, & postea Doctores interpretativę, & contentivę concedunt etiam idem remedium fideicommissario perpetuo, ut in lib. 2. discursu 5. superius probavimus, ubi latę hęc materia tractata fuit : & cum conditores illarum legū viri sapientissimi fuissent, eorum sententię, & opiniones, non minoris auctoritatis sunt, quam cęterorum Doctorum, qui prædictam leg. fm. ad fideicommissarium perpetuum extendunt.

40 Sed dices fortę, ꝑ Pegueram non de translatione possessionis sensisse, sed tantum de dominio in dict. decis. 125. num. 2. vers. *Ec cum prædicta*, ibi : *Ideò constat absq; aliqua vestitione quemlibet vocatum consequi dominium eodem instanti, ac momento, quo purificatur conditio, vel venit dies vocacionis ex propria persona, sublato de medio precedenti possessore*; quę verba sumpsit à Molin. lib. 1. cap. 1. num. 17. sed tibi multipliciter

41 respondeo. Primò, ꝑ quod quando loquutus fuit de dominio, idem intellexit de possessione : nam dominium, nõ potuit dicere, successorem consequi, ipso iure, eodem instanti, ac momento, quo successor decessit, virtute alicuius legis iuris communis, quod ius maioratum non cognovit; nec constitutionum Cathalonię, in quibus non invenitur tale statutum : & ita præcisę intellexit in vim legis 45. Tauri Castellę, quę transfert dominium, ac civilem, & naturalem possessionem : & ideò dixit : *Ideòque optima ratione à Regni successione, & natura ad dictas dignitates, quę iure maioratus deferuntur argueri licebit, ut da uno ad aliud validum sit*

42 argumentum, ita ut omnia, quę in Regno Statuta sunt, etiam in maioratibus, & di-
Eis regalibus dignitatibus locum habeant. Et si statutum translationis dominij accepit, dicas mihi quęso, quā ratione idem statutum in quantum ad possessionem non admittit. Nullam existimo

invenies differentię causam, sicut nec ego. Credo enim ad hanc expressiõnem non animadvertisse, cogitans in his verbis sufficienter omnia comprehendisse, & ideò dixit superius : *Quod existens, natura, successio, & institutio Maioratum Hispaniæ regulatur in omnibus, & per omnia, secundum existentiam naturam, constitutionem, & successiõnem Regni Hispaniarum.* Nam illa verba ꝑ In omnibus, & per omnia habent effectum, ut nihil omninò excludat Barbof. de claus. vsu frequent. claus. 67. num. 4. Magnamque efficaciam habet, & operatur, ut exæquata, vnam, & eandem habeant naturam (ut Peguera dixit) & nulla sit penitus differentia, num. 10. & idem dixit Fontan. decis. 294. num. 17. Et si ꝑ aliter sensisset, & solum dominium assereret transferri, nihil operaretur, quin possessio transferatur, ut eleganter dixit Acursius in leg. Pomponius 35. ff. Familie hereticus. verbo *Naturaliter* loquens de patre, qui filię fundum in dotem dedit, sic ait : *Antequam tamen in dotem det, naturaliter, & civiliter possidet : sicut enim est speciale, ut dominium transferatur in filiam : ita & possessio, alias enim nisi in casu isto dotis nec possessio transit.*

43 Ex omnibus huc usque dictis, ꝑ sic more Philosophorum argumentum in dari conficio. Per Pegueram, omnia quę statuta sunt in maioratu Regis Hispaniæ habent locum in maioratibus Cathalonię : sed in maioratu Regni Hispaniarum possessio civilis, ac naturalis honorum Regni, ipso iure sine ministerio hominis transeunt in Regem successorem ab instanti mortis Regis antecessoris, & in illis habet tenutam legis, vel statuti ministerio : ergo in maioratibus Cathalonię legis, vel statuti ministerio, ipso iure ab instanti mortis ultimi possessoris transfertur possessio civilis, & naturalis honorum maioratum, sine facto hominis, in legitimum successorem, & habet tenutam.

44 cum omnes maiora in fac

S. L

An tenuta competat apud Supremum Consilium in bonis maioratus, quæ sunt extra Regnum Castella, si prætensores sunt domiciliary illius Regni? Et an quoad bona sita extra Regnum transferatur possessio legis Taurinensis?

65 **H**anc quæstionem singularissimam movet Paz. de tenut. cap. 65. & per totum caput validissimè disputat, & primam partem affirmativè resolvit: & quod vera sit, & practicabilis in nostro casu, cum prætensores huius Cardonæ Maioratus domiciliary illius Regni sint, postea dicam, nam eius auctoritates multum vrgent: sed quidquid sit in illa parte; † ad secundam accedendo num. 30. sic ait: Deinde addo in hac primogenitorum materia multum interesse vbi primogenium institutum sit: regulariter enim successio defertur secundum iura, quæ vigeant in ea Provincia, vbi maioratus fuit institutus, etiam quoad bona extra Regnum existentia: & prolequitur in nu. 31. Si igitur is, qui disposuit, domiciliaryus erat huius Regni, cum & qui successionem prætendunt in eo degant, notissimum est, dispositionem trahi ad bona etiam extra territorium existentia. Ex quibus verbis sic argumentor; secundum doctrinam supra traditam istius Doctoris, Maioratum Cathalonix, ex consuetudine generali intelligendum est, fundatum esse secundum existentiam, constitutionem, & naturam maioratus Regni Hispaniarum, in omnibus, & per omnia; & omnia, quæ in Regno statuta sunt, in maioratibus Cathalonix locum habent: taliter quod verè possumus dicere, institutores, ac illorum fundatores esse domiciliaryos Regnorum Hispaniarum, cum omnes maioratus in hac

parte pariformiter regulentur cum Regno, quod omnium maioratum Hispanix caput est, à quo tanquam à vero capite omnia alia primogenia descendunt: ergo maioratus Cathalonix in quantum ad essentiam, & naturam, & modum succedendi, regulandi, & deferendi sunt, secundum statuta Regni, quæ videntur in Cathalonix, ac si fundatores domiciliaryi Castellæ fuissent, cum in hac parte omnia Regna, & Provincie vnam Monarchiam, communitatemque unitam faciant; & intelligitur fundatores voluisse, se conformare cum omnibus statutis Regni maioratus: & consequenter etiam velle in illis habere remedium summarissimum possessorium tenuræ, quæ Regi competit, non solum in bonis in hoc Principatu constitutis; sed etiam in alijs extra Provinciam existentibus, præcipue cum in Regnis Hispanix degant, qui successionem prætendunt.

Hoc inquam mirificè comprobatur † doctrina Fontan. de pact. tom 2. 47. claus. 7. glos. 3. part. 4. r. 32. & 34. qui movet quæstionem: an tenura, quæ competit viduæ, in vim constitutionis Flac nostræ in bonis viri, intelligatur, tam de sitis extra Cathaloniam, vbi non viget constitutio, quam de sitis intracam, vbi viget, & vbi maritus habebat domicilium, ibi: Responde bre viter quod sic, quia in exactione dotis intradum est semper debere attendi leges, quæ videntur in domicilio mariti, non quæ in loco vbi bona sita sunt. Ergo simili modo ad tenuram legis 45. Tauri, debent attendi leges, quæ videntur in domicilio prætensores Maioratus, non quæ in loco vbi bona sita sunt.

Probatur ulterius, † nam qui petit immisionem possessionis remedio l. fin. 48. Cod. de edict. Div. Adrian. tollend. si inveniatu contradictor, & citatus comparuerit coram Iudice, & causa decisa, iusserit mitti in possessionem bonorum, non solum mittendus est in possessionem bonorum in suo territorio,

& Regno existentium; sed etiam in alijs Regnis, & Provincijs, suæ iurisdictioni non subiectis; vt Senatus Neapolitanus in terminis decrevit, vt testatur Carol. de Tapia *decif. 33. per totam præcipue num. 6. vers. Et sic.* † Ergo si ⁴⁹ Matrini vbi inueniebantur aëtrix, & rea, fuisset intentatum remedium *dict. leg. fin. vel legis 45. Tauri*, & comparat. fer rea, licet opponeret, bona extra Regnum Castellæ existere, & ita Consilium Supremū illius Regni cognoscere non posse, nec esse competentem Iudicem; sed potius hæc cognitio ad Senatum Cathalonix pertinere, vbi situs est Status, illiusque bona, (vt in specie sic fuit oppositum in Consilio Neapolitano, & nihil profuit) posset ibi iudicari, iuberique in possessionem mitti bonorum, & Statuum non solum in Castilla existentium, sed etiam in Cathalonia, cæterisque Regnis; vt Paz suprâ tenuit, & Fontanella. Vti fuit factum in lite inter Marchionem de Orani, & Ducem de Pastrana, & Ducem de Cæsar, cum Marchione del Poço, super Baronijs de Martorell, & Molins de Rey, alijsque locis: & lis in Regno Castellæ fuit contestata, & decisa, vt refert D. D. Franc. Salgado de *supplicatione ad Sanctissimum part. 2. cap. 5. §. 3. à num. 26. ad 29.*

⁵⁰ Aliud exemplar † affert Xammar de *officio Iudicis, & Advocati part. 1. quæst. 4. num. 24. & definitione 101. pag. 393.* quod ita accidit. Domna Mencia de Zuñiga, & Recalens Comitissa de Benavente Domina dictarum Baroniarum à mortalibus recessit, relictis filijs primi, & secūdi matrimonij Marchione de los Velez, & Marchione del Villar; qui tanquam heredes Comitissæ matris suæ, & Domicilarij Castellæ in Pinciana Cancellaria litem cæperunt, super dictis Baronijs de Martorell, & de Molins de Rey in hoc Principatu sitis. Vbi causa fuit decisa, & lite pendente, Consilium huius Principatus sequestrum apposuit in dictis Baronijs, donec per Iudicē com-

petentem fuisset ius dictum: & videtur qui fuit in dicta Vallisoletana Cancellaria, literis executorialibus subsidiarijs expeditis, fuit missus in possessionem dictarum Baroniarum mandato huius Regij Senatus, cum summaria cognitione causæ, modo, & forma à Xammar relata indefinitio. 101. sequenti.

Executio sententia in Regno Castella, vel alio extra Cathaloniam lata, si vigore literarum executorialium, & requisitoriarum ad Regium Senatum Principatus Cathalonix transmissarum in ea fieri petatur: fit per eundem Senatum parte citata, & præmissa summaria cognitione causæ, an executioni locus sit.

Orta quæstione inter Marchionem de los Velez, & Marchionem del Villar filios Comitum de Benavente super possessione Baroniarum de Martorell, & Castri veteris de Rosanes in Cathalonia capienda cū ambo Marchiones magno armorum apparatu, & multis satellitibus sociatis ad possessionem adipiscendam properarent, Regium nostrum Consilium 29. Novemb. 1610. ad vitanda scandala immimentia hasce Baronias sub Regio sequestro apposuit donec per competentem Iudicem ius dictum fuisset. Postea vero anno 1622. Marchio de los Velez, in cuius favore in Consistorio Villisoleti fuit lata sententia, supplicavit præfato Regio Consilio Criminali, cum sola ostensione facta processus, & literarum executorialium, & requisitoriarum à Regno Castella emanatarum, vt sequestrum tolleret, cui contradicium fuit pro parte Marchionis del Villar supplici petitione oblata asserendo sequestrum forma prædicta minimè tolli posse, sed esse porrigendam alicui ex Presidentibus Regij Senatus supplicationem, cū toto processu, & partem citandam esse, vt si vellet contradiceret, tandem 13. Aprilis 1622. Consilium Criminale, interueniente Fisci Regij Advocato, & Marchione de los Velez adherente de libera vit, & conclusit non fore sequestrum forma per Marchionem de los Velez petita tollendum, sed litteras executoriales prælibatas, alicui ex Presidentibus præsentandas esse, & citata

parte summarie esse cognoscendum in Regia Audientia Civili, an instata executio locum haberet, & facta in Consilio Civili declaratione, tunc per criminale Consilium venire sequestrum tollendum. Fuit hæc resolutio habita, intervenientibus Nobili Michaele Sala Regente Regiam Cancellariam a vinculo meo, Francisco Ferruz Fisci Regij Patrono socero meo, Michaele Rollan Relatore, Ioanne Magarola, & Ludovico Besturi Regijs Senatoribus declarando executionem Regie sententia in Regno Castellæ vel alio extra Cathaloniam lata non posse decerni in Regio Consilio huius Principatus vigore litterarum executorialium, requisitoriarum emissarum ab aliqua exteriorum illorum Regnorum Cancellaria ad solam ostensionem procedimentorum, in quibus de sententia, & de Provisione Decreti executionis apparet sed modo, & forma ante dictis fiendam esse.

51 Notissimum est † Ducatum Sugurbi in Valentia Regno esse constitutum, & in eius Regio Consilio ceptum fuisse iudicium tenetæ inter Ducissam de Medina, eiusque patrum D.D. Petrum de Aragon: nec videtur esse dubitandum, dictum Valentia Consiliū saltem primam instantiam in illa causa habuisse; & nihilominus quia litigatores in Castella degebant, Supremum Aragonum Consilium causam evocavit, vbi fuit decissa: vt constat ex Regia sententia lata 26. Iunij anni 1675. referente D. Ludovico de Exea: vbi fuit dictum: Tandem placuit causam predicti Status, cum omnibus suis articulis ad nostrum S.S. Regium Aragonum Consilium evocari: tanquam in prima instantia ibidem tractandam, instruendam, & decidendam. Et iuxta earundem desiderium fuerunt literæ expeditæ sub die vigesimo septimo Septembris, anni millesimi sexcentissimi septuagesimi tertij, quarum virtute processibus transmissis, &c. In quibus verbis est observandum, quod dicitur, ibidem in prima instantia causam esse tractandam, instruendam, & decidendam: & cum Status esset situs in Regno Valentia, cuius forus sequi vide-

batur ratione rei sitæ: nihilominus fuit declaratum, Consilio Aragonum cognitionem pertinere; fortè quia Matriti litigatores degebant; & idè ibi terminandam fore propter doctrinam Pazis *supra* num. 51. Et ex hac vnica causa cognitionem processisse, videbatur; sed re attentè considerata, inveni forum 16. Regni Valentia Curiar. ann. 1604. & Decretum cap. 9. Curia anno 1626. in quibus est constitutum, quod omnes causæ, in quibus de fideicommissio successivo tractatur, sint reservatæ Consilio Supremo Aragonum, & non possint tractari in Consilio Valentino; & si in illo introducantur, nullius momenti iudicium erit per forum. 3. in principi quib. non noc. res iudica. vt tenet Celsi obserb. 6. num. 132. & Matth. de regim. Regni Valent. cap. 12. §. 3. num. 36. & sequent. Ex quibus cognovi, non ab illa causa cognitionem processisse, sed ab hac reservatione fori.

Sed objicies † Constitutionem Cathalonie, quæ est 14. & incipit Clarificane tit. de iurisdic. omnium iudicium lib. 1. quæ disponit extra Principatum causas civiles, & criminales evocari non posse: Cui respondeo, quod difficilius evocatur causa in vno iudicio incepta, quæ iuxta regulas iuris, ibi est finienda; quam incipere illam in foro vbi litigatores sunt domiciliati: in quo iuxta superius dicta hæc causa incipi potuit sine præiudicio Tribunalis illius Provincie, vbi bona sunt sita; & nihilominus ex iusta causa sua Maiestas, Supremumque suum Consiliū illam evocare potest, † vt accidit 53 in Regno Neapoli, refert Tapia *ibi supra* decis. 1. alterius volu. ex nu. 9. ad 31. non obstantibus Constitutionibus, & Privilegijs Regnorum Neapolis, & Siciliae, ne causæ ad Supremum Italiae Consilium evocari valeant; propter rationes, & fundamenta legalia ab ipso adducta: præcipuè ex Suprema Regalia Catholicæ Maiestatis, quæ tanquam præciosior gemma suæ Coronæ ab illa abdicari non potest, & nu. 38. sic

sic ait: *Horum omnium specialissima ratio est: quia licet Princeps possit Regalia concedere; non tamen potest à se abdicare in totum administrationem iurisdictionis suae Potestatis Regiae, etiam quo ad aliquem locum, vel personam Regni: ut tradit A vendano de exequend. mandat. lib. 1. cap. 5. n. 2. Quia sic subverteret Maiestatem Imperij, quod Principi non licet, Bald. in cap. licet num. 71. de probation. Et eximeret subditum à sua obedientia, quod iure fieri non licet, cap. non licet de prescriptionibus. Esset enim quadam implicatio iurisdictionis: scilicet quia esset subditus, & non subditus, quod nullo modo potest. l. iudicatum, ff. de executione rei iudicata, & in specie Oldradus conf. 132. num. 2. Jason in tract. feud. p. 2. num. 2. vol. 13. tract. Nec videtur à se abrogare supremam potestatem, per quamcumque concessionem: ut tradit D. Regens de Parte de potestate Præregis tit. 3. de electi. Officialium, §. 1. num. 24. ad quod facit, quæ tradit eleganter Cavedo decis. 40. in 2. part.*

34 Hæc † in quam tradunt isti DD. sed non intendo materiam evocationis causarum disputare, nec asserere Regem nostrum, eiusque Supremum Aragonum Consilium habere in Cathalonia hoc ius; sed tantum hæc exemplaria refero, ut in DD. invenio scripta, ad probandam conclusionem, de qua supra, hoc est, tenentam legis 45. Tauri, posse intentari apud Supremum Regium Consilium Castellæ in bonis maioratus, quæ sunt extra Regnum Castellæ, si prætensores sunt domicilij illius Regni. Et quod in bonis maioratus siti extra illum Regnum transferatur possessio legis Taurinensis: ut Paz supra ex num. 43. dixit; & etiam potuit fundari in alia doctrina Carleval. de iudic. ro. 1. disp. 2. num. in quo dixit, ubi quis plures foros domicilij, & rei sitæ habet, actor eligere potest, in quo loco velit reum convenire: quæ cõclusiones omnibus Regnis, & Provinciis reciproca sunt, ut tenet Fontanella in casu, quem proposuit supra num. 43. Et posset dubitari, quod si hæc lis Status

Cardonæ in initio cepta fuisset in Supremo Regio Castellæ Consilio, ibique tenuta esset petita, & obtenta, & litteræ subsidiariæ executoriales fuissent expeditæ, quod hoc Cathaloniam Consilium eas reciperet, observarique iuberet, ut accidit in exemplaribus Baroniarum de Martorell, & Molins de Rey, de quibus supra n. 49. & 50.

Sed adhuc viget gravissima difficultas ex his quæ dixit Don Christophorus Crespi in observat. decis. 15. ex num. 288. usque in finem decisionis, ubi refert exemplar, quod accidit die 1. mensis Aprilis 1632. in causa super eisdem Baronijs de Martorell, & fuit petita tenuta illarum in Supremo Regio Consilio Castellæ, & à parte fuit apposita exceptio in competentia iurisdictionis, quia erant sitæ in Principatu Cathaloniam, ubi lis agi debebat; & nihilominus fuit repulsa dicta exceptio, & iussum, ut directè partes responderent. At autem pars adversa, & Fiscalis Regij Patrimonij Consilij Aragonum formarunt competentiam in Generali Congregatione, in qua fuit decisum, & declaratum, cognitionem dictæ causæ pertinere Consilio Aragonum, & alijs Tribunalibus, & Iudicijs Coronarum Aragoniam, qui de lite possint, & deberent cognoscere: quo exemplare, alijsque duobus ab ipso relatis videtur, nullo modo in Consilio Regni Castellæ posse cognosci de his Baronijs, nec de cæteris Statibus in Cathalonia existentibus.

Pro parte affirmativa, scilicet posse cognosci, ipse Crespi retulit doctrinam Ripoll num. 312. qui dixit, ibi: *Et his retro elapsis annis experientia comprobatum fuit: nam licet Baronia de Martorell, Molins de Rey, & Locorum, adiacentium sint sita intra presentem Cathaloniam Principatum; tamen quia caput maioratus erat in Regno Castellæ, ubi fuit lis contestata, & decisa. Cui authoritati pluribus medijs respondere intendit. Primo, illud sustineri ex placito partium consensu, non ex iurisdictione. Sed*

huic responso obstat decisio Xammar supra relata, in qua constat, nō ex placito partium id accidere; nam potius Marchio del Villar in hoc Senatu Cathaloniz contradixit, ne sequestrum tolleretur. Secundò, dixit factū fuisse absque ministrorum, cuius Curæ esse poterat, notitia: Imò, & absque partis contradictione in Cathalonia; vel in eo casu, partibus conventis perinde ac si in arbitros cōpromissum firmassent, & potuisset videri, quod pacto magis, quam iure fiebat, & ideo nihil prejudicare: quæ responsio non satisfacit, nam Ministri duarum Aularū Criminalis, & civilis notitiam habuerunt, & cognitionem summariam, parte citata, quæ contradixit: nec fuit in arbitros compromissum: vt omne ex dicta decisione constat.

Uterius ipse Crespi *num.* 279. dixit: existimare non posse in præiudicium domini, vel iurisdictionis illius prorogari, nec consentire, quo ad ea bona immobilia, in Iudicem alterius Regni; & iterum dixit *nu.* 280. in fine, doctrinam Carleua. supra relata, in qua dixit, quod est electio actoris, quod possit convenire reum, vel in loco domicilij, vel in loco rei sitæ: nullo modo intelligi de Iudice, sive domino iurisdictionis, quo ad bona immobilia, in suo territorio sita; sed de actione personali, inter dictos litigantes, atque ita ius domini, quo ad iurisdictionem bonorum immobilium, semper manere illæsum: Et ita ex hac doctrina non potuerunt partes iurisdictionem prorogare Iudicibus Castellæ. Præsertim, nam ex dicta decisione Xammar constat litteras executoriales Regiz Cancellariæ Vallisoleti, & requisitorias fuisse in Consilio Cathaloniz productas, in quibus cōstitit Regios Senatores Castellæ iurisdictionaliter processisse: nam in litteris executorialibus essentialiter, vt moris est, veniunt insertæ duæ sententię primæ, & secundæ instantiæ supplicationis, quibus sua iurisdictionis manifestè fuit pate-

facta: & ita nihil profunt responsiones à Crespi datæ, & ferè divinatoriæ videntur: qui *num.* 213. in fine ad illas fundandas asserit, conventionem intervenisse inter partes, vt ipsi fuit relatum, quod non ita accidit, vt supra dixi.

Ceterum dictus Crespi non vidit dictam decisionem Xammar, quæ accidit anno 1622. & alter casus, quem refert, accidit anno 1632. & sic duæ fuerunt lites diversæ, inter diversas partes, & diversis medijs defensaræ. Quidquid autem in hac ambigua questione possum dicere, divinatorum videtur: & ideo tu cogita, quando casus acciderit, quia difficilis est: cum non possint videri processus, nec rationes iuridicæ comprehendere. Visis verò exemplaribus, quæ refert Crespi, in Regio Consilio competentiarum victis, mutare consilium tutius videtur; quia veram iurisprudenciam quero; sed nihil resolvo, cum anceps adhuc existam.

§. II.

*AN REX, EIVSQVE
Regium Consilium Aragonum
possint cognoscere per viam violentiæ
suis vassallis facta, in causis
pendentibus in Consilio Principatus
Cathaloniz, absque contra-
fatione Constitutionum,
& Privilegiorum
Principatus?*

Sed cum plurima mala † in hac causa videam, nihilque tot remedia possessoria implorata prodesse, vt cum illis saltem vnam horam ducarē potuiffem, etiam si agentes, & Procuratores illam, in ea pertractanda, non perdidissent, incessabiliter omnes contra cavillationes, ac dilationes propugnantes: nihil operantibus plurimis epistolis à Rege nostro Catholi-

eo ad Proreges missis, ut hæc causa celeriter expediretur, exclusis omnibus dilationibus, & diffugijs: vltimæque expedita, ut saltem tribus diebus in vnaquaque hebdomada præcisè, alia non interveniente, de illius expeditione ageret Consilium; cui à Prorege fuit intimata, & in Cancellaria registrata, ut oblivisci non posset. Et dicto Consilio sua Maiestas protesta- vit, quod si hæc adimplere neglexerit, alijs efficacioribus remedijs providebit. Sed pro dolor! nullum fructum percipimus ex tã liberali Regiæ protectionis auxilio, nam post octo menses causa in eodem Statu invenitur, & iam violenti spolijs novem annorum curricula sunt expleta. Testor equidè integerrimos Senatores exitum causæ desiderare; sed innumerabilia partium diffugia quotidie magis, ac magis impediunt, ut nedum intra terminũ brevissimum à Constitutionibus assignatum, sed nec à sua Maiestate constitutum ius dicere valeant.

56 Hæc omnimoda culpa † Advocatorum adversantium videtur accidere, nullãque iudicibus esse tribuendã; sed salva R. Consilij pace, verba Imperatoris Iustiniani referam in l. *properandum*, Cod. de iudic. (quam retuli lib. I. disc. 4. num. 120.) qui illam iudicibus tribuit, ibi: *Properandum nobis visum est, ne lites fiant penè immortales, & vite hominũ modum excedant.* Et in fine: *Hoc etenim iudicialis magis esse potestatis, nemò est qui ignoret: nam si ipsi noluerint: nullus tam audax invenitur, qui possit in vito Iudice litem propalare, & ibi glosa verbo: Hoc etenim, ait, extendatur, vel non: & verbo Iudicialis, dixit, bene dico Iudicialis non dico litigatoris, &c.* Itaque clarè non litigatori, sed Iudici infert; non equidem auderem talia verba proferre, nisi Imperatoris fuissent.

57 Ut experior hoc ex eo provenit, quod in Cathalonia Senatores in Advocatos, non tantam potestatem sicut in Castella habeant, vbi lites propalantibus, alijsque cavilationibus, &

subterfugijs à iure alienis vtuntur, quotidie multæ pecuniarie imponuntur, & aliquando suspenduntur à munere advocacionis, & idè ab illis recedunt iuxta illud Ovidij, *recesserunt mali formidine pena*, & non me latec etiam in Cathalonia hoc posse fieri, ut tenet Verart de *visitat. cap. 5. num. 124. Verl. Quinquagesimaprima*, & conducit Xammar de *offic. iudic. part. 1. quest. 9. nu. 252.* sed non practicatur.

Cum ergo † hæc omnia in mentem 58 revolverem, considerans violentum huius Ducatus detentatorem, qui ex primis Dignitatibus Hispaniæ in magnitudine, prærogativis, ac divitijs merito est æstimatus; & non est potestas, quæ illum ejiciat, eiusque legitimo domino ac successori restituat: in cuius lite appellatio ad Regem non admittitur, nec causæ evocatio, ob privilegia memorata *suprà num. 52.* diigentèr quæsi, an aliquo remedio, hæc infirmitas incurabilis posset mederi, absque privilegiorum, & constitutionum Principatus præiudicio: & sic meum discursum conficio. Ne novitas illius tibi displiceat: nam novis morbis nova convenit antidota præparari, cap. *ceterum de iuramen. calum. Thesaur. decis. 239. à num. 11.*

Tutissimum ac certissimum est, Prin- 59 cipem temporalem supremum in Temporalibus teneri ad protectionem vi oppressorum vassallorum, tam secularium, quam Clericorum, ut latè probat D. Salgad. de *Regi. protect. p. 1. c. 1. prelud. 2. n. 57.* Oliva Cathalanus de *inve. fisci. cap. 3 n. 31. & 35.* † Et Princeps 60 supremus Iudex conservator dicitur, ad tollendas violentias, & iniurias notorias suorum vassallorũ, ut tenet eleganter Cardin Tusc. in *tract. de visitat. cap. 31. num. 5.* ibi: *Rex est Iudex conservator suorum vassallorum, ut nemini iniuria fiat, & ne alijs iniuria inferatur.* (Conservatoris enim officium, est violentias, & iniurias notorias tollere, & reprimere) ut latè cumulat D. Salgad. *vbi proxime num. 77.* Et in tantũ hoc est verum,

vt pro suo munere teneatur illos protegere adhuc à violentijs Iudicium Ecclesiasticorum de Iure naturali, diuino, Canonico, ac positivo, vt probat ex num. 79. & ita observatur in omnibus Regnis, ibi ex num. 159. & expressè in Cathalonia num. 167.

61 Finis enim, & obiectum, † quo Reges, & Regna instituta fuere, est vt regnent nempe, Regnumque in pace, iusticia, & tranquillitate conservet, & tueantur. Idem D. Salgad. de supplicat. ad Sanctis. 1. part. cap. 1. nu. 93. Et 1. part. cap. 5. num. 19. ibi: Quid enim diuitia Regis, & thesaura prosunt, auroque abundare; si populus eius miserè infirmetur, oppressio- nibus sic lacescit, & languidus? † Et hic recurrit ad Regem est charitativum subsidium, privilegiatum, & favorabile, quo agitur de liberando vi oppressos à manu calumniantium, vt ponderat ipse de Regia protect. 1. p. cap. 3. num. 203. Oliba vbi supra.

63 Loquens igitur † iste Doctissimus Magister de hoc ad Principem recurrit, vt ne illi gloria detrahatur, in præ- ludio 5 num. 193. sic eleganter dixit, (& ego illius verba repeto, cum ad meum institutum nata sint) *Materia huius præludij cardo est, sed potius columna fortissima super qua totum huius recursus, pondus, onus, virtus, essentia requiescunt, estque totius contradictionis insidiarum, seu argumentorum fortissimus murus, constans propugnaculum, in penetrabile, & valida resistentia, quaque omnibus penitus satisfiat ad versarij oppositionibus, in quo pariter omnes de iustificatione huius regalis recursus transectantes obiter, & nimis genericè attingunt, est etenim omnium Doctorum, quorū nomenclaturam supra ad principium huius capitis num. 16. & aliorum in discursu citauimus, concors, & receptissima sententia, † vt scilicet in hac cognitione per viā violentiæ impartiatur defensio vi oppressis, extraiudicialiter, celerimè, & absque iurisdictione, nihil ulterius probantes, nec fundantes (pro vt essentialiter requiritur) verificantes à propugnatoribus hoc fundamentum evacuari queat, indèque totum*

adificium labatur.

Cum igitur Excellentissima Domina Ducissa de Medina notoriā vim patiatur, a suis Statibus spoliata per tot annos, & nullum suffragium inuenit in Consilio, quin potius eius oppressorem iudicialiter protegerit, illique manutentionem concesserit, vt sic manibus plenis se contra legitimum successorem tueatur, diuitijs Status fuendo; hunc recursum, per viam violentiæ ad Regem Maiestatem, cuiusque Regium Supremum Aragonum Consilium recurrendo poterit implorare, vt vim repellat, ac propulset, & oppressum subleuet, vt ei charitativè cognitione extraiudicialiter, celerimè suum Statum restituat, tollendoque hanc vim notoriā, iubeat in illius possessionem mitti, vel sequestrari, excluso detentatore.

66 Sed dices, † quomodo hoc fieri poterit? Cum iuxta Constitutiones, & privilegia Cathalonix non possit sua Maiestas, eiusque Senatus cognoscere de hac causa per viam appellationis, seu evocationis; aliàs violaretur immunitas Cathalana: cui obiectiōni respondeo cum ipso D. Salgad. dict. part. 1. cap. 1. prælud. 5 ex num. 144. & sequentibus, quod non se intromittet, de hac oppressione iurisdictionaliter, & in modo ordinariæ iurisdictionis cognoscendo, nec vt causā definiat, etiā si ad se non pertineat; sed per modum extraordinariæ defensionis, vt vim repellat, propulset, & oppressum subleuet: vt facit cum Romano Summo Pontifice, & Ecclesiasticis Iudicibus, licet sit incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ, vt reducat causam ad viam iustitiæ, & tramites legitimos.

67 Et si cognitio contentiosa † concessa huic Principatui prohibita est Regi, & eius Regio Senatui; nō verò charitativa, & extraiudicialis: nam hæc Regia potestas, cautio, & provisio contra violentiā, & oppressiōem istius iniusti detentatoris, non iurisdictionem impedit Cathalaunicā, nō usurpat, nihil

hij de causa definit, non cognoscit, sed pro quiete subditorum, pro tranquillo statu Provinciae, pro equitate retinenda, pro iniuria, & oppressione reprimenda interponitur: & sicut cum summa reverentia Ecclesiae debita, cum maturitate, & monitione permilla, & magis monendo, quam corrigendo exercet; sic similiter cum pietate, ac charitate paternali, nulla alia proinde citatione facta, cum sibi constet de notoria violentia per facti notorium, non per cognitionalem indagacionem, mandet per suum Proregem, Senatūque Cathaloniae assistentiam Ducissae conferri, cum moderamine inculpatae tutelae, per hanc cognitionem extrajudiciali: absque eo, quod Regius Senatus Aragonum se possit intromittere in terminis causae principalis; sed per viam protectionis extrajudicialis, & oeconomicae potestatis.

68 Nec dicetur, quod Senatum in hac cognitione violentiae iurisdictionem habere, directe, nec indirecte, principaliter, nec accessorie; nec cognoscit tanquam iudex appellationis, & habens iurisdictionem de iustitia appellationis, ad neminem deferendae, ad hoc ut ab ipso sententia confirmetur, aut revocetur; quia in eo casu forte diceretur, immunitatem Cathalanam violari; quia nec immunitas Ecclesiastica Ecclesiae violatur; sed solum per modum praedictum, recurritur ad ipsum, ut extraordinarie, & extrajudicialiter, huic oppressae succurratur: & ad finem ut tollatur vis illa, quae a detentatore fit, nullo remedio a suo Consilio Cathalano adhibito.

69 Et ut id faciat, Senatus Regius Aragonum extrajudicialem cognitionem habet in ipso Senatu, ubi institutio huius maioratus invenitur, quae est iuncta cum maioratu Ducatus Sugurbi in causa, quae ibi ab ipso fuit decisa, sua Regali sententia, (quae infra in fine huius discursus invenietur) simul cum cognitione primogeniturae huius Excellentissimae D. Ducissae. Et

ideò haec cognitio per viam violentiae merito damnosa non reputabitur privilegij Cathalonie, sicut nec Ecclesiae libertati, sed imò illi valde utilis, & in totum favorabilis, vergit in eius summam utilitatem, eiusque respicit favorem, ut late fundat D. Salgad. dict. prelude. 5. num. 240. & 241. f. & quamvis sua Maiestas cognitione egeat, ad tollendam vim Ecclesiasticam, & praestandam tutelam; nihilominus iurisdictione non eget, nec requiritur, ut probavit idem Salgad. de Regia protect. 1. part. cap. 1. per tot. & praecipue prelude. 5. a num. 194. & de supplicatione ad Sanctissimum 1. part. cap. 1. num. 142. sed hoc accidere non potest cum suis vassallis; nam non tam amplam potestatem Iudicibus Cathalonie contulit, quam sibi maiorem non conservet, ut dixit D. Salgad. de supplicat. ad Sanctissimum 2. part. cap. 33. num. 32. ibi: Rex etenim non tam amplam facultatem suo Senatu, & Magistratibus concedit; quin sibi maiorem reservaverit potestatem, & pluribus Doctoribus confirmat, & n. 33. infert, quod ex potestate remanet, & perseverante in Rege provenit suppressio, & abdicatio, seu diminutio facultatis, & exercitij à suis Magistratibus, etiam si hanc diminutionem intenderet, quod abest, & adeò hoc est firmiter verum, quod Oliba de iure fisco. dict. cap. 3. n. 40. loquens de hac Regalia dixit: Adeò vero haec Regalia infixa est corona Principis, ut non possit Princeps eam a se abdicare, nisi renunciaret Sedi Regiae. Et n. 46. ibi: Non solum autem Dominus Rex defendit oppressos ad parvas oppressae instantiam, & petitionem sed ex officio. Et n. 47. dixit: Procedere extrajudicialiter, & in forma defensionis naturalis, vim, quae oppressis inferatur, propulsando.

Si ergo cognitio per viam violentiae Domino Regi nostro Catholico conceditur, à nemineque negari potest, ut suos vassallos à violentia, & oppressione Iudicum Ecclesiasticorum sublevet, illamque tollat extrajudicialiter modo relato: quis poterit istam

istam cognitionem, seu recursum negare; vt violentiam notoriã inter suos vassallos reprimat, & rejiciat, & vnicuique quod suum est conferat?

74 Huic † valdè congruit quod dixit Crespi *decis. 1. num. 51.* quod id, quod dicitur, vt foris neque à Principe detrahere, vel eorum dispositiones corrigere, vel mutare, etiam ex causa publicè vtilitatis, nisi accedente Regni consensu, idest in Curijs: cum temperamento intelligendum est, vt locum habeat regularitèr, & generalitèr: nã Princeps non poterit ex causa publicè vtilitatis eos r evocare perpetuò; poterit tamen adtempus suspendere, si publicã vtilitas, & necessitas, debitãque iustitię administratio postulaverit. Et idem dixit Cancerius *var. resol. lib. 3. cap. 3. num. 51.* & licet in numeris sequentibus disputet, quando dicatur publica vtilitas, vel necessitas, & dixerit *num. 59.* quod sufficit assertio veri similis: *num. 64.* tenuit, quod si aliud probationis genus requireretur, & causa cognita, atque citata parte casum advenisse extreme necessitatis desideraretur; omninò vtendi œconomica, & politica potestate Principi auferetur, quæ illi competit. Sed in nostro casu de hac vtilitate publica non est dubitandum: cum suprã satis ostensum sit, bono publico expedire, maioratum Hispaniæ conservationem, & licet in aliquo Princeps Constitutiones Cathalonix transgressisset non posset dici contrafecisse, eas revocando perpetuò, sed in hoc casu suspendendo, vt dixit Crespi. Huius discursus effectum fortè invenies infra *discurs. 6.*

75 Nunc ergo ad locum, † vnde egressi sumus, *legis 45. Tauri*, revertamur, & iterum objicies, quod quidquid sit in puncto iuris hæc doctrina est subtilis, singularis, & in Cathalonia novissima, cuius exemplar non potest inveniri, & sine illo raro, aut nunquam in Senatu recipitur.

76 Cui respondeo, † cum *Fontan. de*

pactis claus. 7. glos. 13. part. 10. ex num. 13. qui refert, in Cathalonia vique ad suum tempus remedium summarissimum, quod *interim* vocatur, non fuisse cognitum, ipsumquè primum inventorem illius fuisse, discens à sapientissimo D. Didaco de Covarrubias, illudque in Senatum deduxisse magno tremore; nam omnes Advocati, & Senatores illum illudebant, & deridebãt, quia rem tam novam in iudicium deduxerat, & dicebant contra Constitutiones Principatus esse; & nihilominus iustitia fretus, in suo remedio permansit, & tandè in causa obtinuit, & tam frequens est, & communiter receptum in tota Cathalonia, quòd iam fetet. Idem refert sibi contigisse in sua *decis. 544. num. 15.* in retentione bonorũ pupilli tutori competenti pro creditis tutelaribus: doctrinam sumens ex decisionibus Rotæ, & ipse fuit primus, qui hoc remedium in Cathalonia introduxit, & iam est valdè frequens. Et idem refert in Rota contigisse *Posth. de manuten. obser. var. 2. num. 46.* quibus exemplis, & ego confido, quòd licet hoc remedium à me novissimè excogitatum, meque aliqui derideant, veniet tempus, quo alius magis subtilis, & ingeniosus illud extollet, quia facile est inventis addere; & aliquando Senatus recipiat; cum nihil contra suas Constitutiones contineat, valdèque subditis vtile sit: & debeat, deficientibus Constitutionibus, iuxta ius cõmune, & sententias Doctorum iudicare. Et quilibet Advocatus in successione maioratus poterit hoc remediũ *retinẽda* implorare, simulque cum eo *addiscenda legis finalis, Cod. de edict. Di. v. Adria. tollen.* de quo suprã *lib. 2. discurs. 5.* omni meliori modo, quibus securã habebit victoriam, in iudicio summarissimo possessorio obtentam.

Et ne videatur † omninò à suo stylo esse alienum, referam exemplar, quod inveni, valdè consonum meæ doctrinæ; & fuit in Maioratu Ducatus Cardonæ in Curia huius Civitatis. 77

Not.

Not. & Tabellione Malon. die 24. Iunii
1575. vbi constat Ducissam Cardonæ
Domnam Ioannam per mortem Du-
cis D. Francisci fratris sui, tanquam
primogenitam, libellum cum scriptu-
ris originalibus maioratus in Curia
produxisse, petijssèque possessionem
realem, & actualem bonorum maio-
ratus breviter, summarie, & executivè
his verbis concludendo: *Pro videndo,*
quod mittatur in veram, realem, & actua-
lem possessionem predictorum omnium bo-
norum cum iurium plenitudine, offerens pro
his legitimam informationem, & exhibens
clausulam dictorum capitulorum matrimo-
nialium, in quibus maioratus fuit institu-
tus, &c. Et cum legitimata esset perso-
na dictæ Ducissæ, cum qualitatibus à
iure, & fundatione requisitis, breviter,
& summarie, vigesima prima die Iulij
eiusdem anni iussum fuit, illam in pos-
sessionem mitti his verbis: *Ad iudi-*
cat in vim dicti vinculi cum iurium plenitu-
dine, hoc premissis, ut mittatur in veram, rea-
lem, & actualem possessionem eorum omnium
pariter cum iurium plenitudine, &c. Et hæc
forma, & practica, quæ fuit servata,
substantialiter, est eadem, quæ serva-
tur in Supremo Regali Consilio Reg-
norum Castellæ in observantiam legis
45. Tauri, ut docet Paz de tenuta cap. 24.
78 † In qua practica Cathalonix est ani-
madvertendum, quod cum inter DD.
fit disputatum, an possessio, quam lex
Tauri transfert in successorem sit ve-
ra, vel ficta; quasi in sequendo opi-
nionem illorum, qui dixerunt esse fictam,
ideo petitio, & Provisio supra relatæ
dixerunt: *quod mittatur in veram, rea-*
lem, & actualem possessionem; quia iam
civilis, ac naturalis possessio fuisset in
successorem translata, ut in Castella
fit, & practicatur. Et si in hoc iudicio
summarissimo possessorio tenutz ali-
quis contradictor legitimus extiterit,
tunc causa exagitata, terminabitur,
ut deciditur iudicium summarissimū
tenutz Constitutionum *Hacnostra, &*
finali, titulo disolte lo matrimoni, huius
Principatus, ut similiter in Castella fit,

Nunc autem † incidenter alia que- 79
stio exagitanda venit: an scilicet pos-
sessio civilis, & naturalis que legis mi-
nisterio, ex ultimo possessoris maiora-
tus defuncto, in successore transfertur,
& ex Constitutione *Hacnostra, & final*
huius Principatus, vera, atque propria
possessio sit: an vero ficta, & impropria
Et videtur impossibile esse hanc pos-
sionem, que absque apprehensione
legis [dis]positione transfertur, aliter
quam perfectionem induci posse. Hanc
questionem novissimè, & acutissimè
disputavit, Reverendissimus Don Bal-
thasar de Prado in hoc Barcinonensi
Tribunali Sanctæ Inquisitionis, contra
hereticam pravitatem Inquisitor A-
postolicus *ad rext. in l. si is qui pro impro-*
re, ff. de Usurpat. & Usucapionibus, qui
hinc inde questione subtilissimè exa-
gitata, recedens ab opinionibus Do-
nelli, Cujatij, Antonij Fabri, & Mel-
chioris de Valentia tenet, loquens in
hereditate, non solū veram, & propriam
esse possessionem, quæ de defuncto in
hereditatem transfertur; sed etiam
quod illam omnimoda, & indivi-
dualis possessio, quæ in defuncto erat,
transit in materiam primam, hoc est, in
cadaver illius testatoris, & possessoris
defuncti, in illaque materia prima, seu
cadavere conservari: & ex illo in he-
redem aduentem hereditatem per-
transire, *ex nu. 251. De quo quidem †* 80
initio mirabar, sed postea discursum
perlegendo, in illo inveni, meo videri,
oputulum esse tanquam adamas
pusilli corporis, sed magni valoris, &
estimationis. Cuius doctrinæ (salva
pace) posse adhereri videtur, quod
Marius Giurba ad consuetudinē Me-
lanensem cap. 5. glos. 6. part. 1. n. 21. & in
obser. 254. n. 12. loquens de possessione
cōtinuativa de defuncto in heredem,
virtute statuti: *Quod ut sagitta transferit de*
defuncto in heredem, quin detur mediū in-
ter mortem testatoris, & additionem, &
quod dixit Amato resolut. 39. num. 56.
ibi: Nec momento quidem defuncti posses-
sio vacare dicitur, nullo alio corpore, nisi
Verbo

Verbo interveniente, stante statuto in heredem defuncti continuante, & transit à testatore in heredem, ita ut nunquam interrupta videatur.

81 Ille novissimus † Doctor omnibus difficultatibus in contrarium aduocatis ex num. 573. cum distinctione respondet, dicendo, actuale possessionem, quæ erat penes defunctum in primam materiam, hoc est, cadaver, seu hereditatem, & ex illa in heredem non transire; sed habitualem, seu potentialem, ut etiam dixit num. 548. & melius num. 581. ibi: *Transfert lex habitualem possessionem, quia hoc exigat necessitas, & utilitas, ne possessio pereat, actualem vero non transfert, & quia non est necessaria ad substantiam seruandam, & quia in hereditatem non potuit, resistente natura. Eandem potentialem possessionem transfert lex in heredem suum, vel extraneum, ea ratione, qua in hereditatem, nec amplius transfert: quia non erat necessarium, nec utile. Non erat necessarium, quia hæc possessio potentialem sufficit ad sui conservationem, & ad implendam usucapionem. Non erat utile. Tum quia lex non facit quod homo facere debet. Tum quia bono publico aduersaretur.*

82 Hanc eandem questionem † à nostro Doctissimo D. Ludovic. de Molin. inuenio exagitatam lib. 3. de primog. cap. 12. num. 19. qui excepta subtilitate istius Doctoris in eo quod dixit, de prima materia, in cætero idem tenet, ibi: *Sed dubitari solet: verum ea possessio civilis, & naturalis, quæ ex d. legis ministerio transfertur vera atque propria possessio sit: an vero ficta, & impropria. In qua questione dicendum erit, quod quamvis Bald. in rubri. de causa possessionis, & proprietatis num. 13. dicat. Impossibile esse hanc possessionem, quæ absque apprehensione ex legis dispositione transfertur aliter quam per fictionem induci posse, quem plures sequuntur, quos refert Tiraquel. in d. tractatu 5. part. declar. 1. num. 1. Ea tamen possessio nihilominus vera dici potest, pro ut probatur ex text. in cap. contingit de dolo, & contumacia, ibi: *Verus constituitur elapso anno**

possessor. Per quem textum dixit Baldus sibi contrarius ibidem num. 1. quod vera possessio potest acquiri absque actu corporeo. Quod inquit esse mirabile, & inquit, quod si lex fingat actum corporeum, seu possessionem, vel translationem: possessio tamen, quæ per istum actum fictum quaeritur, vera est. Et hoc plurimis Doctoribus comprobatur, & num. 22. inquit.

83 Quod ad eò verum est, ut à pluribus opinatum fuerit, eam possessionem, quæ de ultimo possessore in sequentem maioratus successorem transfertur, non esse novam, nec diuersam: sed eandem substantia, & qualitate cum illa, quam ultimus maioratus possessor habebat, cui opinioni non desunt vigentia fundamenta: nam si ex statuto possessio defuncti continuatur in heredem: ergo eadem erit possessio heredis, cum possessione defuncti, alias namque non recte diceretur possessio de vno in alium continuari. Quod etiam de verbo transfertur, quo. d. lex Tauri vsa fuit, dici posset, non enim potest dici transferri de vno in alium: nisi illud quod defunctus habebat, l. legatarum, l. si adimendo, ff. de adimen. & transfer. legatis. Ideoque hanc esse eandem possessionem cum ea, quam defunctus habuit, non novam dixit Bald. &c.

84 Sed verius est, eam possessionem diuersam esse ab illa, quam ultimus maioratus possessor habuit, quo ad substantiam, & actualem effectum ipsius possessionis: quævis eadem sit, quo ad qualitatem habitualem, ut scilicet, maioratus successor habeatur pro possessore: non aliter quam defunctus, si vi veret, haberetur, hætenus Molina, cui multos addunt eius additionatores, in quo pondera illa verba istius numeri, & inuenies, idem dixisse, & voluisse, quando distinxit habitualem possessionem ab actuali, quod dixit Prado, quando distinxit actualem à potentiali; & tantummodò terminum potentialem ab habituali variavit Prado.

85 Vidi manuscriptum, † ut existimo, Sapientissimi, sumulque prudentissimi Regentis in Supremo Consilio Aragonum D. Raphaelis de Villosa, quod altio-

altioris operis preparatorium videtur, & meæ Sententiæ principali assentire videtur in eo, quod suprâ dixi, remedium possessorium summarissimum retinendæ possessionis successori maioratus competere in Principatu Cathalonix, nam postquam Christophorus de Paz de tenuta cap. 50. num. 22. locutus fuit de possessione civili, & naturali, quæ virtute legis 45. Tauri in successorem transfertur, ipso iure; & cum illa possessio sit prior in ordine, etiam si postea apprehendatur ab alio tempore posteriori, eius apprehensio nulla est; intelligens iste Senator id ipsum esse observandum in Cathalonia, verba referens Christoph. de Paz sic dixit in vno parentesi: *Cum ergo legalis possessio (quæ dari debet in Cathalonia uni versali successori maioratus, quamvis nulla sit lex, sicut in Castella, quæ ipso iure in illum transferat) prior semper in ordine sit, inde sequitur à tertio apprehensam*

propria auctoritate non posse dici possessionem vacantem tempore apprehensionis, cum iam acquisita sit à vero successore in ministerio, & cum non sit vacans possessio, eius apprehensio nulla est, & nullum potest pacificæ, & iustæ, legitimæque possessionis effectum sortiri. Quid clarius? En locum Christoph. de Paz in quo loquitur de possessione legali ipso iure in successorem translata, & clarè sentit D. Villosa eandem competere in Cathalonia successori maioratus, quamvis nō sit lex sicut in Castella. Et spero quòd si alia scripta in lucem ediderit, hanc meam sententiam confirmabit.

Pluribus in locis mentionem feci 86 sententiæ Senatus Supremi Consilij Aragonum, in causa Ducatus Sugurbi: ideò convenienter putavi, illam hic transcribere, cum plurima eruditissima, scitu digna, contineat, quæ sequentis tenoris est.



REGIA SENTENTIA LATA IN
SUPREMO REGIO ARAGONVM CONSIGLIO,
 referente Nob. D. Iosepho de Boxados, in eo-
 dem Consilio Regente.

IN FAVOREM ADMODVM ILLVSTRIS DOMNÆ
Catharina ab Aragonia, Folch de Cardona, Du-
cissa de Medinaceli, &c.

CONTRA ILLVSTREM DON PETRVM AB ARAGO-
 nia, Folch de Cardona, à Consilijs Suxæ Maiestatis
 Status, & Belli, &c.

Super Successione Ducatus Sugurbij.



VI A vacante Statu Civitatis Sugurbij, Villarum, Lo-
corum, & Iurium eidem annexorum per mortem Ad-
modum Illustris Ducis Don Ioachimi Folch de Cardo-
na, & Aragon, sub die quinta Martij anni millesimi
sexcentissimi septuagesimi, de illius successione orta est con-
tentio inter Illustrem Don Petrum Folch de Cardona,
& Aragon, & Illustrem Domnam Catharinam Antoniam de Cardo-
na, & Aragon, Ducissam de Medinaceli, quæ in diversis instantijs ver-
tebantur apud nostram Regiam Audientiam Regni Valentia, præcipuè
in processibus designatis sub numero quinto, nono, & decimo, in quibus
constat Iustitiam, Iuratos, & Universitatem Civitatis Sugurbij, præce-
dente Consilio, & deliberatione, sub die decima octava Martij, anni
millesimi sexcentissimi septuagesimi, se vassallitio iure submisisse, & tra-
didisse possessionem, seu quasi eiusdem Civitatis Illustri Don Petro, tan-
quam legitimo successori Serenissimi Infantis Henrici Secundi, & Ducis
Don Alphonsi eius filij, & habenti qualitates primogeniti, masculi pro-
ximioris cum eisdem, iuxta seriem pactorum nuptialium in hitorum sub
die trigesima Aprilis, anni millesimi quingentesimi decimi sexti, quam
tamè submissionem, & traditionem possessionis Procurator Illustris Du-
cissa sequenti die decimo nono eiusdem mensis, & anni impugnavit, &
contradixit. Deinde constat Procuratorem Illustris Don Petri, die vi-
gesimo primo Martij eiusdem anni, comparuisse ante Iustitiam Civitatis
Sugurbij, offerendo cautionem de stando iuri, seu iuris firmam, & expo-
nendo suam principalem obtinuisse possessionem prædicti Status, eamque
 pact-

pacificè retinuisse, ad cuius iuris conservationem postulasse prædictam Iuris firmam admitti, & in prædicti Status possessione manuteneri, & ostensis, exhibitisque adepta possessionis instrumentis fuisse concessas Litteras Iuris firma, præstita cautione, iuxta stylum. Instante vero Procuratore illustris Ducissa, fuisse causam evocatam ad Regiam Audientiam cum litteris expeditis die vigesima septima Martij prædicti anni, & in ea supersessum. Deinde apparet, Procuratorem illustris Don Petri comparuisse coram Governatore Regni Valentie, sub die decima quinta Decembris præfati anni millesimi sexcentissimi septuagesimi, & exposuisse virtute donationis, & confirmationis Serenissimorum Regum Alphonsi, & Ioannis fratrum prædicti Infantis Henrici, pactio- num dotalem anni millesimi quingentesimi decimi sexti, nec non testamenti Infantis Henrici Secundi, anni millesimi quingentesimi vigesimi secundi, prædictum Statum Sugurbij, ad illustrem Don Petrum suum principalem pertinuisse, & expectasse ob defectum masculi agnati, qui eum præferre posset: & ostensis, exhibitisque prædictis scripturis, parte tamen altera inaudita, Governatorem iuxta supplicationem provis- sisse, & ab hac amissione Iuris firma, Procuratores Ducissa appellatio- nem interposuisse ad Regiam Audientiam, die vigesimo quarto Decem- bris eiusdem anni. Postmodum die vigesimo Martij, anni millesimi sexcentissimi septuagesimi primi apparet, Procuratorem illustris Don Pe- tri comparuisse in Regia Audientia expositis, ostensis, & exhibitis in- strumentis possessionis per illustrem Don Petrum adepta obtulisse aliam Iuris firmam, & eundem manuteneri supplicasse; qua per Regiam Au- dientiam admissa, si & in quantum concessum fuisse mandatum, præstita cautione, & citatione, seu termino decem dierum ad comparandum, iux- ta illius interdicti morem; notificata vero provisione parti illustrum Ducum de Medinaceli, die octavo Aprilis dicti anni millesimi sexcen- tesimi septuagesimi primi, illorum Procuratores comparuisse intra termi- num die videlicet decima quinta præfati mensis, & anni, & supplicasse revocandum fore dictam Iuris firmam, mediante beneficio rationum, ut referunt, & prout melius expediret, exponendo, & opponendo posses- sionem Status Sugurbij, adeptam fuisse, absque legitimis mandatis illustris Don Petri, absque legitimo decreto curatoris, propter absentiam illius & fuisse obtentam sub prætextu successoris, cum nullum in ea ius ad succedendum haberet, prout ex ipsa fundatione constabat, ac proinde eius manutentionem, seu firmam Iuris non substituisse, addentes etiam prædictas possessiones liti causam dedisse, neque Statum vacantem ex- titisse, cum civilis, & naturalis possessio, iuxta forum ad illustrem Du- cissam translata esset, pluribusque alijs rationibus, & exceptionibus appositis, & aggestis. Pro parte vero illustris Don Petri, die decimo

septimo Aprilis eiusdem anni, in adversum fuit expositum, confirmandam fuisse admissionem iuris firmæ, prædictis rationibus appositis, in superhabitis, & repulsis, quia constabat de expresso mandato ad obtentionem illius de legitimis possessionibus Status, Villarum, & Locorum eiusdem, neque in hoc summarissimo iudicio admittendam cognitionem titulorum, sed tantum possessionis cæteris exceptionibus in aliud competentis reiectis. Ulterius apparet die septimo Aprilis, anni millesimi sexcentissimi septuagesimi primi, antequam litteræ mantentionis nuntiarentur illustri Ducissæ de Medinaceli, eiusdem Procuratores comparuisse in dicta Regia Audiencia, referentes Serenissimum Regem Alphonsum donasse Infanti Don Henrico fratri Civitatem Sugurby, Villas, & Loca designata in scriptura die decima tertia Ianuarij anni millesimi quatuorcentissimi trigesimi sexti, per viam maioratus regularis ad favorem illius, & descendantium suorum, ac etiam inter Infantem don Henricum Secundum, & Ducem don Alphonsum ab Aragon huius filium, & domnam Ioannam Folch de Cardona eius filiam legitimam don Ferdinandi Raymundi Folch de Cardona Ducis de Cardona, die trigesimo Aprilis anni millesimi quingentesimi decimi sexti, fuisse in ita pacta nuptialia, in quibus institutus fuerat maioratus regularis, & virtute donationis Regiæ, & huiusmodi pactorum admodum illustres Duces Sugurby successisse in prædicta Civitate, Vallis, & Locis; & deinde illustrem admodum Ducissam domnam Ioannam Ducis Alphonsi filiam, ob mortem admodum illustris Ducis don Francisci fratris sui absque liberis, & postremo per illustres Duces don Ludovicum, & don Ioachimum, hocque infantili ætate functo, ad illustrem Ducissam de Medinaceli sororem fuisse successionem devolutam, & virtute fori sexti de donationibus, absque ullo facto hominis, civilem, & naturalem possessionem pariter in eam translata conclusentes, & supplicantes dictam Ducissam admittendam fore ad firmandum more solito, eiusque possessionem manutenendam, & ubi prædicta loca non haberent, quatenus opus esset utiliori via, prævia protestatione, & non aliter in possessionem immittendam, prout latius in prædicta supplicatione continetur. In hoc litis progressu illustris Dux de Medinaceli pater, & administrator personæ, & honoris illustris Marchionis de Cogulludo se opposuit die octava Martij prædicti anni, eiusque instantia fuit admissa, & post varias partis altercationes, & litis contractus die vigesimo octavo Septembris eiusdem anni, pro parte illustris don Petri, relata provisione mantentionis gubernatoris Urbis Valentia, super qua pendebat appellatio, & pariter admissionis iuris firmæ eiusdem per illustrem Ducissam contradictæ in iudicio rationum, prætensum fuit iuris firmam oblatam pro parte illustris Ducissæ, uti causam proprietatis admixtam habentem non antea terminan-

minandam, aut cognoscendam quin prius de Iuris firma illustris don Petri, summarissimum possessorium continenti secundam naturam huius interdicti decerneretur, & hinc inde partibus, contendentibus, contradicentibus, & persistentibus, tandem placuit causam prædicti Status, cum omnibus suis articulis ad nostrum S. S. R. Aragonum Consilium evocari, tanquam in prima instantia ibidem tractandam, instruendam, & decidendam, & iuxta earundem desiderium fuerunt litteræ expeditæ sub die vigesimo septimo Septembris anni millesimi sexcentissimi septuagesimi tertij, quarum virtute processibus transmissis, & quibusdam interlocutionibus instruendæ litis causa emanatis super articulo, & supplicatione decidendi prius instantiam admissionis Iuris firmæ, non obstantibus rationibus contra eam apposis in processu designato sub numero nono, differendamque instantiam Iuris firmæ pro parte Ducissæ supplicatam in processu signato sub numero decimo, die vigesima secunda Novembris anni millesimi sexcentissimi septuagesimi quarti, cum interventu Nobilium, & Magnificorum Iudicum adiunctorum fuit pronuntiatum supplicata non procedere, & iniunctum partibus, ut amplius causam super prædictis instantijs instruerent, se vellent intra terminum viginti dierum ad eaque secundum ius magis expediret definire, & eisdem interlocutioni parentibus, varia pro utraque parte fuerunt exhibita instrumenta, testes producti, & processus instructi, ut hæc plenius in actis demonstrantur. Quibus sic facto consistentibus, & in deceptionem revocatis articulis, non ambigui iuris esse existimamus interdicta possessoria, quæ sub his Iuris firmis comprehenduntur, non aliter reddenda esse, quam si qui de possessione contendunt, se, vel in possessione esse, vel possidere probaverint; quod si utraque pars amplius se possidere affirmet, ut in præsentem experimur, illa superior erit interdicto, quæ potiora ostenderit, præcipue si de universalis titulo, ut successione tractatur: Cumque tam illustris don Petrus, qui primum ad iudicium provocavit, quam illustris Ducissa de Medinaceli legitimos successores in vim Regiarum donationum, & pactionum dotialium se esse contendant, quibus illustris don Petrus Infantis Henrici Secundi supremi iudicij clausulam adiungit; horum titularum virtute, & fori Regni Valentie, in quo donatoribus conceditur, non solum dominium rerum donatarum, sed etiam possessionem civilem, & naturalem in donatarios transferre, hac utraque pars ad se translata existimat, unde secundum iuris censuram, municipalis fori placitum, ipsarumque partium assensum, supplicationem, & instantiam necessum videtur non ita continenter de possessione cognoscere, quin de titulis quibus nititur, & foveatur saltim ad illam colorandam, & informandam subeat examen. His ita præmissis inspiciendum videtur quibus titulis deferatur, atque

delata sit huius Status successio, ad effectum translata possessionis, & manutentionis, à partibus desiderata, & sanè quidquid sit de donatione, & confirmatione Regia, ac de supremo iudicio Infantis Henrici Secundi, præcipuum sibi locum vindicare censemus scripturam pactonum dotalium, in qua cum prædictus Infans, huius Status dominus non satis apertam, & expressam in donatione Regia successionis legem haberet facilius induci potuit ad illam præscribendam, & declarandam in pactonibus dotalibus, qualis autem eius fuerit mens, & imago, ex sequentibus perspicitur. Is ergo contemplatione matrimonij contrahendi inter don Alphonsum filium Ducem Sugurbij, cum domina Ioanna de Cardona filia don Ferdinandi Folch de Cardona, Ducis Cardona hereditamentum constituit omnium bonorum presentium, & futurorum, in favorem Alphonse filij, reservata sibi viginti mille ducatorum quantitate, & usufructu prædictorum bonorum, qua ipso iure post ipsius mortem ad filios, suosque descendentes perventura essent, quod hereditamentum ea lege, & conditione pasciscitur, ut post longos dies Ducis filij perveniat ad filium suum masculum maiorem presentis matrimonij, & post eum ad suos descendentes cum vinculo de uno in alium in perpetuum. Et casu quo filius maior decederet, sui que descendentes pariter decederent sine filijs, præferendo omni tempore, & unoquoque casu contingenti masculos fæminis, & maiore minori, servando omni tempore de maiori filio in minorem perpetuo hunc gradum successionis, & ordinem genitura. Et casu quo huius matrimonij filius masculus non extiterit, sed alterius matrimonij hic filius masculus legitimus secundi matrimonij sit hæres, & filia primi matrimonij dotentur, prout cum presenti contrahentes dotant in bonis Ducis Sugurbij, certa eique designata quantitate. Et casu quo ex dicto Duce Sugurbij, nullo tempore filius masculus legitimus, & naturalis extiterit, tunc filia hæredes sint, videlicet natu maior presentis matrimonij, & successivè in casu mortis, & filiorum, & filiarum eiusdem, ceteri sint hæredes omni tempore ordine primogenitura servato; & si fortè dictus Dux Sugurbij sine filijs, & filiabus presentis matrimonij, alteriusvè decesserit, dicta bona, resque donata redeant ad dictum Infantem Patrem, si virvus erit, vinculis, & conditionibus in eod. adiectis: Prohibet bonorum alienationem, providet securitati pactorum, & quatenus opus sit apud acta insinuari, Dux Sugurbij consensum suum accommodat, & omnes contrahentes reciproca stipulatione volunt, ut scriptura celebretur ad omnem firmitatem, & utilitatem Ducis Sugurbij, suorumque descendantium, cum consilio peritorum ad electionem Ducum Cardona, & Sugurbij, qui tamen hanc donationem, & hereditamentum immutare non possent, præservat quoque Infans ab hac donatione, & hereditamento dotem, & sponsalitiã largitionem

Serenissima domina Gundemara de Portugal coniugis sua; ne posterioribus hisce pactioibus maternis praeiudicium generetur. Ex quibus satis apparere censemus, mentem Infantis Henrici, ac caterorum contrahentium fuisse instituendi in hisce tabulis nuptialibus certam perpetuam, & regularem succedendi normam per viam primogeniturae, nulla speciali agnationi vera, aut excogitata contemplatione habita, nam in ipso pactioinum exordio vult, ut omnia bona sua, praesentia, & futura post mortem suam ad dictum Ducem Sugurbij suum filium, & suos descendentes perveniant. Deinde vincula, & conditiones adiiciens idem confirmat, declarans post longos dies Ducis filij successorem filium maiorem masculum ex illo matrimonio nasciturum, & post eum, suos descendentes ad successionem invitat, quae plane conformia sunt cum regulari primogenio; nec minus regularis videtur vocatio filij maioris masculi illius matrimonij, qui pariter primus post Ducem successurus erat, etiam cum foemina primogenita concurrens, eandemque regulam praescripsit sub illis verbis: Praefendo omni tempore, & casu, masculos foeminis, & maiorem minori, omni tempore gradu successionis, & ordine generationis servato: Gradus enim successionis servatur omni tempore in linea inter masculos, & foeminas, & ordo generationis inter masculos eodem gradu existentes, & pariter inter foeminas, quod natura maioratus congruens est, nam cum foemina semper in eo ad successionem invitetur, nec excludatur a masculo, nisi in eadem linea, & gradu existenti, successioque perpetuo per eandem lineam, gradum decurrat, non aliter foemina per masculum excludetur, quam si is, aut potiore lineam habeat, aut in eadem pari cum gradu, cum foemina concurrat, eandemque mentem admissiois foeminarum, & regulam contrahentes observarunt, casu quo praedicti Ducis Sugurbij nullo tempore filius masculus legitimus, & naturalis extitisset dum filias ad successionem invitavit, nempe primam natu, & in eius defectum filios, & filias eiusdem, ordine primogenitura servato; Ac ideo subsequuta mente Ducis don Francisci ad Ducissam dominam Ioannem derivata est successio a qua contendentes pariter descendunt; quibus illud valde cohaeret, quod nulla isthinc ratio, aut consideratio inducenda agnationis sumi, aut praesumi possit. Ac inter contrahentes pactum fuit, ut omnes Ducatus Sugurbij, & Cardonia successores nomen, & insignia Cardonarum, nulli admixtis pure deferrent, quod Aragonij nominis splendorem occultat, & foemineum Aragonio quoque sanguine illustratum saepius affectat, sic visi sunt contrahentes omnes, nullam agnationis speciem machinari. Quibus frustra objici arbitramur, quae in supremo Infantis Henrici elogio leguntur, quasi ex his eius voluntas in tabulis nuptialibus explicita, deinde mutata, aut declarata fuerit, praecipue si revocationi, uti nervose contendebatur,

ubiecta foret : nam dubio procul censemus voluntatem contrahentium
 in prædictis pactioibus, expressam nullatenus mutationi subiectam esse,
 cum perfecta sit donatio, & contractus successionis inter partes inuis, nec
 que aliud hæreditamenti voce, quæ illis in Regnis frequentissime in simi-
 bus pactis apponitur, si significatur ne alioiorem, nunc originem repetamus
 proinde cessat mutationis instantia, nec solus Infans Henricus à pactis
 desciscere posset, cum in ea re, quæ ex duorum, plurimumve consensu agi-
 tur, omnium voluntas spectetur, non unius tantum, quod similiter in
 causa esse censemus, ut nec solus ex intervallo ea posset declarare præ-
 cipue in re perspicua, & declaratione non egente, & adhuc super vacua
 hac esse videntur, cum expressum reliquerit, reservatam sibi velle dispo-
 nendi facultatem in defectum filiorum Ducis Alphonsi, cumque ille ca-
 sus non evenerit, defuit quoque mutandi facultas, idemque confirmare
 visus est in eius supremo elogio, ubi præfatus se testari velle de bonis in
 quibus antea non providerat, seu disposuerat, & potuit etiam in reser-
 vatis pro arbitrio testari, atque his in factis, & in iure prælibatis constare
 videtur successionem præsentis Status Sugurby deferendum esse per viam
 maioratus regularis pacti, & constituti in tabulis nuptialibus, sapius re-
 latis, absque vlla Infantis don Henrici mutatione, aut derogatione.
 Cumque post eius mortem successerit don Alphonsus filius, ac post eum
 don Franciscus nepos : eoque sine filijs decedente, transierit successio ad
 domnam Ioannam sororem, coniugem illustris don Didaci Fernandez,
 de Cordova Marchionis de Comares, mortuoque primogenito don Lu-
 dovico in vita parentum ad don Henricum nepotem, deinde ad per il-
 lustrem Ducem don Ludovicum fratrem illustris don Petri, qui quidem
 Dux ex primo, & secundo coniugio suscepit illustrem domnam Cathari-
 nam Antoniam, & admodum illustrem Ducem don Ioachimum postre-
 mum Status successorem infantili, ut diximus; etate præventum aperta
 fuit via succedendi, certius, ac iustius arbitramur dictam illustrem dom-
 nam Catharinam Antoniam Ducissam de Medinaceli, iuxta superius
 tradita potiore titulum ostendisse, cuius virtute, & foralis sanctionis
 Regni Valentie vi, civilis, & naturalis possessio, in eandem translatam,
 & continuata fuerit, sicque veniat eius firma oblata in processu numeri
 decimi recipienda, & iudiciali ordine manutenenda, iuxta stylum, & in
 adversum iisdem rationibus iuris firma oblata per illustrem don Pe-
 trum, & admissa in processu numeri noni revocanda, & repellenda sit,
 cum, & liti causam dederit, per Iudicem fuerit in quantum recepta, &
 per comparitionem partis in controversiam deducta. Idcirco, & alias
 deliberationem, & conclusionem in hoc S. S. R. Aragonum Consilio, cum
 interventu Nobilium, & Magnificorum Iudicum adiunctorum, sumptim
 insequendo pronuntiamus, & declaramus, iuris firmam oblata, & ad-

mitti supplicatam per Marcellum Ciprer Procuratorem admodum illustribus domna Catharina Antonia Ducissa de Medinaceli recipiendam, & admittendam fore, & esse, prout cum presenti recipimus, & admittimus, & immittendam in realem, & actualem possessionem, predicti Status, Villarum, & Locorum, & Iurium eiusdem, iuritate Fori in eam translatum, prout cum presenti immitti mandamus, una cum fructibus a die mortis admodum illustris Ducis don Ioachimi eiusdem ultimi successoris, prestita solita cautione, non obstantibus rationibus, & exceptionibus in contrarium deductis, & allegatis, neutram partium in expensis condemnando, sed pro bis tractis executionem fieri iubemus.

Don Ludovicus ab Exea Regens.

<i>Vt. Lic. D. Antonius de Monsalve.</i>	<i>Vt. Lic. D. Laurentius Santos.</i>
<i>Vt. Lic. D. Ildephonsus de Llano & Valdès.</i>	<i>Vt. Lic. D. Ioseph Beltran, de Arnedo.</i>
<i>Vt. Lic. D. Alphonfus de Olea.</i>	<i>Vt. Lic. D. Petrus de Vlloa Galfin.</i>
<i>Vt. D. Fernandez ab Heredia, Reg.</i>	<i>Vt. D. Ioseph de Boxados, Reg.</i>

Lata, & promulgata fuit huiusmodi Sententia per nos, seu in nostri personam per Magnificum, dilectumque Consiliarium nostrum, ac nostram Regiam Cancellariam Regentem, Don Ludovicum ab Exea I. V. D. & de nostro, seu ipsius mandato, lecta, & publicata per dilectum Alumnum, & Scribam Mandati nostrum Ludovicum Boher, & huiusmodi Cause in quadam Camera nostri Regij Palatij, quod in presenti Oppido nostro Matrili fovemus, in Parochia Sancti Ioannis, vbi nostrum S. S. R. Aragonum Consilium celebratur, die videlicet Mercurij computata vigesima sexta Iunij, anno a Nativitate Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo quinto. Presente, & dictam Sententiam ferri, & publicari petente, & humiliter supplicante Vincentio Nadal Procuratore Admodum Illustrum Ducum de Medinaceli, altera vero parte absente. Nec non presentibus protestibus Bernardo Henriquez, Ioanne Antonio Montemayor, & Balthasare Fernandez, Regijs Portarijs, Camerae, S. ac R. Aragonum Consilij, & quam pluribus ibidem existentibus.

Don Ludovicus ab Exea Regens.

Vt. Fernandez ab Heredia Reg. Vt. D. Ioseph de Boxados Reg.

Ex hac Sententia, & alijs provisionibus huius Regij Senatus Cathalonie, quae in hoc libro inveniuntur in principio, & in discursu antecedenti

in fine, cognosci potest una singularis prerogativa huius Excellentissimae domus Ducatus Sugurbij, nulli Magnatum Hispaniae concessa: iuxta quam legi-

legitimo eius possessori à Rege, eiusque Consilij Supremo, & reliquis Regnorum Aragoniæ, Valentiniæ, & Cathalonix, datur titulus *valde Illustris*; cæteris verò Magnatibus Hispaniæ, ut in hac lite Comestabili Castellæ, tantum datur *Illustris*, & quando Rex scribit ad Ducem Sugurbij, dat illi titulum *de muy Illustrre, y caro Primo*, in principio epistolæ, & alijs Regijs recriptis, & in fine concludit his verbis: *E sea muy Illustrre Duque nuestro caro Primo nuestro Señor en vuestra continua proteccion, y guarde.* Ex qua prærogativa duo privilegia fuerunt expedita in favorem huius Excellentissimæ domus à Rege nostro Catholico D. Philippo Quarto 20. die Octobris anni 1611. & alterum 1. die Decem. eiusdem anni, quæ sunt registrata in Regio Supremo Consilio Aragonum, & intimata suis Regalibus Consilij Coronæ Aragonum. Et hæc prærogativa quasi in contradictorio iudicio cum Magnatibus Castellæ fuit diligentèr discussa in cōgregatione, quæ Regio mandato fuit facta, & composita, assistentibus in ea Præside Castellæ Archiepiscopo Burgenfi, D. Agustino Mexia, D. Didaco de Ybarra Consilij Status, & Belli, & Licenciatis Melchior de Molina, & Ludovico de Salcedo à Consilij suæ Maiestatis Supremi Regij Castellæ, & Cameræ. Originem habet ab stylo, quo Reges Aragoniæ, & Castellæ Infantem D. Henricum fratrem D. Ildephonsi Regis Aragonum, & eius filiū Henricum secundū Duces Sugurbij, cæterosque ex his descendentes hoc præcellenti titulo tractabant, ut ex dictis privilegijs constat, quæ custodiuntur in Archivo domus Cardonæ.

DISCVRSVS III.

De Maioratu Hispaniæ.

SUMMARIVM.

1. **C**ausus questionis proponitur.
2. **C**ivis ex contenduntibus ex tribus titulis successionem præcendit.
3. Electio in maioratu committi potest.
4. Electionem potest institutor maioratus relinquere omnibus successoribus in perpetuum.
5. Electus non eligenti, sed primo institutori succedit, & electio dicitur facta ab institutore, non vero ab electore.
6. Facultas limitata eligendi, limitatos producit effectus: & est regulanda secundum facultatem electio.
Eligendi facultatem qui liberam habet, filium secundo, vel tertio genitum eligere potest, filio maiore prætermisso.
Eligendo facultatem qui liberam habet, inter filios, & filias potest eligere filiam minorem natam, exclusis filiis masculis.
7. Maioratus institutor potest revocare illum, si in facultate Regia fuit illi concessa, ut posset revocare.
8. Maioratus primus possessor, qui donationem acceptavit, illam irrevocabilem efficit, quia donatio à primo donatario acceptata, respectu sequentium revocari non potest.
9. Donatio iure maioratus facta, sequuta primi acceptatione, respectu sequentium revocari non potest.
10. Institutio maioratus facta ob causam onerosam matrimonij revocari non potest.
11. Institutor maioratus, si scripturam donationis primo donatario tradidit, remanet irrevocabilis donatio.
12. Donatio facta ab institutione maiora-

- rus cum clausula constitui, sit irrevocabilis.
13. *Institutio maioratus re vocari potest, etiam si sit acceptata, vel possessio tradita, vel ex causa onerosa facta, si in Regia facultate dictum fuerit, quod post maioratus institutionem possit eius institutor illum liberè revocare.*
14. *Cautela, ut institutos maioratus non possit illum revocare, etiam si in Regia facultate illi sit concessum, ut possit illum liberè revocare.*
15. *Maioratus bona libera in ultimo possessore remanent, deficientibus omnibus de familia.*
16. *Bona maioratus non remanent libera in ultimo possessore, etiam si deficiant omnes descendentes vocati, si remanent consanguinei transversales in qualibet remotissimo gradu.*
17. *Deficientibus vocatis ad maioratum, eorumque descendentes, adhuc existunt tacite vocationes consanguineorum transversalium, qui tacite in institutione maioratus includuntur usque ad millesimum gradum.*
18. *Excluso pratenore extraneo, qui successionem intendebat ex tribus titulis: lis remanet ad successionem inter duos consanguineos transversales institutoris maioratus.*
19. *Ultimo possessore maioratus sine liberis, & descendentes decedente recurritur ad consanguineos transversales, qui processerint de familia institutoris.*
20. *Representatio admittitur inter consanguineos transversales in successione maioratus ex lege 40. Tauri.*
21. *Representatio inter transversales est admittenda absque gradus limitatione in infinitum, sicut fit inter descendentes.*
22. *Iure representationis, qui descendit à masculo præferri debet descendenti à femina, etiam si sit in remotiori gradu secundum naturam maioratus, ex l. 40. Tauri.*
23. *Doctrina Molina confirmatur.*
24. *Representatio de iure communi non transit ultra filios fratrum.*
25. *Representationem legis 40. Tauri, quidam admittunt inter descendentes institutoris, qui sine transversales ultimi possessoris; non vero inter transversales institutoris.*
26. *Hanc opinionem plurimi tenuerunt.*
27. *Dominus Molina in resolutione huius questionis videtur trepidasse, & tandem reliquit cogitandam.*
28. *In allegatione, quam postea fecit pro Domino Rege ad successionem Regni Portugaliæ, quid dixerit?*
29. *Quod dixit Molina in allegatione Regni Portugaliæ, prius alibi dixerat.*
30. *Doctores, qui tenuerunt representationem non esse admittendam inter transversales institutoris maioratus, referuntur.*
31. *Allegatio D. Molin. ad successionem Regni Portugaliæ ubi invenitur.*
32. *Opinio Regentis Valenzuela Velazquez refertur.*
33. *Questio adeò est anceps, & dubia, quod non solum Doctores inter se pugnant, sed etiam aliqui se ipsos contradicunt.*
34. *De iure Regni non potest intendere representationem, qui in eius linea transversali successio maioratus nunquam ingressa est, nec habuit lineam primogenituræ.*
35. *Regia Pragmatica edita est ad sedandas has opiniones, controversas, & lites.*
36. *Pragmatica non obstante aliqui tenent, adhuc esse intelligendam inter transversales ultimi possessoris, descendentes tamen ab institutore; non vero inter transversales institutoris: vel saltem in maioratibus post pragmaticam institutis, & 37.*
38. *Alii contrarium tenent, quibus Author adheret.*

DISCVRSVS III.

De Maioratu Hispania.

Quidam † Regia facultate præcedente, Maioratum Regularè instituit in favorem suorum filiorum, & descendendum in perpetuum, cū prælatione masculorum primogeniorum, secundum consuetudinem Hispaniæ: & postea hanc clausulam adiecit.

Otro si digo, quiero, y es mi voluntad, que porque los hijos que dicho Alonso de Valdivieso legitimos è naturales, è bastardos les sean mas obedientes, è procuren de ser honrados, è virtuosos, è le sirban, como èl me ha serbido à mi: Que el dicho Alonso de Valdivieso mi hijo, en su vida en los hijos legitimos que tubiere varones, pueda escojer, è nombrar, elegir, è llamar para que herede el dicho mayorazgo, è bienes de èl al hijo que mas quisiere, è por bien tubiere, ò hija, con tanto, que a viendo varon, ò varones no pueda nombrar muger aunque sean de dos mugeres casadas, legitimadas: è que si no le numbrare en sus dias, è por testamento, è postrimera voluntad, que en tal caso aya, y herede, è suceda en el dicho mayorazgo el heredero mayor, porque dende ahoyà yo le llamo, è nombro al dicho mayorazgo: è no habiendo varones lo mesmo pueda hazer, è nombrar, y escojer en las hembras, è que sino nombrare como dicho es, que lo aya, y herede la mayor: y esta mesma orden, è manera se tenga, è guarde para siempre jamas en los sucessores de este dicho mayorazgo, con tanto que las hembras no puedan gozar de esta eleccion, è nombramiento; sino que lo haya, è suceda en el dicho mayorazgo, è bienes del el primer hijo varon, ò hijos varones, è à falta de ellos la hija mayor, è ansi sucessivamente, con tanto que si de la hembra quedare varon, que suceda en este dicho mayorazgo, pueda gozar, è goxe de esta mesma facultad, è nombramiento cada vez, que el dicho mayorazgo sucediere en hijo varon.

Ultimus possessor sine liberis decessit: & existimans nullum agnatum, nec cognatum eius remanere (tiam in remotissimo gradu, qui in hoc maioratu ius succedendi haberet, in omnibus bonis extraneum instituit, ei tanquam libera relinquendo: & si fortè adhuc maioratus existeret, utens facultate illi à fundatore concessa, ipsum ad successionem elegit.

Postmodum duo consanguinei ultimi possessoris concurrerunt; quorū nullus à fundatore descendebat, sed ab eius avo: & vnus sextum gradum tenebat, alter vero septimum cum ultimo possessore: & inter se contendunt. Primò, ambo consanguinei extraneū refellere intendunt; se autem ex frequentibus tuetur contra ipsos.

EXTRANEI PRÆTENSIO.

Extribus titulis † extraneus successionem bonorum petit. Primò, quia ultimus possessor in vim clausulæ electionis illum ad successionem maioratus elegit. Secundus, quia maioratus institutor suos filios, & descendentes ad eius successionem vocavit in perpetuum, sed non transversales; & cum omnes descendentes defecissent, bona in ultimo possessore libera remanserunt, de quibus ad libitum disponere potuit, ut fecit, illum instituendo. Tertius, quia licèt institutor maioratum instituisset virtute Regiæ facultatis, ipsi concessæ; in ea facultate clausula invenitur, qua ei facultas concessa fuit revocandi illum toties quoties ei placuerit in testamento, vel in vltima voluntate: & in vltimo vitæ elogio, testamento condito, illum revocavit, & filium absque gravamine heredem instituit; & ideò bona libera in perpetuum remanserunt; illèque, & eius descendentes de illis liberè potuerunt disponere, præsertim vltimus possessor, provt disposuit in eius favorem; quæ dispositio contradici, nec revocari potest.

S. I.

De facultate eligendi successorem Maioratus, ab institutore ultimo possessori concessa.

3 **P**rimò, † Maioratus institutor reliquit electionem perpetuam ultimo possessori, ut successorem eligere posset, ut ex clausula supra posita probatur; sed quando electio in maioratu alicui commissa est, validè potest fieri: & † instituens maioratū disponere potest, ut in eo ex electione succedatur, si facultatem Regiam habeat instituendi maioratum cum omnibus vocationibus, substitutionibus, & fideicommissis, quæ sibi apponere libuerit (ut in præsentis casu à Cæsarea Maiestate Caroli V. Imperatoris Regis fuit concessa) & eius facultatis vigere, ac virtute potest omnibus successoribus in perpetuum facultatem eligendi alterum successorem relinquere; † & tunc electus non eligenti, sed primo institutori succedit. Et est ratio, quia sicut virtute facultatis Regiæ potest eligere, sic etiam has electiones in perpetuum potest alteri committere; & electio dicetur facta ab institutore, non verò ab electore, ut tenet Greg. Lopez in l. 32. tit. 9. partit. 6. verb. no valiese, colu. 6. vers. Et potest dici. Et hoc indubitabile dicit D. Molin. de primog. lib. 2. cap. 4. num. 7. Ergo electio facta ab ultimo possessore, etiam si sit extraneus à familia electus, fuit valida, & debet sustineri.

6 Sed nihil prodest electo † hic titulus electionis, ut eius virtute possit in maioratum succedere: nam facultas ab institutore concessa ultimo possessori, fuit limitata, ut posset inter filios eligere, hoc intellecto, ut non posset eligere filiam, filio superstite, cui successionem tollere noluit: & si ultimus

possessor esset foemina, illi electionem denegavit. Itaque facultas non fuit absoluta, & generalis, ut posset eligere quem sibi placuerit, etiam extraneum à familia, sed inter liberos, ut ex præposita clausula constat: in quocalu fines mandati excedere non potuit ultimus possessor, ut docet D. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 5. num. 3. ibi: † Ex quibus inferitur eum, qui à maioratus institutore liberam eligendi facultatem obtinuit, posse iure forti, ex eis, inter quos electionem facere debet, filio maiori natu prætermissa, filium secundo genitum seu ulterio-rem eligere. Et si facultas eligendi est, ut possit eligere inter filios, & filias, poterit præterito filio, filiam eligere, idem num. 4. ibi † Possit ad eius successionem filiam foeminam minorem natu, exclusis filiis masculis, etiam natu maioribus eligere. Idem tenent eius addition. pluribus relatis, ibi num. 3. & 4. Mieres de maiorat. 1. part. q. 48. num. 11. Ergo hoc medio in maioratum succedere non potest, non obstante facultate eligendi, ultimo successor collata.

S. II.

De revocabilitate, vel irrevocabilitate Maioratus.

ALio titulo † ipse prætenfor successorem intendit, scilicet, quia hæc bona non sunt maioratus vinculo subiecta, sed libera, de quibus ultimus possessor, sicut de alijs suis bonis liberis, potuit in testamèto, seu inter vivos disponere; quia institutor obtinuit Regiã facultatē ad illum instituendū, in qua invenitur clausula, quod institutor posset illum revocare, aliūque instituere toties quoties illi libuerit, vel non instituere; ut de stylo in omnibus facultatibus hæc clausula amplissima ponitur in favorem instituentiū, & specifica in nostra facultate invenitur. Et institutor istius maioratus in testamento expressè maioratum re-

vocavit, & bona in illo vinculata libera reliquit filio primo vocato, cæterisque eius heredibus, & successoribus, ut in factis negari non potest: sed quando Regia facultas concedit facultatē revocandi maioratum, & postea revocatur, maioratus extinguitur, & nullas vires habet, ut cavetur in l. 44. *Tauri hodie. l. 4. tit. 7. lib. 5. recopil. ibi: Salvo si en el poder de la licencia que el Rey le dió, estu viesse clausula para que despues de fecho lo pudiesse revocar: Ergo cum iuerit revocatus virtute illius facultatis Regiæ, iam bona remanserunt libera, & de illis vltimus possessor, ut de reliquis bonis liberis potuit disponere, illaque relinquere huic prætenori.*

Sed huic responderetur † hunc maioratum irrevocabilem esse, nec illius institutorem illum revocare potuisse. Primò, quia primus filius institutoris donationem inter vivos ipsi factam in fundatione maioratus acceptavit: qua acceptatione, ius irrevocabile acquisivit, non tantum ipsi, sed etiam cæteris successoribus in perpetuum; ut in proprijs terminis tenet Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 73. ibi: Sed contra verti solet, verum in maioratu, & alijs donationibus, quæ pluribus ordine successivo fiunt, sufficiat acceptatio primi donatarij: ut respectu cæterorum maioratus, vel donatio irrevocabilis fiat: an autem omnium acceptatio requiratur, adeò ut non obstante acceptatione primi, respectu cæterorum donatio revocari possit. Et postquam disputavit hanc quæstionem num. 74. sic resolvit: Contrariam autem sententiam, imò quod donatio à primo donatario acceptata, non valeat respectu sequentium revocari verioverem atque magis communem.

Differentiam constituit † inter donationem, quæ non est perpetua, nec habet vim maioratus, & illam, quæ fit iure maioratus, & num. 75. in ista vltima donatione sic resolvit: In secundo casu, quando scilicet agimus de donatione iure maioratus, vel aliter perpetuo familiae facta, dicendum erit proculdubio, subsequente primi acceptatione, nullo pacto cum do-

nationem respectu sequentium revocari posse: Ergo hæc donatio, in qua maioratus fuit institutus, revocari non potuit, cum primus illam acceptaverit.

Secunda ratio, † propter quam hic maioratus revocari non potuit, est, quia fuit institutus ob causam onerosam matrimonij, ut in donatione legitur, ibi: E porque mejor, è mas honrradamente se pueda casar, è porque la muger, que con él viniere à casar, sea cierta, que el dicho mayorazgo, q̄ en él hago, no le revocaré. &c. Et ad non revocandum se obligavit; quibus irrevocabilis fuit effectus iuxta legē 44. *Tauri hodie. l. 4. tit. 7. lib. 5. recopil. Molin. lib. 4. cap. 2. num. 17. vers. Sed si maioratus.*

Tertia causa † propter quam revocari non potuit, est, quia institutor scripturam donationis primo donatario tradidit, ibi: *Te entregare, como por la presente le entrego la escriptura.* Et hac traditione, irrevocabilis efficitur dict. l. 44. *Tauri*, & Molin. loco citato n. 10.

Quarta causa, † quia institutor tradidit bona Maioratus primo donatario clausula constituti, quæ idem operatur, ac si fuisset realis, & vera traditio dict. l. 44. *Tauri*, & Molin. loco citato num. 4.

Sed his omnibus † iterum obstat fortissime dicta clausula Regiæ facultatis, quæ amplissimam institutori concessit, ut maioratum revocare posset, etiam si sit institutus ob causam onerosam, cum acceptatione, & traditione bonorum; quibus non obstantibus illum revocare posset toties quoties donatori, seu institutori libuerit: quibus præclusa via videtur omni defensionem, quæ in favorem maioratus allegari possit: ut expressè tenet D. Molin. lib. 4. cap. 2. num. 78. ibi: Nam quamvis maioratus institutus, Regia facultate præcedente, ex acceptatione, atque possessionis traditione, vel ex causa onerosa irrevocabilis effectus fuerit, his non obstantibus, revocari poterit, si in Regia facultate adiectum fuerit, quod post maioratus institutionem possit eum institutor, illum liberè

re vocare. Pater Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 587. num. 2. Mier. de maior. 1. part. quest. 38. per totam, & ita expressè cavetur in dict. l. 44. Tauri hodie. l. 4. tit. 7. lib. 5. recop. in qua postquam fuit dictum donationem irrevocabilem effici illis quatuor modis, suprâ relatis, limitat, ibi: *Salvo si en el poder de la licencia, que el Rey diò, estuviessen clausulas para que despues de fecho, lo pudiesse revocar.* Ergo absque dubio potuit institutor maioratû iam fundatum revocare, quamvis prædictas clausulas irrevocabilitatis haberet; & relinquere bona libera filio, eiusq; heredibus, & successoribus, ut reliquit: ac per consequens ultimus illorum possessor potuit de illis disponere in favorem istius donatarij.

14 Sed huic vrgentissimæ objectioni t facillimo negotio satisfaciam, in facto supponendo, quod institutor expressè huic facultati sibi à Rege concessæ, revocandi maioratum, renuciavit in ipsa donatione, seu institutione, in illis verbis: *En tal caso renunciò la clausula de la dicha facultad, que de suso va incorporada, &c.* Et inferius: *Digo que en quanto à esto no quiero usar de la dicha facultad, sino antes la renuncio, en quanto no pueda revocar este dicho mayorazgo: è aunque lo revoque no vale, &c.* Et cum huic facultati Regiæ renunciasset, non potuit postea maioratum revocare: est elegans, & expressa doctrina D. Molin. dict. lib. 4. cap. 2. nu. 79. cuius consilium in hac maioratus fundatione observantissimè fuit insequentum, ibi: *Est autem optimum consilium, ut quoties maioratus ex Regia facultate instituitur, is qui illum irrevocabilem efficere intendit, in ipso maioratu hanc clausulam post traditionem rerum maioratus adicere faciat. Quod scilicet maioratus institutor promittit maioratum perpetuò firmum habere, atque ratum, atque illum nunquam revocare ex quacûmq; causa, quæ ad illius revocationem super veniat: & quod quantum ad hoc ipse renunciat licentiæ sibi ex Regia facultate concessæ, ad hoc, ut post*

ipsum maioratum institutum possit illum, pro ut sibi libuerit, revocare: qua promittit se nunquam usurum. Et cum institutor maioratus hanc renunciationem fecisset, certissimum est, postea illum revocare non posse, in viridisque observantia existere, ut iure maioratus in illum succedendum fit.

§. III.

Deficientibus omnibus descendantibus institutoris Maioratus, consanguineis non vocatis, an bona maneant libera in ultimo possessore?

15 **A**Lio titulo t ilte prætenfor in- tendit successionem huius maioratus, scilicet, quia ultimus possessor, qui illi bona maioratus donavit, erat ultimus ex vocatis ab institutore, qui sine liberis decessit, nullis remanentibus filijs, & descendantibus institutoris: & quando hoc accidit, in ultimo possessore bona remanent libera, de illis que ad libitum disponere potest, tanquam de alijs suis bonis Patrimonialibus, ut in iure notissimû est; Sed hæc prætensio removetur, nam institutio maioratus, Regia facultate præcedente, cum omnibus suis qualitatibus facta est, & illa supposita, successio maioratus debet esse perpetua in quo succedere debent omnes de familia, etiam in millesimo, & vltiori gradu absque limitatione ad tertiam, nec quartam generationem, ut docuit D. Molin. de primog. lib. 1. cap. 3. num. 14. ibi: *Nonum quod sicut Regni successio perpetua est, in eoque semper succedit proximior, etiam si sit in millesimo gradu, &c.* Ita etiam maioratus successio perpetua esse debeat, deferrique ad omnes de familia, etiam in millesimo, & vltiori gradu existentes: non habita ratione tertie, nec quartæ generationis. Idem docuit in c. 4. n. 16. vers. Item maioratus successor, & seqq.

16 Sed fortè aliquis obijciat, † institutorem Maioratus non perpetuas vocaciones fecisse; sed tantum eius descendentes vocasse; non verò consanguineos transversales. Cui obiectiōni respondeo, ex sola institutione Maioratus intelligi, omnes transversales consanguineos in quolibet remotissimo gradu vocavisse: ut docet idem D. Molin. dict. cap. 4. num. 14. ibi: *Item cum bona maioratus subiecta perpetuo debeant in familia remanere, maioratum instituens censendus est facere omnes substitutiones ad ipsam perpetuitatem inducendam necessarias, & sine quibus ipsa bona perpetuo in familia conservari non possint; etsi id aliter non expresserit.* Idem tenent plurimis relictis eius additionat. dict. cap. 4. num. 13. & 17. D. Ioan. del Castil. lib. 2. contro. cap. 22. num. 52.

17 Fateor equidem, † omnes expressè vocatos, eorumque descendentes defecisse; sed certissimum est, adhuc existere tacitas vocaciones consanguineorum transversalium, quæ tacitè in institutione includuntur, iuxta naturam maioratus, in quo succedere debet proximior consanguineus ultimi possessoris, qui fuerit de familia institutoris, iuxta text. in l. cum ita legatur §. in fideicommissis, ff. de legat. 2. ibi: *Admitti possunt, qui nominati sunt: aut potest eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt, eo tempore quo testator morietur.* Id expressè tenet Molin. dict. lib. 1. cap. 4. num. 17. ibi: *Preterea cum bona maioratus, ut superius diximus, in familia perpetuo conservari debeant, ex eo cōsequitur, quod ipse maioratus, deficiente expressa vocatione, non finiatur: sed quod extinctis his, qui nominati sunt, maioratus successio ad proximiores non nominatos de venire debeat.* Et inferius n. 21. *Quæ omnia in casu, de quo agimus apertius procedunt: cum ex hac verbo, Maioratus, ab eiusdem institutore expresso, hæ omnes substitutiones necessario deducantur, ut bona ipsa in familia conserventur, ut superius dictum, ac probatum est. Ex quo fit, ut etsi in specie hæ substitutiones ab institutore factæ non fuerint: expressæ tamen censenda sint.*

Idem tenet num. 23. ibi: *Vltimas autem non erit is, qui vltimo nominatus in scriptura Maioratus fuerit; sed vltimas, qui ex familia supererit: cum post nominatus vocati censentur proximiores, qui ex familia supersint.* Et melius d. cap. 4. num. 37. nostram quæstionem proponit, & resolvit; ibi: *Ideoque hac specie tanquam clarissima præsupposita, dubium nostrum versabitur in casu longè difficiliore, quando scilicet Maioratus in filio testantis, & eius descendentibus institutus fuit. Et dubitatur an eis deficientibus, & etiam alijs filijs, ac deficientibus institutoris, ad transversales, eiusdem Maioratus successio devolvatur, seu ipse Maioratus, deficiente linea descendentium ipsius institutoris, expiret.* Et postquam pro ratione dubitandi aliquas proposuit num. 39. sic resolvit: *His tamen non obstantibus, contrarium in hac specie dicendum erit. Ea namque est Maioratus natura, ut ea bona, quæ Maioratus subijciuntur in familia ipsius Maioratus institutoris perpetuo conservari debeant, ut superius dictum & probatum est, quæ perpetua conservatio per subrogationem eorum, qui ex eadem familia processerint, facienda est, si vè hi descendentes, si vè transversales respectu primi institutoris fuerint.* Cum ergo supersint consanguinei ex familia, ut inferius apparebit, certissimum est, quod non fuit vltimus possessor, vltimus de familia, in quo bona Maioratus libera remanserunt, cum alij supersint ex familia, & ideò non potuit de illis disponere, donando, ac si libera fuissent.

Iam legitimè remanet exclusus iste prætor, † qui ex tribus titulis extraneis successione bonorum intendit, nisi fortè tanquam cognatus transversalis magis propinquus vltimo possessori Maioratum prætendat; in quo casu proximitas cuiuslibet regulanda erit iuxta inferius dicenda. Hoc ergo excluso, lis, & controversia versatur inter duos consanguineos descendentes, ab avo paterno institutoris, quorum vnus descendit à filio masculino prædicti avi; & alter à filia eiusdem avi: sed cū hæc
diffe-

differentia : quod qui descendit per virilem sexum à filio masculino, in septimo gradu consanguinitatis invenitur cum institutore, & ultimo possessore : alter verò, qui per foemineum sexum à filia derivatur, in sexto gradu consanguinitatis est cõstitutus, & sic in proximiori gradu. His ergo suppositis, queritur quis horù in successione Maioratus sit præferendus. Et hic casus accidit in Numantina Civitate Regnorum Castellæ, inter Don Lucam de Barnuebo Equitem Ordinis Alcantara, qui electionem, & nominationem obtinuit ab ultimo possessore, de quo hucusque loquutus fui : & Don Ioannem de Salazar & Barnuebo, Equitem Ordinis Divi Iacobi, dominum Villarum de Peregrina, & la Cabrera, quem in hac causa patrocinavi, & hic est consanguineus in sexto gradu per foemineum sexum : & qui occupat septimum per virilem, est Don Franciscus de Barnuebo : & omnes successione Maioratus præferunt de Albocaba, & Tobajas, quem instituit in forma regulari Domna Eluira de Barnuebo, vt supra est relatum.

S. IV.

Representatio legis 40. Tauri in successione Maioratus, an sit extendenda ad transversales institutoris; vel tantum restringenda ad transversales ultimi possessoris descendentes ab institutore?

Præterensionem dicti D. Francisci ¶ 19 videri ius, & iustitiam patrocinari, lucèque esse meridiana clariorem : quod sic probò. Ultimus possessor istius Maioratus sine liberis, & descendentibus decessit; in quo casu recurrendum est ad cõsanguineos transversales, qui processerint de familia institutoris, vt satis probatum relinquo;

& docet D. Molin. lib. 3. de primog. cap. 9. num. 2. ibi : *Similiter etiam præmittendum erit, dubium hoc non esse proponendum inter illum, qui ultimo possessori proximior est : non tamen ex familia primi institutoris procedit. Is namque à quocumque alio remotiori, qui ex familia primi institutoris Maioratus descendat, excludetur.*

Inter ¶ hos litigatores consanguineos representatio admittitur, quam lex 40. Tauri statuit, quæ hodie est l. 5. tit. 7. lib. 5. recopilat. quæ sic se habet : *En la sucession del Mayorazgo, aunque el hijo mayor muera en vida del tenedor del Mayorazgo, ò de aquel à quien pertenece : si el tal hijo mayor dexare hijo, ò nieto, ò descendiente legitimo, estos tales descendientes del hijo mayor por su orden presieran al hijo segundo del dicho tenedor, ò de aquel à quien el dicho Mayorazgo pertenezia. Lo qual no solamente mandamos que se guarde, & pratique en la sucession del Mayorazgo à los ascendientes : pero aun en la sucession de los Mayorazgos à los transversales : de manera, que siempre el hijo, & sus descendientes legitimos por su orden representen la persona de sus padres, aunque sus padres no ayau sucedido en los dichos Mayorazgos, &c.*

Ex qua lego ¶ etatissimè probatur, representationem esse admittendam inter transversales; & hoc fieri absque gradus limitatione: nam sicut in representatione personæ ascendentis absque restrictione gradus, seu personæ representatio effici debet, & nedum est extendenda ad nepotem, sed etiam ad pronepotem, & ad omnes alios ascendentes, vt tenet Dom. Molin. lib. 3. cap. 7. num. 5. & 6. ibi : *Secunda conclusio, quod quâdo agitur de successione ascendentium ius representandi : nedum ad nepotem : sed etiam ad pronepotem, & omnes alios descendentes protrahendum erit. Et namque est representantis natura, & quando agitur de representando personam ascendentis, id absque restrictione gradus, seu personæ effici possit. Ita similiter quâdo representatio est facienda inter transversales, qui non tantum dicuntur hi,*

qui ipsi Maioratus institutori transver-
sales sunt: sed etiam, qui quamvis ab
eo non descendant: ultimo tamen Ma-
ioratus possessori per lineam transver-
salem coniunguntur. Hi namq; habita
consideratione proximitatis ad ultimū
possessorem, proculdubio tanquam
transversales considerandi sunt, ut te-
net ipse D. Molin. loco citato. num. 8.

Ex quo sequitur, † quod cum Don
Franciscus repræsentet personam sui
proavi, vel tritavi, qui erat masculus,
& ius primogenituræ habebat; & se-
cundum naturam Maioratus præferri
deberet eius sorori, licet primogeni-
tæ, à qua D. Ioannes descendit: ex hoc
iure repræsentationis D. Franciscus est
præferendus D. Ioanni; etiamsi iste in
proximiori gradu existat. Quod clarif-
simè probatur ex d. l. Tauri, ibi: *Dema-
nera, que el hño mayor, y sus hños, y de-
cendientes legitimor por su orden represen-
ten la persona de sus padres: aunque sus
padres no ayen succedido en los Mayoraz-
gos.* Et D. Molin. d. lib. 3. cap. 6. num. 48.
ponderans illa verba, sic scripsit: *In
quo animad vertendum est, quod lex Tauri
non dixit, representen el grado de paren-
tesco, ò de proximidad de sus padres:
Imò dixit: que representen la persona
de sus padres. Quod verbum est ma-
gis generale, & potius ad qualitatem pri-
mogenituræ, quæ residebat in persona patris:
quam ad gradum, referendum est. Quæ
verba istum Doctorem videtur dixisse,
respicendo nostrum casum, in quo in
hac repræsentatione non esse attenden-
dū gradum consanguinitatis, nec pro-
ximitatis prætenorum: sed potius qua-
litatem primogenituræ, quæ residebat
in persona tritavi D. Francisci: non ve-
rò ad gradum proximiorum, quem te-
net D. Ioannes.*

Hæc doctrina confirmatur † alia e-
iusdem Dom. Molin. d. cap. 6. num. 51.
*vers. ex quibus, ibi: Ex quibus consequi-
tur ex dictis legibus paritarum, & Tauri,
non esse consideratam gradus, sed lineæ
primogenitorum repræsentationem: cum v-
bi gradus non representatur, sola represen-*

*tatio lineæ primogenitorum omnes in proxi-
miori gradu existentes excludat. Idque mi-
hi verum videatur.* Et in eius veræ doctri-
næ comprobationem plurima invenit
ex num. 48. usque in finem; quibus ne-
gari non posse videtur legitimam suc-
cessionem D. Francisci, exclusionemq;
D. Ioannis.

Hac maxima difficultate non obsta-
te † constantèr defendendum putabam,
D. Ioannem esse huius Maioratus le-
gitimum successorem, ad præferendum
D. Francisco ex sequentibus. Primo,
de iure communi certissimum est, re-
præsentationem ultra filios fratrum nō
transire, ut probatur, ex textu in *Au-
thent. post fratres, & ibi Doctores, C. de le-
git. hered. & cum lex 40. Tauri sit iuris
communis correctoria, in quantum pos-
sibile est, debet restringi, & non am-
pliari.*

Ideoq; † licet prædicta lex ius re-
præsentationis admittat inter descen-
dentes primi institutoris, & ultimi pos-
sessoris in infinitum, etiam si transver-
sales sint ultimi possessoris: non tamen
admittit istam repræsentationem inter
transversales institutoris Maioratus,
qui ab eo originem, nec descendantiam
habent, ut in nostro casu, in quo nemo
descendit ab institutore; sed illi con-
sanguinei transversales sunt, tam ipsi,
quam ultimo possessori. Et hic casus nō
est comprehensus in dicta lege Tauri,
nec de illo fuit loquta: & remanet sub
dispositione iuris communis, in quo
ius repræsentationis non admittitur, sed
proximior cognatus succedit, ut est dis-
positum in dict. *Authent. post fratres, C. de
legit. heredi.* hanc tenet doctrinam Greg.
Lopez in l. 2. tit. 15. parti. 2. verbo *El mas
propinquo pariente, vers. sed quid si aliquis,
columna 2. vbi sic ait: Sed quid si aliquis
in dispositione maioris voca vit filios, &
descendentes suos, & in eorum defectu pro-
ximiorum sibi consanguineum: & ex de-
fectu descendantium maiora venit ad col-
laterales constituentis (qui est noster ca-
sus) & tunc reperitur nepos unus fratris
minoris, & alius princeps fratris maioris,
quis*

quis istorum preferetur? Videtur quod nepos fratris minoris, quia proximior; per textu notabilem in l. Si libertus præterito, ff. de bonis libertor. in §. Si libertus, & quia isto casu pronepos fratris maioris non representat personam patris, ex notatis per Barthol. & Paulum in Authent. post fratres, Cod. de legit. heredib. Neque obstat lex Tauri 40. quia illa procedit in descendentes à primo constituyente.

26 Idem docet Anton. Gom. † in l. 8. Tauri & Velasquez de Avendaño in d. l. 40. Taur. glos. 14. ex num. 22. usque ad 30. Mieres de Maioribus 2. part. quest. 6. nu. 31. Robles de representat. in fine operis in addition. ad librum 2. num. 66.

27 Sed adhuc urget difficultas; nam D. Molin. lib. 3. cap. 7. à nu. 1. movet hanc questionem: utrum, scilicet representatio, quæ ab eadem lege descendens, & transversalibus in Maioratum successione conceditur, genericè ac absolute accipienda, ac intelligenda sit: an ad aliquas personas, seu gradus restringatur; & usque ad nu. 9. ait: plurimis visum esse dictam legem Tauri non esse intelligendam de his transversalibus, qui à primo Maioratus institutore non descendunt: sed de his solum, qui ab eo descendunt: Respectu tamen ultimi possoris transversales sunt. Sed num. 10. dicit, hanc opinionem esse subilem; contrariam tamen sententiam sibi veriorē esse videri, eamque fundat usque ad num. 11. Sed in vers. Quæ omnia, iterum de vera iuris resolutione dubitavit & ita dixit: Tamen si fors in ex adverso dici possit eam legem solum representationem illam, quæ à iure communi concessa erat usque ad filios fratrum, & ad omnes descendentes ipsorum fratrum, in infinitum extendere; non autem novam representationem introducere inter eos transversales; inter quos iure communi nulla erat cognita representatio: facilius enim quid coadunatur, quando in sua radice fundatur, l. Sicuti, §. Sed si queratur, ff. Si servit. vendicet. Nec tunc specialia quoad idem introducenda sunt: Quamobrem de hoc ultimo cum casus contigerit, deliberandum erit. Ex

quo ultimo tremore huius doctissimi Magistri suspensa est resolutio suæ doctrinæ usque dum inferius illam patefaciat.

Postquam Dom. Molin. hæc scripsit, 28 dubium, quod reliquit deliberandum, laussumè explicavit in allegatione, quam fecit pro Domino Rege nostro Dom. Philippo II. super successione Regni Portugaliz cum Ducissa de Berganza, in qua resolvit, & docuit representationem, quam lex 40. Tauri adnisi inter descendentes, & transversales, intelligi debere, quando ius primogenituræ fuit radicum in illo ascendenti, qui representari præteritur, & sic ait: Nam etiam si representationem inter descendentes, & transversales concedat lex, requiritur necessario, quod ius primogenituræ radicum fuerit in ea persona, quæ representari præteritur: neque tale ius representandi, si bene considerentur eius verba, conceditur, qui nunquam ius primogenituræ, vel primam causam in successione in vita parentis obtinuit; quod vedum inter transversales, sed etiam inter descendentes necessarium esse præsupponit, pro ve constat ex eius verbis, ibi: Aunque el hño mayor muera en vida del tenedor del Mayorazgo, & ibi: Si el tal hño mayor dexare hño, ó nieto, & ibi: Estos tales descendientes del hño mayor: & in vers. Similiter, ibi: Si eniro nullo tempore pater illius, qui hanc lineam primogeniti representare intendit primogenitus fuit, neque primam causam in successione habuit, vel si eam habuit, ea erit variabilis aliter, nam eius morte, nullus ex scribentibus quos idem viderim, qui vilegiū eam lineam representandi concessit; non enim potest representari aliquis ex persona illius, qui nullum ius primogenituræ obtinuit, neque ius primogenituræ potest à patre ad filium transmitti, qui nullo tempore suus primogenitus.

Hanc eandem doctrinam † meo videri, ante istam allegationem ipse eru- 29 ditissimè scripsit lib. 3. de maiorat. cap. 7. num. 1. & sic dixit: Prima igitur conclusio sit in maioratus successione solum in eo casu representationem filio concedendam esse

quo eius pater si vi veret, posset in maioratu succedere. Cum enim ea successio ex repræsentatione personæ parentis deferenda sit consequens est, ut pater, qui non est vocatus, nec posset etiam si vi veret in maioratu succedere, non possit à filio repræsentari. Cum non possit plus iuris esse in causato: quam in influenti potentia causæ; & ibi alia notabilia inveniuntur.

30 Eandem doctrinam sequitur Robles in additionibus ad tractatum de repræsent. lib. 2. cap. 29. num. 41. cum plurimis ab eo relatis. Et post eos citatos, Roxas de incompatibilit. part. 8. cap. 5. num. 56. vers. Ac per consequens, hanc deducit consequentiam, ibi: Ac per consequens inter transversales institutoris maioratus non est locus repræsentationi; ut post alios dicunt Ribera dict. num. 176. Vincent. de Franch. decis. 266. Andreas Georgi. allegat. 30. ex num. 70. Franc. Ponte cons. 39. num. 16. usque ad 27. Ce Vallor practicar. quest. lib. 3. quest. 762. ex num. 168. & lib. 4. quest. 905. à num. 97. Regens Ioan. Bapt. Valenzuela con. 23. à num. 38. lib. 1. & Phebus decis. Lusitana 44. Ex quibus probatur prædicta conclusio; quod inter transversales institutoris maioratus non est locus repræsentationi, quæ præterdit D. Franciscus.

31 Allegationem D. Molin. de qua supra mentionem feci nu. 28. refert Cevall. practic. lib. 3. qua. 762. ex num. 192. & per totam quæstionem, in qua, & in quæstione 905. ex num. 97. firmissimè tenet contra D. Ioannem del Castillo prædictam conclusionem; omninò excludens repræsentationem inter transversales institutoris maioratus, quam admisit Castillo lib. 3. Variar. cap. 19. ex num. 90. ad 95. ubi pro vna, & altera parte quemlibet suam opinionem defendendo ad saturitatem invenire poteris: eandem opinionem Castelli tenet Gutier. lib. 3. pract. quest. 66. ex num. 13.

32 Sed qui expressissimè partem negativam tenet, est Valenzuela Velazquez cons. 33. num. 61. ibi: Nec obstat lex 40. Tauri, per quam dicere intendunt, re-

præsentationem fuisse ad transversales extensam ultra filios fratrum, idque habere locum in quolibet gradu, & in quolibet successione maioratus, ut tradit Molina lib. 3. de primog. cap. 7. num. 10. quia respondetur quod lex illa solum procedit indescendentibus institutoris, qui esse transversales ultimo possessori, & non habet locum in transversalibus primi institutoris, in quibus adhuc stante lege 40. Tauri non admittitur repræsentatio, sed unusquisque succedit secundum proximitatem gradus, in quo reperitur, remota repræsentatione.

Iam vides Doctores † in contrarias 33 ivisse sententias, & unusquisque suam firmiter defendit: & adeo anceps, & dubia est hæc quæstio, ut ipsi DD. metis trepidationem habuerint, modò affirmativam, modò negativam amplectentes, ut in D. Molin. iam vidisti; & clariùs se ipsum impugnavit Robles de repræsentat. lib. 2. cap. 29. n. 34. & 35. ubi movens illam quæstionem, & referens DD. pro utraque parte, sic dixit num. 35. Verior tamen opinio est affirmativam, intelligendum esse, tam de transversalibus fundatoris, quam ultimi possessoris, & postea in additionibus additum cap. 29. num. 39. recessit, & ait: Supra dicta intelligenda sunt de transversalibus ultimi possessoris; sed descendantibus ex maioratus institutoris; non verò de transversalibus primogenij institutoris: nã tunc repræsentatio cessaret, & ratione fulcitur: quia primogenitura ab ultimo possessore, eiusque ascendèntibus, semper fuit occupata; qua propter ius primogenituræ in persona repræsentanda, & eius ascendèntibus numquã recedit, cum vno eodèmq; tempore à multis possideri non poterat; sed penes unum solum esse debebat. Ergo linea primogenituræ à transversali tritavo, apud quem nunquam fuit, ad nepotem, qui eum repræsentare vult, derivari & continuari nō potest, hinc mo plus iuris 54. ff. de regul. iur. l. in universis 11. C. qui dat. tutor. posses. Paul. cons. 164. num. 4. & 5. lib. 2. Præposit. in cap. 1. num. 14. de feudo Marchie, Decius cons.

397. num. 8. vol. 2. Afflict. in cap. vnic. §. omnes filij ex num. 11. vsque ad 32. si de feuto fuer. controvers. Roland à Valle conf. 39. nu. 49. & 50 lib. 4. & in responsio pro Trivalty's num. 73. 74. & 76. Ribera in dict. respons. à num. 132. precipue n. 138. Vbi nu. 176. plures citat Menoch. conf. 269. num. 64. 65 & 67. lib. 3. Peregrin. conf. 33. num. 27. lib. 2. & colligitur ex Molina lib. 3. de Hispan. primog. cap. 6. ex num. 30. & expressius in responsio pro eodem Rege num. 140. ac per consequens inter transversales institutoris maioratus non est locus representationi.

34 Et hoc ¶ non tantum de iure communi; sed etiam de iure Regio servandum est: nam secluta Doctorum controversia, adhuc dicendum est, representationem esse concedendam, quando transversales ultimi possessoris sunt descendentes à primo fundatore, vel quando actualis successio maioratus transversalium lineam ingressa est, à qua ultimus possessor & succedere intendentes descendunt, & ab institutore in eos derivatur, & continuatur linea prætenorum. Ut probat Robles vsque ad num. 62. Cum ergo D. Franciscus prætendat representationem sui tritavi, qui nunquam habuit lineam primogenituræ, quia tunc maioratus fundatus, nec institutus erat, cum esset avus fundatoris, ideo non potest derivari ad pronepotem, primogenitura, quam nunquam habuit, nec in eum transferre tritavius potuit.

35 Sed adhuc ¶ ex alio capite fortius urgeat difficultes; nam habemus pragmaticam sanctionem anni 1613. (quæ est lex 14. tit. 7 lib. 5. recopit.) in qua omnino hæc controversia sedata est, & indistinctè omnes transversales, tam ultimi possessoris, quam institutoris ad representationem admittuntur in successione maioratus, quæ sic se habet: ¶ sucedan por representacion de los descendientes à los ascendientes en todos los casos, tiempos, lineas, y personas, en que los ascendientes ayen muerto antes de

sucedan en los tales mayrazgos, aunque la muerte aya sido antes de la institucion de ellos, sino es que el fundador huviera dispuesto lo contrario, y mandado que no se succeda por representacion, expresandolo clara, y literalmente, sin que para ello basten presumpciones, argumentos, ó conjeturas por precisas claras, y evidentes que sean lo qual se guarde sin distincion, ni diferencia alguna, no solamente en la succession de los mayorazgos à los ascendientes, sino tambien en la succession de los mayorazgos à los transversales, y no solo en los transversales à el ultimo possessor, sino tambien en los que lo fueron del instituidor.

Hanc pragmaticam tetigit, ad præ- 36 sens que institutum examinavit prædictus Robles in dictis additionibus ad tractatum de representatione ex n. 63. omnia verba illius expendens, & nu. 66. sic resolvit, ibi: Quia nihilominus respondetur pragmaticam intelligendam de descendensibus institutoris maioratus ad successiones vocatis, aut de eorum transversalibus consanguineis, etiam ad eum in vitatis, cuius successio iam eorum lineam ingressa, & in ea radicata erit; & in fundamentum sententiam; & tandem num. 64. sic concludit, iugis que concordat, ibi: Et de iomnes ista leges debitas, & necessaria concordantia remaneant, intelligenda sunt, quod inter descendentes institutoris maioratus filius maior primogeniti fundatoris præfuntibus ante, vel post maioratus institutionem, non generalis, & non hereditas, vocatio fuit patrio præferatur, si ve linea primogenituræ, si ve actualis successione radicate in capite sui ascendente sit. Idem idicendum est inter transversales, vel extraneos institutoris, quando maioratus successio iam ingressa fuerat eorum lineas, quorum descendentes prætendunt successione admittunt, si ve linea primogenituræ, si ve graduali successione: secus autem erit indidum, quando successione ingressio instituta accipit in transversalibus, vel omnino extraneis institutoris, tunc enim, exclusa representatione, proximior succedit. Tandem ¶ quando virtute huius pragmatice, 37. adhuc dicitur inter institutoris maioratus trans-

transversales, si ve extraneos representacionem procedere in ingressu successionis in sua linea, intelligendum est in maioratibus post, non ante Pragmatica editioem, cum lex correctoria, aut ius novum inducens ad præterita non trahatur, sed futuris tantum negotijs regulariter provideat, &c.

§ 8 Hæc Pragmatica condita fuit ad sedandas lites, quæ ex tanta contrarietate opinionum oriebantur, ut ibi dicitur: *Y de averse dicho en ella que esto sea. (salvo si otra cosa estubiere dispuesto por el que primeramente constituyò, y ordenò el mayorazgo) han salido diversas dudas sobre colegir de la disposicion, y palabras del instituidor, quando es visto quitar la representacion, y aver dispuesto, o tenido voluntad, que no la aya, de que se han requecido muchos pleytos, con gran dano, y costas de las partes, y deseando el Reyno que se quite la orasion de ellos, &c.* plura iurgia ex illa oriri videntur: nam, ut vidisti, Robles tenet, hæc Pragmatica nihil obstante, transversales consanguine i institutoris maioratus representationem non habere; sed tantum esse intelligendam inter transversales ultimi possessoris. Et tandem quando dicatur, esse intelligendam inter transversales institutoris, adhuc esse limitandam in maioratibus post Pragmaticam institutis, per illa verba: *Que de aqui adelante se hizieren.* Quæ doctrina retenta, certissimum est, Don Franciscum ius representationis non habere; nam institutio maioratus fuit facta, regnante Imperatore Carolo Quinto, & sic pluribus annis ante editionem Pragmaticæ; sed huic opinioni viriliter adversatur, quamvis eam non vidisset, Castillo lib. 4. *variar. cap. 56. ex num. 82. usque in finem capituli*, ubi firmiter tenet, dictam Pragmaticam locum habere non solum in maioratibus post ipsam fundatis, sed etiam in antiquis, & litibus decidendis, tam ortis, quam post eam oriundis: ex quibus cognoscitur antiquam questionem inter DD. disputatam, in contrariâsq; opiniones diffusam, adhuc post Prag-

maticam indecisam remanere: nullumque fructum ex illa esse collectum. Sed à me visis, & consideratis fundamentis, & doctrinis pro vna, & altera parte adductis, licet causam D. Ioânis patrocinaui, quia Advocatus tenetur opinionem probabilem sequi in defensionem sui clientuli, nam nescit, quam iudices aleaturi sunt; sed nunc, cum scribam ut Doctor, & verâ Jurisprudentiâ eligere proposuerim; omnibus à me dictis non obstantibus, scencio securiorem esse quâ amplectitur D. Ioan. del Castillo, magisque veritati rationi, & Pragmaticæ consonam. Et in prædicta lite prima sententia fuit prolata ad favorem D. Lucae de Barnuevo; secunda verò in gradu supplicationis ad favorem D. Francisci: quo remanet probata doctrina D. Ioannis del Castillo, cui ad hæc.

DISCURSUS IV.

De concurrentia viduæ, & successoris Maioratus.

SUMMARIVM.

1. **M**otivum Authoris ad hæc questionem pertractandam.
2. Donatario bonorum mariti cum clausula consueti, & vidua concurrentibus, si quilibet illorum petat retentionem, vidua est præferenda cum decisione Senatus.
3. Vidua ab instanti mortis mariti ipso iure in Cathalonia possidet ei viliter, & naturaliter bona mariti: sed successor maioratus non possidet, sed immisionem possessionis intentat.
4. Successor maioratus si de facto possessionem acquisierit, & remedium interim proponat, & vidua maintenancem intenter, vidua est concedenda, licet sit spoliata: & præferri spoliatori debet.

Sen-

5. Sententiam contrariam, qua tenet successorem maioratus vidua esse preferendum, tenet Author.
6. Objicitur contra Authorem ex suis doctriinis.
7. Cathalani Authores tenent, mulierem pro dote non habere tenutam simplicem, nec compositam in bonis maioratus.
8. Successor maioratus nõ solum habet remedium leg. fin. C. de edict. Div. Adria. tollen. ad adipiscendam possessionem, sed etiam remedium retinendæ.
9. Tenuta simplex, nec composita non cõpetit viduæ in bonis maioratus instituti ab extraneo: & ideò in illis preferenda est à successore maioratus: & iuxta aliquorum sententiã, idem observari debet, etiam si ab ascendenti sit maioratus institutus.
10. Concordia Authoris, quam fuit amplexus romissivè.
11. Doctrina Ramonis explicatur.
12. Doctrina Fontanella etiam explicatur, quibus contraria argumenta diluuntur.

DISCURSUS IV.

De concurrentia viduæ, & successoris Maioratus.

SI AD BONA MARITI defuncti, quæ erant maioratus, seu fideicommissi, concurrant vidua petens tenutam Constitutionis Hac nostræ, tit. de solto matrimonio, pro sua dote, & sponsalicio; Et successor Maioratus, vel fideicommissi, petens immisionem possessionis remedio leg. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen. simul cum mantentione retinendæ, quis preferendus sit?

HÆc quæstio ÷ novissima est, à nemineque exagitata, præsertim in hoc Principatu Cathalonix, in quo hucusque cognitum non erat remedium leg. finalis, C. de edict. Div. Adrian. tollen. vt successor in maioratu, vel fideicommissio, etiam perpetuo possit intentare immisionem possessionis prædictorum bonorum, & tenutam retinendæ. Et quia hic casus frequenter est occurrendus, necessum mihi videtur, illum disputare, vt vera Iurisprudètia eliciatur. Et quod mulier sit præferenda, faciunt sequentia.

Primò, ÷ si maritus donavit bona sua cum clausula constituti, & decedat: & concurrant donatarius, & vidua: & quilibet illorum petat tenutam; vidua est præferenda: quamvis virtute clausulæ constituti in donatarium fuerit translata possessio civilis, & naturalis tempore donationis, ante mortem mariti, vt tenet Ramon conf. 97. qui in terminis hanc quætionem excitavit his verbis: *In interdicto interim summarissimo, quis manutenendus sit in possessione, an donatarius vigore clausulæ constituti, an vero vxor beneficio Constitutionis Hac nostræ: & tenet vxorem esse præferendam, & suam probat sententiam decisione Senatus Cathalonix; sed successor maioratus, seu fideicommissi agens remedio l. fin. non tenutam, seu remedium retinendæ præterdit, vt donatarius; sed adipiscendæ, vt in possessionem mittatur, quod minus privilegiatum est: ergo mulier pro sua dote, & sponsalicio ei præferenda erit.*

Secundò, ÷ vidua ab instanti mortis mariti ipso iure ministerio Constitutionis Hac nostræ possidet civiliter, & naturaliter bona mariti: sed successor maioratus, vel fideicommissi non possidet, sed possidere, & immisionem possessionis intentat: ergo vidua possidens est præferenda: Imò etiam si successor de facto possessionem, seu detentionem bonorum acquisierit, & etiam remedium interim proponat ad se in possessione tuendam, est

est ei manutentio deneganda, & concedenda viduæ, ea ratione, quia Constitutio in eam transtulit possessionem civilē, & naturalem, † & licet ab ipsa sit spoliata, præferri spoliatori debet, vt tenet Font. *de pact. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 30. ibi: Quia in viduam translata fuit possessio civilis, & naturalis, & potiora iura habeat, quam is qui ex post factis corporalem nactus fuit.*

Sed his minimè obstantibus, † contrariam amplector sententiam; scilicet, successorem maioratus, vel fideicommissi perpetui mulieri esse præferendum, quod sic probo. Primò, mulier pro sua dote, & sponsalitiis habet tenentiam Constitutionis *Hæc nostra* in bonis mariti, quæ possidebat tempore mortis, vt constat ex ipsa Constitutione: sed bona maioratus non sunt bona mariti, nec ab illo recipit successor, sed à primo institutore, vt latè probavi *lib. 2. discurs. 8. ex num. 18.* Ergo in istis bonis maioratus mulier non habebit tenentiam, nec poterit præferri successori maioratus, sed potius successor erit præferendus.

Sed objicies, † hoc directè esse oppositum meæ sententiæ, quam retuli *lib. 1. discurs. 8. ex num. 20.* & multo fortius contra ea, quæ dixi *lib. 1. discurs. 5. ex num. 14* quibus in locis tenui, tenentiam saltem simplicem viduam in bonis maioratus habere, vt illa retineat donec de dote, & sponsalitiis sit satisfacta, & soluta: Imò in *dict. discurs. 8. num. 34.* pro concordandis opinionibus, etiam tenui, viduam habere tenentiam compositam, faciendi fructus suos in bonis maioratus, vsque ad concurrentem quantitatem vsurarum dotarium, quæ ei debentur, interim, & donec de dote sit soluta: sed huic objectioni inferius satisfaciam.

Secundò, † Mier. & Oliba in locis à Fontanel. relatis *de pactis nupti. claus. 7. glos. 3. part. 4. num. 3.* & ipse Fontan. *num. 6.* tenent mulierem pro dote non habere tenentiam Constitutionis, nequid compositam, faciendi fructus suos

in bonis fideicommissi, quæ tempore mortis possidebat; imò nec possessionem simplicis tenentiam, ad retinendum bona ratione hypothecæ. Ergo iuxta doctrinam, & opinionem istorum DD. vxor non potest præferri successoris maioratus, nec impedire immisionem, quam præterdit virtute *l. fin.*

Tertiò, † successor in maioratu, vel fideicommissi non solum habet remedium *dict. l. fin.* ad adipiscendam possessionem bonorum, sed etiam remedium retinendæ ad similitudinem *legis 45. Tauri Castellæ*, quia ab instanti mortis vltimi possessoris, ipso iure, in eum transfertur possessio civilis, & naturalis, vt supra probavi hoc libro *discursu 2. per eorum.* Ergo successoris competit hoc remedium, & est manutenendus contra viduam.

Satis doctè, † & eruditè disputavit Font. *loco citat.* Solidissimisque fundamentis tenuit, mulieri non competere tenentiam, nec simplicem, nec compositam in bonis vincularis, cui libenter adhererem, si mihi fas esset, vti magis rationi, iuri, & equitati consonum. Et iuxta illius doctrinam, & antiquorum, quos refert, non dubito, successoris maioratus, vel fideicommissi esse præferendum mulieri in fideicommissi, vel maioratu ab extraneo instituto; secus vero si institutor fuerit ascendens; in quo casu mulier pro tenuta dotis, & sponsalitiis erit præferenda: nisi sententiam Fontanellæ tenueris, & aliam Pegueræ, qui in *decis. 118.* tenuit bona maioratus etiam ab ascendenti instituti, pro dotandis filiabus alienari non posse, vt in Castella fit.

Cum enim viderim † sententias Doctorum huius Principatus tam varias peragrare vias, Senatûque Aulæ tiam esse diuisas & tandem Quædam à Pilo contra fideicommissarios crudeliter arma sumpsisse, & prætextu pietatis erga mulieres, successores maioratum à fructibus spoliasse pro vno denario, etiam si fructus ingentissimi sint, positus in medio, viam concordie

contra meum dictamen elegi, in dicto Discursu 8. concedendo mulieri tenu-
tam simplicem ad retinendum bona,
donec de dote sit satisfacta, & compo-
sitam pro concurrenti quantitate vsu-
farum, quæ ei debentur, donec de do-
te, & sponfalitio sit satisfacta. Sed hoc
ibi intellexi, quando maioratus, seu fi-
deicommissum ab aliquo ascendenti
fuit institutum, vt æquitati Imperato-
ris in Authent. res quæ, Cod. commu. de le-
gat. & in corpore vnde sumitur satisf-
facetm; quam sequuntur Scholæ hu-
ius Principatus, & Regni Aragonum,
licet in Castella non ita observetur, vt
in dicto Discursu 8. retuli. In alijs verò
fideicommissis ab extraneo institutis,
in quibus obligatio dotandi filias, vel
nepotes non invenitur, nequaquam
istam tenutam compositam viduæ cõ-
cessi: nec nunc prælationem conce-
do. Præsertim cum in Discursu 2. huius
libri tenuerim, successori Maioratus
tenutam retinendæ possessionis compe-
tere.

II His prælibatis † non obstat Ramon
conf. 97. nam in prima instantia in fa-
vorem donatarij, & contra mulierem
sententia fuit pronunciata, vt ipse re-
fert in fine conf. & melius Fontan. tom.
2. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 46. vbi cõ-
stanter tenet donatarium esse præfe-
rendum viduæ, virtute clausulæ con-
stitutæ in donatione appositæ, propter
quã donatarius potius, ac melius ius
habuisset, quam vxor. Et licet in se-
cunda instantia sententia fuerit com-
mutata, declarando viduam confer-
vandam, & manutenendam esse in pos-
sessione bonorum donatorum, ex eo
processit, quia probatum fuit, viduam
tempore litis motæ bona possedisse, &
nunquam donatarium possessionem na-
ctum fuisse, & idcò vidua, quæ interdi-
ctum interim intentavit, fuit in sua pos-
sessione conservata: Tum etiam quia
donatio simulationis contra se præ-
sumptionem habebat: & idcò hæc do-
ctrina, Senatûque decilio nihil contra
meam probat.

Ad secundum verò argumentum f. 12.
desumptum ex Fontan. ipse loco cit.
respondet, dū dixit mulierem esse præ-
ferendam, sed addidit hæc verba (Intelli-
ligo in terminis habitibus, nisi alius, qui de
facto possessionem occupavit, potiora iura ha-
beat; veluti si esset filius, & hec ex prima v-
xoris, &c.) in qua limitatione, iuxta
suã sententiã supra relatam, invenitur
casus noster, in quo fideicommissarius,
Maioratusque successor possessionem
realem, & actualem, etiam de facto ac-
cepisset: Nam cum potiora iura ha-
beat; cum mulier in illis bonis vincu-
latis, nec tenutam simplicem, nec cõ-
positam habeat, vt ipse tenet; hinc se-
quitur fideicommissarium, vel succes-
sorem Maioratus, vel fideicommissi
mulieri esse præferendum; & mulierem,
& eius filios heredes nõ esse legitimos
contradictores, ad impediendam im-
missionem possessionis dict. l. fin. Cod. de
edict. Di. v. Adrian. tollend. a successoribus
desideratam, saltem quando ma-
ioratus ab extraneo fuit institutus: cū
etiam habeat tenutam in rebus maio-
ratus, æqualem viduæ; de quo ego nõ
dubito: tu verò melius cogita.

DISCURSVS V.

De Renunciatione Maioratus, & Beneficij.

SUMMARIVM.

1. **C**asus proponitur.
2. **D**efinitio renunciationis beneficij.
3. Beneficium suum renuncians, illud ne-
quit repetere.
4. Renunciatione quis privatur beneficio.
5. Renuncians beneficium abdicat a se
omne ius, quod habebat in beneficio,
& vacat proprietar. titulus, & pos-
sessio.
6. Quod intelligitur, postquam per supe-
riorem fuerit admissa renunciatio.

7. Renuncians rem, videtur illum habere pro derelicto, & ob id possessionem amittit cum dominio.
8. Resignans, quo ad beneficium resignatum, habetur pro mortuo.
9. Voluntarium quod est in principio, ex post facto efficitur necessarium.
10. Renunciatis actiones suas, ad illas non datur regressus.
11. Actio semel extincta non reviviscit; & explicatur textus elegans in leg. qui res, §. aream, ff. de soluti.
12. Iterum explicatur dicta lex in alijs verbis.
13. Renuncians Maioratum pro mortuo habetur, & renunciatio habet effectum ultime voluntatis.
14. Per renunciationem vera vacatio inducitur sicut per mortem.
15. Per renunciationem maioratus transit maioratus ad filios cessionarij, etiamsi talis cessionarius moriatur ante renunciantem.
16. Renunciato maioratu, statim succedit sequens successor, ac si mortuus esset renuncians.
17. Renunciatio facta à possessore in successorem sequentem, transit possessio civilis, & naturalis ipso iure, ministerio leg. 45. Tauri, ac si morte possessoris naturali maioratus vacasset, & num. 18.
19. Maioratus possessore Religionem incapacem bonorum proficendo, quis succedat in maioratu, an proximior tempore professionis, vel mortis naturalis profitentis?
20. Renunciatio equiparatur à lege morti naturali.
21. Renuncians maioratum quoad sui præiudicium pro mortuo habetur, non verò in præiudicium tertij.
22. Renuncians Episcopatum, non potest ad illum redire.
23. Idem servatur in beneficijs Ecclesiasticis.
24. Vocatio facta à testatore de unica, & prima vice intelligitur, non autem de ulteriori.
25. In viro beneficium non datur.
26. Etiam si pro eo fundatum sit beneficium.
27. Quod in favorem alicuius concessum est, non debet in eius damnum retorqueri.
28. Clausula præservativa omni meliori modo, reservat ius renunciantis.
29. Renunciatio in favorem, non potest fieri coram Episcopo, sed coram Papa.
30. Renunciatio pura, & simplex coram Episcopo fieri potest.
31. Renunciatio Capellania, seu beneficij iuris patronatus non est ex reservatis à Papa.
32. Motus proprius Pontificis excipit senes, & valetudinarios, aut alios impedientes.
33. Beneficarij in suum locum alios designare, aut subrogare non possunt: & quo sit ratio.
34. Dei Sanctuarium iure hereditario acquiri non potest.
35. Renunciatio beneficiorum non potest fieri sine auctoritate Superioris: Renunciatio verò maioratus, ceterarumque rerum profanarum non eget licentia Superioris.
36. Renunciatio Capellanie non obstante, quod possit renuncians ad illam reverti, videtur probari.
37. Voluntas testatoris interpretari debet de morte naturale, non verò de morte civili.
38. Voluntas expressa testatoris in dispositionibus est attendenda.
39. Lex non est imposta verbis, sed defunctorum voluntatibus.
40. Verba testatoris non sunt attendenda, sed voluntas.
41. Primo vocatus magis dilectus presumitur.
42. Renuncians beneficium, seu Capellaniam potest ex novo titulo illam obtinere.
43. Collatio Capellanie facta ab Episcopo sine presentatione Patroni valet. Renuncians beneficium, si iterum de novo se opponit, non potest appellare à provisione, etsi sit valde literatus, bene tamen poterit esse electus.

45. Renuncians Maioratum in sequentem successorem, decedente eo sine liberis, potest renuncians rursus ad illum redire.
46. Per renunciationem amittitur ius de presenti, non autem de futuro.
47. Per renunciationem factam non cessat ius, sed est consopitum.
48. Renuncians maioratum in sequentem successorem potest, decedente eo sine liberis, rursus ad maioratum reddere, ut tenet D. Olea: sed contrarium tenet Author. & num. 49.
50. Questio tam in maioratu, quam in Capellania difficilis est: & in terminis Capellania nostri casus a neuvine in venit exagitata.
51. Renuncians beneficium pro mortuo habetur in ordine ad vacationem inducendam, pro vi vo autem ad id, quod potest renuncians de novo ad beneficium assumi.
52. Secundo argumento contraria respondetur.
53. Voluntas testatoris non debet somnari, sed ex verbis concipi.
54. Testator presumitur voluisse quod lex disponit.
55. Tertium argumentum contrarium diluitur.
56. Collatio Episcopi facta de beneficio absque presentatione Patroni, Patrono reclamante, irrita redditur.
57. Quinto, & sexto argumento respondetur; & num. 58.

tum Franciscum: & deficientibus vtrisque, patronum instituit, cui reliquit electionem, ut posset eligere Capellanium ex incolis naturalibus cuiusdam oppidi. Primus vocatus Capellanium obtinuit, & iustis ex causis coram Episcopo renunciavit, & Franciscus secundus vocatus, collatione obtenta ab Episcopo, illam possedit: & vitâ cû morte commutavit. Ioannes primus vocatus vult ad Capellanium regressum habere proprio iure; Patronus vero intendit eligere ex incolis virtute Iuris patronatus: & fuit dubitatum quid iuris?

Definitio † omnis disputationis initium est, §. iustitia, insti. de iust. & iur. ut dixi lib. 1. disc. ur. 1. num. 10. & ut à renunciatione beneficij initium sumamus: est legitima beneficij dimissio à superiore admissa, sic definit Aug. Barbof. in collect. decret. lib. 1. de renunciat. in rubr. num. 4. & de iur. Ecclesiast. part. 2. lib. 3. cap. 15. Fermos. de offic. & sacr. Eccles. tract. 2. de renunc. in rubr. nu. 1. & 10. Qui eâ dividunt in tacitam, & expressam: Ego vero de expressa sum tractaturus: & pro parte Patroni faciunt sequentia.

Primò, † renuncians beneficium suum, illud nequit repetere, tex. expres. in cap. ex transmissa, de renunciat. & ibi August. Barbof. plurimos referens DD. & Fermosin. de officijs, & sacr. Eccles. tractatu 2. in d. cap. ex transmissa, de renunciat. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. qu. 5. n. 1. & qu. 13. n. 1. & 9. vbi plurimos refert Nicol. Gare. de benefic. 2. par. tom. 11. cap. 3. de renunciat. §. 1. n. 220. & 221. Menoch. conf. 16. num. 15. & conf. 115. num. 20. & conf. 197. num. 87. Card. Tusc. tom. 6. lit. R. conclus. 75. qui dicit, hoc esse tã certum, quod sit absurdum de hoc disputare, D. Salgad. de Reg. prolect. part. 2. cap. 13. num. 226. & seq.

Et hoc procedit, † nã per renunciationem quis privatur beneficio, Flamin. d. lib. 1. quest. 5. à principio, Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. tract. 3. num. 336. Idem Flamin. d. quest. 13. nu. 2. † & renunciando abdicavit à se omne

DISCURSUS V.

De Renunciatione Maioratus, & Beneficij.

AN RENUNCIANS Maioratum, Beneficium, seu Capellaniam, vel aliud ius, sequita vacatione, possit iterum ad illum reverti?

Capellania institutor † vocavit primò Ioannem, & post eius obi-

ius, quod habebat in beneficio, & vacat proprietas, titulus, & possessio, Flamin. d. lib. 1. quest. 5. nu. 23. & 24. & 36. † quod intelligitur, postquam scilicet per superiorem fuerit admissa renunciatio, idem Flamin. d. qu. 5. num. 23. & 24. & 40. Petrus Barboſ. in lege diuortio in princ. part. 2. num. 45. ff. solut. matrimon. August. Barb. in d. cap. ex transmissa num. 4. & iterum de potest. Episcop. part. 3. allegat. 72. num. 9. Hieron. Gabriel cons. 192. lib. 1. Nicol. Garc. de beneficijs part. 11. cap. 3. à principio. Vivian. in prax. Iuris Patronatus part. 2. lib. 5. cap. 6. n. 3.

7 Alia enim ratione fulcitur, † nam renuncians rem, videtur illam habere pro derelicto, & ob id possessionem amittit cum dominio, l. Si quis vi., §. differentia, ff. de acquirend. possess. l. 1. & 2. ff. pro derelicto, Flamin. d. qu. 5. num. 20. & 36. & qu. 13. num. 3.

8 Secundo probatur, † nam resignans quoad beneficium resignatum, habetur pro mortuo, vt dixit Glosa communiter recepta in cap. Susceptum, verbo Non morte, de rescriptis in 6. Flamin. dict. quest. 5. num. 4. cum multis ab ipso relatis D. Michael Moez meus condiscipulus in comment. sexti decreta. lib. 1. p. 1. cap. Susceptum 6. de procurat. n. 2. ibi: Ratio vero dubitandi prima partis est, quia renuncians beneficio, perinde postea habetur quoad illud beneficium, ac si mortuus esset.

9 Tertiò accedit, † quia à principio renuncians, non cogebatur suum beneficium renunciare: ergo post renunciationem non poterit illud repetere: quandoquidem, quod à principio est voluntarium, ex post facto efficitur necessarium, regula quod semel, de regul. iur. in 6. l. Sicut, Cod. de action. & obligat. Escobar. de ratiocin. cap. 6. n. 11.

10 Quartò, † renunciantibus actiones suas non est dandus ad illas regressus, l. quæritur, §. si venditor, ff. de edilicio edicto, ibi: Renitentibus enim actiones suas non est regressus dandus, l. fin. Cod. de remis. pignor. §. Si quis itaque, in l. de honor. possess. l. 1. §. qui semel, ff. de succ. ess. edictali. l. postquam, Cod. de pact. cap. Si ille 23. qu. 4.

cap. Si quis Episcopus 92. dist. cap. Dudum 18. qu. vltima. cap. Deniq. 6. qu. 3. Flamin. Paris. lib. 1. qu. 13. num. 8. August. Barboſ. axiomat. iur. axiom. 9. num. 3.

11 Quintò, probatur † ex text. elegantissimi, & expresse in l. quires, §. aream, ff. de solut. vbi seruus alienus fuit promissus, & dominus cum manumissit, & ait Consultus, quod promittens liber ab obligatione remansit, quamvis talis liberatus postea ex aliqua causa in servitutum incidat, & reddat rationem, ibi: In perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest; & si seruus effectus sit, aliud videtur esse. Ex qua lege deducunt Doctores quod actio semel extincta non reviviscit, cui consonat l. Simus 27. §. sed si stipulatus, ff. de pact. l. electio, ff. de noxalib. action. l. inter stipulantem, §. sacram. vers. Nec revocari, ff. de verb. obligation. l. Marcius, §. duorum, ff. de legat. 2. l. heredib. & ibi glos. ff. ad Trebellianum, Sello decis. 133. num. 9. Cardin. Tusch. tom. 1. lit. A. conclus. 116. num. 3. Ergo renunciatio facta à Ioanne primo vocato extinxit omne ius, quod ad Capellaniam habebat, quod in perpetuum sublatum fuit, & restitui non potest; & hæc Capellania, quam nunc præterdit, non est illa, quam obtinuit, sed alia videtur esse, & tanquam novus homo debet reputari. Et idem est servandum in renunciantibus Maioratum, Beneficiū, Capellaniam, & alia iura, vt tenet D. Olea de cosa iur. tit. 3. qu. 2. nu. 2.

12 Ex dict. l. qui res, §. aream, aliud desumitur argumentum: † nam in secunda parte Iurisconsultus alium casum proponit, in quo vnus promissit navem alienam, & dominus illius dissolvit eam, & rursus eisdem tabulis eam refecit: & quæritur an illa navis de novo refecta debeatur? Et cum distinctione respondit, quod in isto casu navis debetur, & reddit rationem: Hic enim eadem navis est quam te daturum spondisti; vt videatur magis obligationem cessare, quam extinctam esse. Hic enim obligatio duravit, quia navis non fuit extincta, sed dominus illam dissolvit ani-

animo eisdem tabulis reficiendi : & quamvis per aliquod tempus obligatio cessaverit, sed non fuit extincta; si verò navem dissolvit, ut in alios usus tabulas converteret, & postmodum composuerit, alia navis videtur : & non debetur, quia prima extincta fuit, ut dixit Consultus, illis verbis : *Homini autem simile fiet, si eo animo dissolutam esse navem apparuerit, ut in alios usus converterentur tabulae; deinde mutato consilio eadem composita sit, alia enim videtur esse posterior navis, sicut ille alius homo est.* Ex quo vides hunc casum navis extinctae, & ex eisdem tabulis refectae parificari primo servi manumissi, & iterum facti servi. In nostro ergo casu primus vocatus renunciavit simpliciter, & absolute Capellania eo animo, ut ad illum non reverteretur, & in alios usus, hoc est utilitatem secundi vocati converteretur : & licet postea mutato eventu mortuus fuerit, alia videtur esse illa Capellania, sicut & illa posterior navis, & ille alius homo in captivitatem redactus; & ita in perpetuum illud ius renunciatum sublatum fuit, & extinctum, non autem suspensum, ex quo videretur cessare, vel in suspensio esse.

13 Sextò, in materia maioratus † renuncians maioratus pro mortuo habetur, & renunciatio habet effectum ultimatæ voluntatis, Gutierrez 3. *practic. qu. 71. num. 3.* D. Olea *de cession. iur. tit. 3. qu. 4. num. 4.* † Et per renunciationem vera vacatio inducitur, sicut per mortem, *cap. ex parte in princ. de offic. delegat. Mier. de maiorat. 3. part. qu. 10. num. 142.* D. Solorçan. *de iure Indiar. 2. tom. lib. 2. cap. 6. à num. 46.* D. Olea *ubi supra n. 5.*

15 Septimò, † per renunciationem maioratus transit maioratus ad filios cessionarij, etiam si talis cessionarius moriatur ante renunciantem, & non potest ad illum reverti, quia renunciatio perpetua est, *cap. 1. de alienat. feud. paterni.* † Et per renunciationem maioratus, statim succedit sequens successor, ac si mortuus esset renuncians,

L. post consanguineos, §. proximus, ff. de suis, & legitim. hered. ibi : Proximum accipimus eum, qui tunc cum repudiat hereditas proximus est. D. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 6. num. 44.* Valenz. *Velazq. plurimis relat. tom. 1. conf. 83. nu. 48.* Giurb. *de success. feud. §. 2. glos. 10. nu. 48. vers. Ad hec.* D. Solorça. *ubi supr. à num. 46.*

Et in tantum hoc est verum, † quod facta renunciatione à possessore in successorem sequentem, transit in illum possessio civilis, & naturalis, ipso iure, ministerio legis 45. *Tauri*, ac si morte possessoris naturali maioratus vacasset, Molin. *lib. 3. cap. 12. num. 19.* & ibi addition. *Azeved. in l. 8. tit. 7. lib. 5. recopil. nu. 10.* Anton. Gomez *in l. 45. Tauri num. 111. vers. Et in tantum est verum, Gutier. 2. practicar. quest. 87. num. 7.* Velasquez *de Avendaño glos. 5. num. 2. & glos. 6. nu. 5.* Matien. *in rubr. tit. 1. glos. 1. n. 10. & glos. 2. n. 8. & glos. 3. à n. 10.* Paz *de tenur. cap. 20. num. 14. & cap. 35. num. 20. & cap. 50. à num. 2.* Noguero. *alleg. 25. nu. 9. & 191.* † Et per renunciationem maioratus transfertur vera, & naturalis possessio illius in renunciatum, & locum habet remedium *d. leg. 45. Tauri. Mier. 3. part. qu. 18.* Gutierrez *practicar. quest. 61.* Castil. *lib. 3. cap. 12. num. 113.* Noguero. *allegat. 31 à num. 65. & 71.* Padil. *in l. post mortem, Cod. de fideicommiss. num. 23.* Castil. *tom. 6. cap. 118. num. 12.* Paz *de tenur. 2. tom. cap. 61.* D. Olea *loco citat. ex num. 27.*

19 Octavò, † si possessor maioratus Religionem profiteatur incapacem bonorum, sequuta professione, succedit in maioratu proximior, qui erat possessori tempore professionis, non verò mortis naturalis: quia ex die quo professionem emisit pro mortuo habetur: & successor proximo tempore professionis statim maioratus acquiritur, & possessio civilis, ac naturalis in eum transfertur, ut tenet Castil. 3. *tom. contro vers. cap. 12. à num. 84. & 102.* & Pater Thom. Sanchez *de stat. Religios. lib. 7. cap. 15. n. 17.* Giurb. *de feud. §. 1. glos. 7. à n. 13.* Olea *d. tit. 3. qu. 4. num. 27.*

20 Nondò, † lex æquiparat casum renunciationis morti naturali, argumento text. in l. Gallus, ff. de liber. & posthu. §. & quid si tantum, ibi: *Ut ad similitudinem mortis ceteri casus admittendi sint, l. si necem, §. si deportatus, ibi: Qui mortui loco habetur, ff. de bonis libert.*

21 Et licet † inter renunciationem, seu cessionem Maioratus, & mortem naturalem renunciantis differentiam inveniatur D. Olea in d. tit. 3. quest. 4. num. 32. & 41. scilicet, quod renunciâs pro mortuo habeatur quoad sui præiudicium, & locum faciat proximiori in gradu, ut in maioratum succedat; non tamen pro mortuo habeatur in præiudicium tertij: Hoc autem tendit ne præiudicium fiat tertio, qui successurus erat tâquam proximior tempore mortis naturalis renunciantis: Quare si acciderit, tempore mortis naturalis renunciantis superesse aliquem proximiorum, vel in quo qualitas masculinitatis, vel agnationis requisita per fundatorem adsit, is potior erit, & excludet eum, in quem renunciatio facta fuit. Quod enim accidere non potest in renunciâte Capellaniam, ubi non quæritur de præiudicio tertij, sed de præiudicio renunciâtis, cuius respectu mors, & renunciatio à pari procedunt, ut ipse ait dict. num. 32. & 41. quia ex quo simpliciter repudiavit, vel renunciavit, pro mortuo habeatur, ut rectè considerant Gutierrez lib. 3. practi. car. quest. 71 num. 3. Millanenſis lib. 1. de eis. 8. num. 287.

22 Probatur etiam quasi de fide, † ex cap. post translationem 11. de renunciat. ubi qui Episcopatum renunciavit non potest ad illum redire: & ita extat definitum in Concilio Constantinopolitano, ubi sic legitur: *Cum sit unum ex quatuor principalibus, quæ sicut quatuor Evangelia Ecclesia Catholica veneratur.*

23 In terminis † Beneficij Ecclesiastici sic inveniatur disputatum, & sine contrario argumento resolutum à Ioann. Gutierrez conf. 42. per tot. ubi tenet, renunciantem Beneficium ad illud redire non posse.

24 Ulterius † vocatio facta à testatore de unica, & prima vice intelligitur, non autem de ulteriori, l. boves, §. hoc sermone, ff. de verbor. significat. ibi: *Hoc sermone dum nupta erit, primæ nuptiæ continentur; ex qua deducunt DD. omnem dispositionem de prima, & unica vice esse intelligendam, Tiraquel in d. l. boves, §. hoc sermone, Tusch. lit. D. conclus. 499. Anton. Gabriel. lib. 6. commun. conclus. tit. de leg. colum. 2. Rota Romana apud Farrio. decis. 423. num. 4. tom. 1. part. 1. Mar. Giurb. conf. crim. 99. num. 1. Velasco de priuileg. pauper. part. 1. qu. 16. per tot.*

25 Fundator † Capellaniam instituit intuitu primi vocati, ut illius titulo ad ordines promoveretur: & cum iam esset in ordinibus constitutus, aliudque beneficium Ecclesiasticum pinguius obtineret, Episcopi licentia obtenta, iustis ex causis, illam renunciavit, & invito beneficium non datur, l. invito de regul. iur. † etiam si pro eo fundata sit Capellania, ex textu eleganti, & expresso in l. invitus, §. quod cuique, de regul. iur. ibi: *Quod cuique pro eo præstatur, in viso non tribuitur: † Et quod in eius favorem concessum fuit, nõ debuit in eius damnum retorqueri, l. nulla iuris ratio 24. ff. de legi. l. quod favore, Cod. eodem, cap. quod ob gratiam 61. de regul. iur. in 6. Gratian. discept. cap. 651. num. 21. Ergo non potest ad illam reverti.*

28 Fuit dictum, in favorem renunciatis Capellaniam, † quod renunciavit ad favorem renunciati, cum clausula præservativa, *omni meliori modo*, quæ reservavit ius renunciantis: & hoc esse non potest; nam renunciatio *in favorem* est, quæ fit *ad favorem talis*, vel *ut conferatur tali, non aliter, nec aliàs, nec alio modo*, Gutierrez dict. conf. 42. num. 7. & ut ipse asserit num. 6. & 9. † Hæc renunciatio nõ potest fieri coram Ordinario; sed solum coram Papa, iuxta motum proprium Pij V. Pontif. Max. Nec ita fuit facta, ut asseritur; sed purè, & simpliciter: † Hæc verò renunciatio pura, & simplex coram Episcopo fieri potest; † & non est ex contentis in Motu proprio renun;

renunciatio Capellanarum, seu Beneficiorum Iurispatronatus, Gutierrez ibi num. 9. *vers. Motus igitur*, Barbof. de iur. Ecclesiasti. cap. 15. num. 64. Fermos. de offic. & sacri. Eccles. tract. 2. de renunciat. quest. 2. num. 13.

32 Ulterius † in dict. motu proprio sic dicitur: *Exceptis de senibus, & valedudinarijs, aut alijs impeditis*, vt refert Gutier. dict. num. 9. & renunciatio Capellania in renunciatione dixit esse impeditum, & renunciatio fuit admiffa, & Capellania Francilco secundo vocato collata.

33 Quod renunciatio Capellaniae † non posset facere renunciationem ad favorem alterius, illam reservando sibi post mortem resignati, ex eo procedit, praeterquam quod resignatio fit perpetua, quod Hilarius Papa in Romana Synodo, quae refertur in capite plerisque 8. quest. 3. decreverit, ne beneficiarij in suum locum alios designare, subrogare, aut eis gratificare possint; quia quae Dei sunt ab homine dari non possunt, sed auctoritate Ecclesiae, quae in Praelatorum institutione consistit, conferenda sunt: vnde Pontifices pro regula constituerunt, † ne

34 Sanctuarum Dei hereditario iure, aut sanguinis affectu, sed libera electione deferatur iuxta text. in cap. Episcopus; & in cap. Moyses, & in cap. Apostolica 8. quest. 1. cap. ad haec de decimis, & consuluit de iur. Patronat. & secundum istam interpretationem est intelligendus, text. in cap. 1. de prebend. tradunt Rebuf. in praxi de dispensati. ex defec. nat. num. 25. Ludovic. Gom. in reg. de infirm. quest. 1. in princ. & ita disposuit Sacrosanctum Concil. Trident. de reformat. ses. 25. cap. 7. ibi: *Cum in Beneficijs Ecclesiasticis, ea quae hereditariae successionis imaginem referunt sacris Constitutionibus sint odiosa, & idem tenet Moez ubi supra in cap. si gratiosa 5. de rescript. num. 16.*

35 Et in hoc differunt † Beneficia Ecclesiastica, & Capellaniae à maioratibus, caeterisque iuribus profanis: quod in iuribus Ecclesiasticis non potest fieri

renunciatio sine auctoritate Superioris, ne sit simoniaca, cap. admonet de renuncia. & ibi Barbof. num. 1. Fermos. de offic. & Sacri. Eccles. tract. 2. tit. de renunc. in rubric. num. 7. & in cap. admonet nu. 1. cap. quod in dubijs de renunc. num. 3. renunciatio verò maioratus, caeterarumque rerum profanarum sine superioris licentia fieri valide potest, cum sit voluntaria, ex post facto vtro necessaria, vt supra diximus.

Pro parte vero Capellani, † qui Capellaniae renunciavit, vt post obitum renunciati possit proprio iure absque interventu, & praesentatione patroni ad illam reverti, faciunt sequentia.

37 Primo, † nam primus Capellanus fuit ab institutore vocatus toto tempore vitae suae, & licet renunciatio morti aequiparetur, non debet voluntas testatoris interpretari de morte civili; sed de morte naturali, vt tenet D. Ioan. del Castillo lib. 3. controverf. cap. 12. & iterum lib. 5. cap. 162. Ergo tanquam vivus debet reputari, vt iterum possit ad Capellaniae reverti, & illa fruatur toto tempore vitae suae, absque nova praesentatione.

38 Secundo, † primus vocatus habet voluntatem expressam institutoris in suum favorem, quae in dispositionibus est attendenda text. in l. in conditionibus 19. ff. de conditi. & demonstrati. l. si mihi, & tibi, §. in legat. de legat. 1. cap. ultima voluntas 13. quest. 2. † & lex non est imposita verbis, sed defunctorum voluntatibus, vt dixit Iustinian. in §. nostra instit. de legat. l. 2. cap. commu. de legat. † Vnde non inspicitur cum quo testator loquitur, sed in quem voluntatis intentio designatur, vt ait Papi- nianus in l. cum pater 77. §. donationis, ff. de legat. 2. Et voluntas testatoris fuit directa ad Ioannem primū vocatum, in cuius favorem Capellaniae erexit, † & qui primo vocatus est, magis dilectus praesumitur, l. cum pater 77. §. a te peto, ff. de legat. 2. l. publius, §. 1. ff. de conditi. & demonstrat. l. quoties, ff. de usufructu, Ant. Gomez lib. 1. Variar. cap. 2. n. 4.

Cald. Perey. de nominat. emphiteusi q. 10. num. 38. D. Molin. de primog. lib. 2. cap. 11. num. 3.

42 Tertio, † qui renunciavit beneficium, seu Capellaniam, potest ex novo titulo illam obtinere, text. in cap. ex transmissa de renunciat. ibi: Sed quasi de novo recipiant in socium, & fratrem, cap. cum in inter, cap. post translationem eodem titul. Flamin. Parif. de resignat. lib. 1. quest. 13. nu. 43. & 44. ibi: Quod de stylo communiter est receptum, & quotidie præbicitur, ut resignans aliquod beneficium possit illud iterum consequi data vacatione ex nova electione, presentatione, postulatione, & collatione, seu confirmatione superioris, Barbof. in collect. decreta. de renunciat. cap. cum inter num. 2. Fermof. ubi proxime in cap. ex transmissa num. 2. & in terminis Capellaniam Perez de Lara de Capellan. lib. 2. cap. 4. num. 88. ibi: Quod si renunciavit Capellaniam, potest ex novo titulo petere collationem illius. Et cum iste primus vocatus obtinuerit collationem Capellaniam ab Episcopo ex novo titulo vacationis supervenientis, legitimè sequitur ad illam regressum habere: † præsertim cum etiam si Episcopus conferat Capellaniam sine presentatione Patroni, valeat Capellaniam collatio, Lara dict. lib. 2. cap. 10. num. 29.

44 Quarto, † si aliquis obtinuit beneficium, & illud renunciavit, & iterum de novo se opponit: etsi valdè sit literatus, non potest appellare à provisione, & gravamine, quod non fuerit provifus, bene tamen poterit esse electus, ut docet D. Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 13. num. 216. ibi: Et præfata doctrina maximè procedit, cum ille sic renuncians possit illud beneficium resignatum habere, & repetere ex nova causa accedente pro ve si data vacatione potest se iterum de novo opponi, ad illud præsentari, eligi ex nova postulatione, confirmatione, seu collatione.

45 Quinto, † si aliquis renunciavit maioratum, in sequentem successorem, decedente eo sine liberis, potest renūcians rursus ad illum reddere, ut tradit

D. Olea de cession. iur. tit. 3. quest. 4. no. 8. Ergo, & Capellanus.

Sexto, † per renunciationem amittitur ius de præfenti, non autem 46 de futuro, ut tenet Flamin. de resign. lib. 1. quest. 5. num. 39. Barbof. in collect. iur. Canon. tom. 1. tit. de renunciat. cap. cum inter nu. 3. l. quod servus, ff. de conditione ob causam, ubi Bart. Bald. Alexan. & Iafon, Surd. conf. 15. num. 28. & conf. 308. n. 30. Valenz. Vclaz. tom. 2. conf. 79. num. 50. † Et per renunciationem factam à primo vocato nõ cessavit ius, quod ad 47 Capellaniam habebat, sed consopitum est, ut dixit Seneca relatus à Dionifio Gothofredo in l. qui res 98. §. aream, ff. de solution. verbo cessare, ibi: Cessat quod consopitum est, nec extinctum est quod pendet: obligatio cessat ad tempus, extinguens in perpetuum. Itaque Iuris Consultus in dict. §. aream ver. nec simili, distinguit inter cessationem obligationis, & extinctionem; quasi dicat, obligatio, quæ cessat, potest expergeri, quæ extincta fuit non potest. Et cum ius primi vocati ob renunciationem non sit extinctum, sed tantum cessaverit de præfenti per renunciationem, non tamen de futuro, quod non renunciavit, idè ad illud potest reverti.

Hanc enim controversiam valdè ancipitè, & difficilè in materia maioratus, D. Olea vocat, & aliam questionem disputat, scilicèt: an proximitas, vel qualitas debeat attendi tempore cessionis: an verò tempore mortis naturalis cedentis? & in calce dict. tit. 3. quest. 4. num. 48. plurimis additis in novissima editione tenet, esse communem resolutionem; eum, qui renunciavit maioratum in sequentem successorem, posse, decedente eo sine liberis, rursus ad maioratum reddere, de qua resolutione valdè dubito. Nam iste Doctiffi. Magister ibi n. 6. docet, cessionem, seu renunciationem maioratus in proximiorum factam, perpetuam esse, & mortuo cessionario, transire maioratum ad eius filios, etiam superstitè cedente: & hæc ipsa ratio mili-

militat in quolibet posteriori ad maioratum vocato, qui post mortem cessionarij, in eius locum successurus sit tanquam proximior, nam sublato isto de medio, decedente sine liberis, alius proximior invenietur. Successio enim maioratus perpetua est, & in eo succedere debent omnes de familia etiã in millesimo gradu, non habita ratione ad secundam, tertiam, vel quartam generationem, ut docet D. Molin. de primog. lib. 1. cap. 3. num. 14. ibi: *Nonum, quod sicut Regni successio perpetua est, in eoque semper succedit proximior, etiamsi sit in millesimo gradu, &c. Ita etiam maioratus successio perpetua esse debet, deferriq; ad omnes de familia, etiam in millesimo, & ulteriori gradu existentes, non habita ratione tertia, nec quarta generationis. Et hoc certissimum, ac indubitatum est: & non invenio rationem differentie inter filios cessionarij, qui successuri essent, si existerent, & successorem sequentem illis immediatum, qui ipsis de medio sublatis, similiter successurus est: præsertim cum post mortem istius cessionarij statim virtute legis 45. Tauri possessio civilis, & naturalis, ipso iure, translata sit in illum immediatum successorem, sicut translata fuisset in filios cessionarij, si superessent, ut tenet D. Olea ex num. 7.*

49 Et in sui præiudicium ꝛ renunciatus pro mortuo habetur, ut num. 32. & 41. dixit, nam eius respectu mors, & renunciatio à pari procedunt. Omnes enim DD. ab ipso citati in feudis loquuntur, qui Maioratus Hispaniæ non omninò assimilantur, ut supra lib. 2. d. scilicet. 8. dixi, & licet Mieres loquatur in maioratibus nostris, tamen probat cum feudo in l. 1. de eo qui fin. facit agnati. de feud. & Cyriac. lib. 1. controver. 4. n. 5. ait, quod feudum renunciatum revertitur ad renunciantem, si est finita linea acceptatoris, & tunc nò contingit iure mere reversionis, sed successiois, & reversio non solù fit ad eum, ita quod ei sit delata successio, nam, si habet parè in gradu, vult eum quoq;

pro rata concurrere, quia successio æqualitèr defertur ad pares in gradu: & hoc quia feudum est divisibile: sed cù maioratus nò sit, divisibilis, & iure successiois immediatus succedat, & non iure reversionis, legitimè inferitur, renunciantem, qui tanquam mortuus reputatur in sui præiudicium, non esse reversurum: D. Ioan. verò del Castillo, lib. 3. controver. cap. 12. num. 123. refert decisionem Lusitanam Cabed. 10. qua reversio renunciati fuit cõcessa, quia novæ successioni non ipse renunciare visus fuit. Et hoc fortè accidit, quia aliqua contextura in renunciatione fuit inventa, reservativa sui iuris: nam aliàs reversionem non haberet, ut omnes fateantur. Et denique Castillo non illam decisionem amplectitur, nec ea ad suum institutum egebat in hac parte.

Et licet valdè ancipitem, ꝛ & difficilem possim meritò quæstionem Capellanæ iudicare: tamen sine dubio priorem sententiam verissimam, & tenendam esse sentio, ex fundamentis supra adductis, nullis alijs hucusque in terminis inventis: nam nullus, ex quibus viderim, eam formalitèr disputavit: & illis retentis, non obstant in contrarium opposita.

Non primum, ꝛ nam hic non agimus de morte civili, qualis vocatur professio Religionis, de qua loquitur Castillo: loquimur enim de renunciatione, quæ in effectibus morti equiparatur, quatenus tendit ad præiudicium renunciantis, ut supra ostendimus: Differt autem à morte naturali renunciatio, quod ad vacationem inducendam pro mortuo habetur: pro vivo autem ad id, quod resignans potest de novo ad Ecclesiam reassumi iuxta text. in d. cap. ex transmissa de renunciatione, ibi: *Sed quasi de novo recipiant in socium, & in fratrem, cap. cum inter, cap. post translationem eodem titulo, Moez in sexto decretal. lib. 1. part. 1. cap. susceptum de procurat. num. 17. cap. licet eodem titulo n. 2. 4. & 8. Itaque ex nova præsentatione,*

& collatione posset ad Capellaniam, reverti, & ad hoc tanquam vivus reputatur, si non esset contrarium menti, & dispositioni testatoris, vt infra apparebit.

52 Secundum argumentum, † quod fundatur in præsumpta voluntate testatoris, nihil vrget: nam coniecturæ, quæ ex ipsa deducuntur, nō sunt consonæ eius intentioni: † & voluntas testatoris nō debet somnari, sed ex verbis concipi; nec satis est prudenti consideratione imaginari, nisi ex verbis concipi possit; nec sufficit dicere, testator sic voluit, nisi hoc verbis etiam expresserit, vt latè Mantic. de coniect. vl. volunt. lib. 3. tit. 2. num. 31. Et quod præsumitur, coniecturæque debet ex eius mente, & voluntate, est, quod testator in præsentī casu voluit, Patronum præsentare pauperem naturalem illius opidi, vt Capellaniam obtineret, illaque ad Sacerdotium assumeretur, vti fecit cum primo, & secundo vocatis: & cum iam primus vocatus, qui renunciavit, in Canonicum Ecclesiæ Collegiæ esset erectus, & dives inveniretur rationi consonū est, vt locum faceret alio pauperi: & cum ius disponat, renunciantem Beneficium ad illud non posse reverti, † præsumitur testatorem voluisse, quod lex disponit, Mantic. de coniect. lib. 6. titul. 6. num. 1. & seqq.

53 Tertium argumentū diluitur, † nam est certissimum, quod ille, qui renunciavit Beneficium, seu Capellaniam, data vacatione, ex nova electione, præsentatione, postulatione, collatione, seu confirmatione Superioris, potest illam obtinere: at in præsentī casu non potest Patronus hunc renunciantem iterum eligere in præiudicium pauperum vocatorum, de quibus eligere debet vnum, iuxta voluntatem testatoris, illūque præsentare Episcopo, vt illi conferat suam collationem, seu confirmationem. Et quam contulit Episcopus huic renuncianti tanquam subreptitia nullius est momenti, quia

tantum ostendit primam vocationem testatoris, & tacuit renunciationem à se factam, calūmque Iuris Patronatus evenisse: † & Patrono reclamante, irrita redditur collatio Episcopi facta absque præsentatione Patroni, vt tenet Lara de Capella, dict. lib. 2. cap. 10. num. 29. & 39. & idem respondetur quarto argumento deductum ex auctoritate Salgati.

Ad quintum argumentum, † quod fundatur in auctoritate D. Oleæ iam respondi supra num. 48.

Ad sextum argumentum respondeo, † Flaminium loquutum fuisse de possessione renunciata, in qua ius de præsentī amittitur, non autem de futuro: quod accidere non potest in Beneficijs Ecclesiasticis, & maioratibus in quibus est perpetua renunciatio: & ita intelligitur textus in l. qui res 98. §. arcam, ff. de soluti. & sententia Senacæ, vt à me fuit expositum supra num. 12. nam non fuit consopita Capellania, sed in perpetuum renunciata.

DISCURSVS VI.

De sequestro.

SVMMARIVM.

1. Motivum huius discursus.
2. Proponitur casus, & num. 3.
4. Bona immobilia in Cathalonia non habet Ducissa de Frias.
5. Sequestrum est odiosum, & à Iure prohibitum.
6. Sequestrum est remedium desperatum.
7. Possidenti danda est manutentio, nec interim est amovendus sua possessione commoda.
8. Possessorem molestare lite pendente est prohibitum, & ne aliquis ad illum accedat.
9. Possessor non debet lite pendente à possessione removeri, nec sequestrari.

10. Possessione vnus stante, non est à sequestratione incipiendum.
11. Sequestrum non est opponendum, quando liquido constat Iudici de vnus ex partibus possessione de presenti.
12. Sequestrum non est apponendum, si timor adest armorum, & scandali: etiam per modum provisionis; et si adiciat clausulam preservatiuam iurium, tam in petitorio, quam in possessorio.
13. Sequestrum non potest fieri ob armorum pretextum, timoram, aduersarij potentiam, seu ob scandalum vitandum; sed Iudex debet possessorem in sua possessione conseruare.
14. Occupatio qualiscumque, seu detentatio, etiam si sit prado sufficit.
15. Periculum armorum, & scandali debet probari ante sequestrum.
16. Nec creditur Iudici asserenti; nec sufficit ficta, & excogitata militia ad mouendam rixam.
17. Probat, sequestrum esse apponendum, nam periculum armorum presumitur inter duos Duces litigantes.
18. Sequestrationis causa iusta est, quando possessio vtriusque partis est turbida, & vtrique pretendit possidere.
19. Possessio quando est turbida, octo opinionibus adducuntur: sed validior est, Iudicem debere sequestrare possessionem.
20. Possessionem esse turbidam dicitur, si causa possessorijs pluries proposita non fuit resoluta, & hinc inde aliquas difficultates habet.
21. Sequestrationis causa est, si fructus dissipentur, vel si in alios usus conuertantur, & de dilapidatione suspectus sit possessor.
22. Probat, conclusio auctoritate Lancelot & aliorum.
23. Dilapidationis honorum in casu Iudex ex officio tenetur apponere sequestrum.
24. Iudex ex officio tenetur facere sequestrum, non solum quando constat de dilapidatione, sed etiam quando dubitatur de honorum dissipatione.
25. Et sufficit timor dissipationis.
26. Sequestratio licet regulariter sit prohibita, in casu dilapidationis debet fieri ex officio Iudicis, & in alijs casibus.
27. Sequestrari non solum possunt fructus naturales, verum etiam fructus civiles.
27. In fructibus civilibus iurisdictio continetur.
29. Dissipatio fructuum dicitur, quod fructus in usum suum conuertantur, & pro suis necessitatibus consummantur.
30. Suspecta persona est, qua in Provincia in qua lis agitur non habet bona immobilia.
31. In casu dissipationis iuris solemnitates non requiruntur in sequestri appositione.
32. Sequestrum est partibus valde utile.
33. Nec cuiquam est damnosum.
34. Non priuat quemquam sua possessione.
35. Apponitur vt citius lites finiantur.
36. Sequestrum debet fieri quando est timor dilapidationis, etiam si pars sit solvendo.
37. Sequestrum esse apponendum à Iudice si est timor dilapidationis, probat lex si fideiussor, §. final, Cod. qui satisficere cogantur, & de cil. Ro. & c.
38. Sequestrum debet fieri quando est timor dilapidationis fructuum, etiam in summarissimo possessorio.
39. Sequestrum debet apponi in gradu supplicationis, seu appellationis.
40. Sequestrum debet apponi quando est timor dilapidationis; etiam si possessor habeat pro se sententiam.
41. Sequestrum factum metu dilapidationis non reuocatur prestata cautione, donec lis finiatur, & num. 42.
43. Ad sequestrum ponendum sufficit, quod Iudex capiat informationem super suspicionem consumptionis.
44. Sequestrum potest fieri absque partis citatione, quando adest periculum in mora.
45. Sequestrum debet apponi generaliter quando suadet equitas, ne iudicium reddatur elusorium.
46. Sequestrum apponitur, quia tempore

- sententia sint fructus conservati, & restituantur cum ipsa re.
47. Sequestrium frequenter apponitur in Castella Supremo Consilio in bonis maioratus.
48. Actionem non habere, vel habere inutilem paria sunt.
49. Sequestrium non impeditur quando possessor habet actiones, vel bona, que non sunt liquida, nec incontinenti probari possunt; sed requirunt altiorum indaginem.
50. Cap. Constitutionis 50. Titul. de sequestres, y amparas.
51. Cap. 52. Eiusdem tituli.
52. Sequestri exemplar refertur, quod appositum fuit Senatus Cathalonie.
53. Aliud exemplar sequestri, quod appositum fuit Senatus.
54. Aliud exemplar sequestri appositum à Senatu.
55. Alterius sequestri exemplar.
56. Quintum exemplar sequestri appositum in Senatu.
Respondetur argumentis in contrarium adductis.
57. Practica, qua Senatus sequestrium appositum in Ducatu Cardona.
58. Regia Provisio sequestri.
59. Sequestri remedium ab Authore excogitatum Regia Provisio fuit approbatum.
60. Supplicatio à sequestro interposita quomodo fuit facta, & an debeat admitti.
61. Sequestrium non impeditur per appellationem.
62. Locus Nob. de Amigant interpretatur.
63. Sequestrium non est suspendendum per supplicationem contrarij imperij, etiam si esset admittenda, sed tantum effectum devolutivum posset habere.
Supplicatio non haberet effectum suspensivum in causa alimentorum.
64. Sequestri Regia Provisio habet clausulam post executionem intimetur: & intimatio fieri non potest, donec sequestrium totum fuerit executum.
65. Actum nihil dicitur cum aliquid superest agendum.
66. Supplicationes factas à Provisionibus Senatus Tabelliones recipere non possunt, quando adest clausula post executionem intimetur, nisi executione facta, ac intimatione scripta cum decisionibus Senatus.
67. Supplicatio an sit admittenda à provisione sequestri, saltem in effectu devolutivo.
68. Sequestrium nulli damnosum est.
69. Ex sequestro nullum resultat inconveniens.
70. Fructus in deposito sunt servati victori.
71. Supplicatio in gradu supplicationis non potest admitti à provisione facta incidenter, cum decisionibus Senatus.
72. Supplicatio secunda in gradu supplicationis non potest admitti à provisione facta incidenter in causa summarissimi possessorij, cum decisione Senatus. & num. 73.
74. Supplicatio quod debeat admitti à provisione sequestri, probatur primo ex sententia Paz.
75. Probatur secundo ex sententia Salgar.
76. Concordantur Doctores.
77. Constitutio Cathalonie interpretatur.
78. Sequestri Provisio supplicabilis est in effectu devolutivo, quia fuit facta parte non citata, cum decisione Senatus.
79. Alia decisio Senatus.
80. Supplicatio est admittenda alia ratione.
81. Sequestrator non potest à Iudice nominari colligator in iudicio: & num. 82. & 83.
84. In dubio tutior pars est eligenda.
85. Reo favendum est potius quam actori.
86. Rex in Cathalonia non potest cognoscere directe, nec indirecte de causis pendens in Consilio, nec per viam appellationis, nec evocationis.
87. Rex in Cathalonia debet iudicare per directum citatis, & auditis partibus.
88. Feminae sunt incapaces cuiuslibet administrationis.

89. Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.
90. Sequestrator, quod Dux nominetur, est pessime consequentia.
91. Iudices eligere debent, quod partibus minus praeiudiciale sit.
92. Dux fuit ritè, & rectè sequestrator nominatus.
93. Ducissa de Medina est indubitata successor Ducatus Carlonæ, cui pertinet administratio sequestri.
94. Administratio honorum pertinet, quibus pertinet successio.
95. Persona, quæ successura est in bonis melius curavit de administratione, quam extranea.
96. Pluribus DD. comprobatur.
97. Administratio honorum, licet sit data extranea, si successor compareat ad illam petendam, tollenda est extraneo, & danda successori.
98. Ita iudicavit Senatus Sebastianus.
99. Ita fuit iudicatum in Senatu Hispanensi.
100. Administratio honorum maioratus est danda immediato successori.
101. Idem dixit Lara.
102. Ita fuit decisum in Senatu Hispanensi.
103. Practicatur in Regio Senatu Castellæ.
104. Idem observatur in Catalonia: & num. 105. & 106.
107. Obijcitur doctrina Fontanet. & ei respondetur.
108. Sequestratoris nominatio est Iudici arbitraria, & ex Regali sua Maiestatis.
109. Sequestratorem ritè, & rectè potuit nominare sua Maiestas Ducem de Medina, cū nō fecisset declarationem iudicalem tacitam, nec expressam.
110. In decretis extrajudicialibus partis citatio non requiritur, nec in cognitione per viam violentiæ.
111. Princeps Secularis per viam violentiæ potest cognoscere inter Iudices Ecclesiasticos etiamsi sit incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ.
112. Regis munus est dirigere Iudices in viam iustitiæ, ut eam partibus tri-
buant.
113. Rex non procedit ex potentia iurisdictionis contentiosa, quando cognoscit per viam violentiæ, sed potestatis politicae & oeconomicæ.
114. Rex potest expellere à suo Regno Clericos vim notariam inferentes suis Vassallis, & inebatores pæ is publica.
115. Rex nūquam detrahatur suum civique & ita non possit detrahere Duci de Medina administrationem Status.
116. Regis rescriptum contra ius à Iudicibus debet refutari.
117. Rex ex potentia absoluta non potest detrahere cuiquam quod suum est.
118. Probatur auctoritate D. Salgat.
119. Probatur auctoritate Azaved.
120. Rex iuste, & rectè possit extrajudicialiter, & directè de citra conventionem Constitutionum Cathalonie præcipere sequestram apponi, & Ducem de Medina sequestratorem nominari.
121. Primo argumento in contrarium adducto respondetur.
122. Alciati auctoritati respondetur.
123. Argumentum à contrario sensu non sumitur ex doctrinis DD.
124. Nec in materia odiosa.
125. Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio.
126. Sententiæ Carveij respondetur.
127. Tertio argumento contrario respondetur.
128. Quarto argumento contrario respondetur.
129. Quinto argumento respondetur.
130. Ridiculum est asserere contrafactio-
nem inveniri in sequestro appposito, nec in sequestratore.
130. Sexto argumento respondetur.
132. Administratio, quæ competit mulieri, danda est marito.
133. Idem tenet Escobar.
134. Administratio nō est auferenda legitimo successori, & danda extraneo.
135. Administrationem tollere successori, & extraneo dare iniquitas est; & num. 136.
137. Equitas admittenda non est in pra-
iudicium iuristorij.

138. Clausula preservativa, sine præiudicio iurium partium, tam in petitorio, quam in possessorio, quid operetur.
139. Non omnium, quæ à maioribus statuta sunt ratio reddi potest.
140. Ducissa habet Ducatum Cardonæ tāquam bona paraphernalia.
141. Prohibita quæ non inveniuntur, permissa censentur.
142. Sequestrator potest esse, qui expressè non est à lege prohibitus.
143. Sequestrator, seu administrator eligi potest unus ex creditoribus qui colligator est in concursu creditorum.
144. Maritus potest esse administrator in concursu creditorum uxoris, etiamsi sit creditor illius.
145. Sequestrator, & administrator sunt idem in omnibus, & per omnia, & eisdem regulis sunt regulandi.
146. Facienda est interpretatio in dubio, ut actus permissus censeatur quando prohibitus non reperitur.
147. Maritus in contractibus non tenetur pro uxore, nec uxor pro marito.
148. Consilium dubita vit, cui Aula cognitio supplicationis sequestri attineret, & quid fuit resolutum.
149. Etiam dubita vit an Fiscalis Advocatus posset intervenire in gradu supplicationis sequestri.
150. Supplicatio interposita à Provisione sequestri, an habeat effectum suspensivum causæ principalis?
151. In sequestri provisione non est necessaria citatio.
152. In sequestri appositione, quando periculum est in mora propter dilapidationem fructuum, non requiruntur iuris solemnitates, à quibus receditur, cum decisione Senatus.
153. Non admittitur supplicatio in effectu suspensivo à provisione sequestri.
154. Sequestri provisio non habet connexionem cum causâ principali.
155. Tertius veniens ad iudicium petendo sequestrum, non potest retardare causam principalem, nec illam suspendere.
156. Supplicari nō licet à provisione facta à Iudice supplicationis incidenter.
157. Sententia interlocutoria est provisio sequestri, quæ non definit causam principalem.
158. Sequestri sententia non continet damnum irreparabile, nec habet vim definitivam, quin potius est partibus favorabilis.
159. Appellari non potest à sententia interlocutoria de iure communi.
160. Nec de iure Castellæ.
161. Nec de iure Canonico.
162. Nec de iure Cathalonæ.
163. Sententia interlocutoria, si non continet damnum irreparabile, nec habet vim definitivam, licet admittatur, non habet effectum suspensivum, sed tantum devolutivum, & potest procedi in causâ principali sine periculo attemptatorum.
164. Alia autoritate D. Covar. probatur.
165. Probatur alia Doctrina Scaccia.
168. Idem tenet Lancellotus.
167. Doctrina Lancelloti in contrarium adducta respondetur, & Beroi.
168. Antonij Fabri locus explicatur.
169. Beroi doctrinæ iterum respondetur.
170. Eius doctrinæ tertio respondetur.
171. Sequestri supplicationem non suspendere progressum causæ principalis, alio argumento probatur.
172. Doctrina Fabri iterum obijcitur, & ei respondetur.
173. Doctrina quando in terminis non invenitur, quid facere debet Iudex? num. 174.
175. Iudices causæ principalis, si in ea absque suspensione procedunt, iustitiam ministrabunt, Regi obediunt, & pacem inter Magnates ponent.
176. Rescriptum Regium super conclusione huius litis.
177. Praxis Supremi Regij Consilij Castellæ in cognitione supplicationis interpositæ à Provisione sequestri, & causæ principalis tenuta maioratus.
178. Author fuit detector huius remedij sequestri, & quidam Doctor illud furari intendit, & reprehenditur.
179. DetraCTOR reprehenditur.

DISCURSUS VI.

De sequestro.

AN SEQUESTRARI debeant bona, redditus, pensiones, fructus, iurisdictiones, ceteraque iura pertinentia Ducatu de Cardona, lite pendente inter Ducissam de Medinaceli, & Ducissam de Frias, olim Ducissam de Cardona, contendentes super tenutam, summarissimamque possessionem, & remedium retinenda bonorum, & Status, ac Maioratus prædicti Ducatus?

Magnopere desideravi † in hac causa sequestrum fructuum maioratus petere, ut ita lis illico finiretur: nam cum integrum ius detentricis, ceterorumque interessentium consisteret in maximo commodo, quo fruebantur, litigando manibus plenis, præcipue percipiendo fructus salinarum, quarum similes in tota Europa non inveniuntur: Et hic est sal sapientiae, ex quo tot doctrinae, & cavillationes oriuntur: Et si ista arma adversarijs fuissent ablata, prælium esset finitum. Sed non audebar, & mihi respondebatur, in Cathalonia sequestrum non esse permissum, imò in suis Constitutionibus prohibitum. Nihilominus tamen non huic rationi acquiescens, querere desideravi, an aliqua via intentari posset, & discursum formavi sequentem, ex quo fructus fuit collectus, & sal evanuit, ut inferius apparebit.

Sapè sapius est dictum, & repetitum Ducissam de Medina in Supremo Senatu Cathalonie, litem tractare cum

Ducissa de Frias, in qua petit tenutam, summarissimamque possessionem retinendam interim, pro dote, & arrhis suæ matris, virtute Constitutionum *Hac nostra, & final, titol disolt lo matrimoni, huius Principatus, quæ in illam translulerunt possessionem, civilem, & naturalem ipso facto, ab instanti mortis sui patris, qui vitam cum morte commutavit die 13. mensis Januarij, Anni 1670.* Post cuius obitum successit in Ducatu de Cardona, filius suus masculus D. Ioachimus, qui etiam obiit die sexta mensis Martij eiusdem anni: & per eius mortem successit in prædicto Ducatu, & Maioratu dignitatis Regalis dicta Ducissa de Medina, uti soror maior primogenita Dom. Ioachimi ultimi Ducis, ac filia Ducis D. Ludovici de Aragon. In qua successione nullum habet contradictorem, & nihilominus propter varias causas in initio litis non intentavit peritorem, ut declararetur successor in dicto Ducatu.

Ducissa vero de Frias cum inveniretur in possessione prædicti Ducatus, quam apprehensit nomine Ducis pupilli Ioachimi, ut eius tutrix, etiam si illa possessio, sicut tutela fuit finita morte pupilli, nihilominus remansit in detentatione Ducatus, in qua existit percipiendo omnes fructus, & exercendo iurisdictiones, ceteraque iura capiendo à die obitus dicti Ducis pupilli, quæ omnia iura, & fructus legitime, & sine dubio pertinent Ducissæ de Medina, uti legitimæ successori. Qui fructus tam valde pingui sunt, ut ingentes summæ impotent quotannis plusquam 54. millia libras. Quas per septem annos iam percepit sine satisfactione, prætextu iniusto cuiusdam crediti imaginarij procedentis ex tutela non excedentis 1200. libras, pro quibus asserit habere retentionem bonorum pupilli (sed non maioratus, nam hoc est absurdum, ab omni iure alienum.) Et non alio titulo, nisi possideo, quia possideo, tam ingentes summas

mas fructuum percepit hucusque, percepturamque prætendit vsque in finē litis, quam maximis dilationibus suspendit, vt nunquam terminetur, & ita in perpetuum Ducissa de Cardona indebitè nominetur, fructusque percipiat.

4 In hoc enim Principatu non habet bona aliqua, nec dominia, nec domū, nec incolatum: in Castella habet tantum dotē, & arrhas, quas habet obligatas pro tutela: vt id omne manifestum apparet ex ipso processu. His ergo suppositis in factō, oritur nunc proposita quæstio in iure: an scilicet debeant sequestrari fructus, iurisdictiones & pensiones Ducatus de Cardona.

5 Pro parte negativa videtur facere sequentiā. Primò, nam sequestrum est odiosum, ac à iure prohibitiū text. expressus in l. vnica, C. de prohibita sequestra. pecun. ibi: Quoties ex quolibet contractu pecunia postulat, sequestrationis necessitas conquiescat. Oportet enim debitorem primò convinci, & sic deinde ad satisfactionem pulsari, quam rem nam eandem iuris ratio, sed & ipsa equitas persuadet, vt probationes secum afferat, debitoremque con vincat pecuniam petiturus, cap. i. & cap. dilectus de sequestrat. possess.

6 Estque remedium desperatū, Post. de manut. obser. 75. num. 17.

7 Sed danda est manutentio possidētis, nec interim est amovendus à commodo suæ possessionis num. 18.

8 Et inhibendum est alteri ne accedat, neque molester lite pendente num. 19.

9 Et est regulare, quod nō debet possessor lite pendente à possessione removeri, nec sequestrari, d. l. vnica. vbi glos. & Doct. de prohib. sequestr. pecun.

10 Nec stante vnus possessione, est à sequestrationibus incipiendum, Post. dict. obser. 75. num. 21.

11 Et quando liquido constat Iudici de vnus ex partibus possessione de presenti, non est apponendum sequestrum, Posth. d. obser. cum multis citatis num. 16.

Et si propter aliquam rationem sequestrum esset apponendum, foret si timor adesset armorum, & scandali; sed in præsentī nostro casu non est talis timor, & sic Iudex non debet se intromittere ad sequestrum faciendū, vbi non adest: nec potest per modum provisionis; etiam si adiciat clausulam præservatiuā in ium, tam in petitorio, quam in possessorio, Posth. obser. 75. in summano num. 3.

13 Nec ob armorum prætextum, seu timorem, vel aduersari potentiam, seu ob scandalum evitandum debet devenire ad desperatum sequestrationis remedium, & actualem possessorem spoliare, sed debet possessorem de presenti in sua possessione conservare num. 22.

14 Et sufficit qualiscūque occupatio, seu detentatio bonorum num. 22. etiam si sit prædo, num. 23.

15 Et periculum armorum, & scandali debebat probari ante sequestrum, num. 7.

16 Nec creditur Iudici afferenti num. 8. Et quod magis est, etiam si nunc Ducissa de Medina excogitata militia fingeret, & rixam moveret, vt scandalum immineret, ad effectum vt Ducissa de Frias, quæ est in possessione ab illa, & commoditate fructuum per sequestrum amoveretur, non erat permittendum, nec concedendum, Post. ibi num. 9. Ergo nullo iure, nullaque ratione potest concedi.

17 Sed his omnibus nihil obstantibus contrarium proculdubio est defendendum, scilicet sequestrum esse apponendum, tam de iure communi, quam de municipali huius Principatus; quod ex sequentibus probatur. Primò, nam periculum armorum, & scandali est vna ex multis iustis causis propter quas sequestrum est apponendum, vt supra probatum est. Et hoc periculum præsumitur inter duos Duces litigantes, Posth. de manutent. obser. 75. n. 11.

18 Secunda causa sequestrationis est, quando possessio vtriusque partis est

tur.

turbida, & vtraque prætendit possidere (vt in nostro casu aliquibus potest videri propter intricatam litem, longumque processum) & sic Rota passim oblierv. *Posth. dict. obseruat. 75. num. 34. & 35. & obseruat. 71. n. 124. & 125. & 126.* † vbi octo opiniones adduxit. Prima est, vt Iudex interloquatur, vt possidetis, ita possideatis, vel partes manuteneri, pro vt possident. Secunda, vt apponatur sequestru, & tandè residet in remedio sequestri, ibi: *Ego verò in terminis nostri summarissimi possessorij credere amplectendam esse secundam opinionem de sequestro, seu a vocatione possessionis. Et num. 126. ibi: Quod vbi ignoratur quis sit in ea potior, debet Iudex sequestrare possessionem apud se, donec in iudicio possessorio ordinario constet, quis verè possideat, seu donec ordinariè super possessorio, vel peritorio de iuribus earum super re, de qua agitur, cognitum fuerit, Rota Romana post tractatum de manuten. quaest. 315. n. 1. sic ait: Pendente lite super hoc beneficium, cum vtraque pars contenderet se possidere, & idè manuteneri, eorumque contentio esset vtrinque obscura, multumque penderet ex discussione boni iuris, Domini ex officio interloqui fuerunt, vt appposito sequestro videretur de bono iure, & quidem merito, cum in hoc, & alijs similibus casibus, nedum non ineret regula textus in l. vnic. Cod. de prohib. sequestr. pecu. quini- mo Iudex arbitrari debet, interim rem poni sub sequestro Panorm. in cap. dilectus num. 16. vers. Sed quando insurgit de sequestr. posses. & fruct. Iason in l. si fidei sor. §. fin. num. 27. vers. Quarto, quando iura partiu sunt obscura, ff. qui satis. cogan. Marescor. *variar. resolut. cap. 77. num. 58. lib. 2. vbi quod ita passim Rota obseruat & decis. 405. in principio, ibi: Domini, remanente sequestro iam appposito, dixerunt, quod videatur de bono iure, quia vtraque possessio visa fuit turbida. Et hoc etiam fit, vt lites citius finiantur, Posth. dict. obseruat. 75. num. 40. & decis. 566 num. 3. & obseruat. 7. num. 82.**

Et de sequestratione iurisdictionis, Ramo *conf. 26. in fine in decisione ab illo tradita.*

Et dicitur possessionem esse turbidam, & hoc apparere, si causa possessorij pluries proposita non fuisset resoluta, & hinc inde aliquas difficultates habet, *Posth. obseruat. 7. num. 79. & 80.*

Alia causa sequestrationis est, (quæ in nostro casu invenitur) si fructus dissipentur: textus expressus in cap. ab eo de sequestrat. posses. ibi: *Ab eo qui a sententia provocavit fructus possessionis (si dissipentur ab ipso) possunt lite pendente rationabiliter sequestrari, cap. dilectus eodem titul. ibi: Si missus in possessionem causa custodie fructus dissipat sequestratur, vbi glos. verbo sequestrari, ibi: Quandoque tamè fit sequestratio in casibus, vt cū quis dilapidat fructus, itè si timetur dilapidatione fructuum, de Iure Castellæ l. 1. tit. 9. partit. 3. ibi: Ca luego de ve de ser desapoderado de aquella cosa, si fuere Home de quien aya sospecha que la malmeiera, d. desgastara de ella. Posth. dict. obseruat. 75. num. 49. vel si converteret in alios vsus, & de dilapidatione suspectus esset ibidem Posth.*

Eadem causa sequestrationis probatur doctrina Lancello. *de attent. 2. part. cap. 12. de attent. appellat. pendente. limit. 12. num. 11. ibi: Secundus casus considerari potest, in quo actus sequestrationis fit pendente appellatione etiam si non sit in sententia decretu, quando per possessorem fructus dissipantur, idem tenet Cavalca. decis. 23. nu. 18. Stephanus Gratian. decis. 63. num. 2. Cancer. *variar. lib. 2. cap. 4. num. 23. Amigant in addit. ad Peguer. in praxi pag. 494. num. 36.**

Et in casu dilapidationis bonorum Iudex ex officio sequestrum apponere tenetur Rot. Roman. post tractat. *Posth. de manuten. 315. num. 1. ibi: Domini ex officio interloqui fuerunt, vt appposito sequestro, & decis. 155. & 405. & 409. Et idem Posth. obseruat. 75. nu. 49. Lancello. vbi supra num. 26. Cavalcan. decis. 23. num. 34. D. Salgad. in labyrinth. creditor. part. 1. cap. 13. §. 1. a num. 14. Hermosil. in l. 1. tit. 13. partit. 5. glos. 4. ex nu. 7. tom. 1. pag. 179.*

- 24 Et adeo hoc est verum, quod non tantum debet fieri sequestrum à Iudice ex officio, quando constat de dilapidatione, sed etiam quando dubitatur de bonorum dissipatione, ut dixit Lancelot. *Vbi supra num. 12. ibi: Vbi similiter, esse concedendum, quando dubitatur de dilapidatione bonorum, & num. 15. dixit: Secunda ampliatio, ut non requiratur dissipatio, sed sufficiat timor dissipationis. Idem tenuit Aufr. ad decis. Cap. Tholos. 477. quæ cum alijs refert Gratianus decis. 63. nu. 3. quamvis sit modica suspicio.*
- 25 Ampliatur etiam quod in hoc casu dilapidationis, etiam si regulariter sequestratio sit prohibita in titulo C. de prohib. sequestr. pecu. à iure permittitur, & debet fieri ex officio Iudicis, & in omnibus casibus, in quibus ad instantiam partis sequestratio fieri non potest, ut dixit Lancelot. *Vbi supra. n. 26. & 27.*
- 26 Et non solum possunt sequestrari fructus naturales; verum etiam fructus civiles; puta pensiones, mercedes, veteræ, & huiusmodi, ut dixit Lancelot. *num. 27.*
- 27 Et in dictis fructibus civilibus interdicitio continetur D. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 25. in princip. & num. 1. 2. & 22. Ramon. cons. 26. in fine.*
- 28 Intellegitur autem dissipatio fructuum seu depopulatio etiam, quod fructus in usum suum convertantur, & pro suis necessitatibus consumantur, Bald. *in cap. Ab eo, de sequestra. possess. Angel. in l. Imperatores, §. Idem appellatio, Archidiacon. in cap. Quia res, 11. quest. 1. Lucas de Pen. in l. litib. num. 55. C. de agric. & censit. lib. 11. Angel. in tracta. de sequestro, qu. 7. Castillo tom. 7. de alimentis, cap. 13. num. 23. Gratian. dicta decis. 63. n. 3. Et hæc dissipatio invenitur in Ducissa de Frias, quæ omnes fructus Ducatus in proprios usus converterit, & redditur persona suspecta, † quia in hac Provincia, in qua sis agitur, non habet bona immobilia, & hæc est iustissima causa, ut sequestrum apponatur, ut docet, Donel. *in l. unica, Cod. de prohib. sequestrat. pecun. num. 8. Foncan. decis.**
541. *num. 14. Cavalecan. d. decis. 23. num. 20.*
- Et in hoc casu dissipationis, † nec iuris solemnitates requiruntur in sequestri appositione: Quia tunc receditur à iuris regulis, & solemnitatibus, Salgad. *de Reg. protect. part. 2. cap. 16. num. 30 & 31.*
- Et hoc procedit, quia sequestrum est partibus valde utile, ne iudicium reddatur elusorium, Posth. *observ. 75. nu. 49. Et Rota post tractat. decis. 155. num. 2.*
- Nec cuiquam est damnosum, cum victori sint fructus in deposito conservati, ut dixit Fontan. *de pact. claus. 7. glos. 2. part. 8. num. 12.*
- Et positum de ordine Iudicis, † hac causa præcedente, non privat quemquæ sua possessione. Rot. *decis. 417. num. 11. post tract. Posthij Anton. Faber. in C. lib. 4. tit. 3. definiti. 2. num. 2.*
- Apponiturque, ut citius lites finiantur Posth. *d. observ. 75. nu. 40. & observ. 7. n. 82. & post tractat. decis. 566. num. 3.*
- Et hoc adeo procedit, quando est timor dilapidationis, & quod fructus in usum proprium convertantur, & pro suis necessitatibus consumantur: quod debet fieri, etiam si pars sit solvendo, ut tenet Cavalecan. *d. decis. 23. nu. 18. ibi: Bene verum est, quod si est timor dilapidationis, alienationis, & barattationis fructuum, quod tunc potest fieri tale sequestrum in causa appellationis, etiam quod appellans esset solvendo. Gratian. d. decis. 63. num. 5. Aufr. in addition. ad decis. Cap. Tholos. 477. Hermos. in d. l. 1. tit. 13. partit. 5. glos. 4. num. 18. tom. 1. pag. 179.*
- Hoc sequestrum esse à Iudice apponendum, probat text. expref. *in d. l. si fideiussor. §. fin. C. qui satisf. cogan. ibi: Si satisfactorum pro re mobili non sit, & persona suspecta sit, ex qua satis desideratur, apud officium deponi debet, si hoc iudici sederit, donec vel satisfactorio detur, vel lis sine accipiat.* Rot. *post tract. Posth. de manut. qua est 409. Maceratam hereditatis, ibi: Quoniam persona Ascanij videbatur suspecta, & timebatur de dilapidatione fructuum iuxta terminos, l. si fideiussor, §. fin. Vbi Docto. ff. qui*

qui satisfacere cogant fuerat appositum sequestrum super fructibus bonorum, de quibus agitur, sine prejudicio iurium Ascanij duraturum arbitrio Rota. Vnde idem Ascanius petebat simpliciter eiusdem sequestri revocationem, quia non debebat pro vari commodo possessionis sibi per sententiam Rotalem, & mandatum de reintegrando restitua. (Adverte quod possidebat, & habebat pro se sententiam.) Tum quia dicebat, se multum esse pauperem, & non solum litem deseruisset, sed periculum erat, ne fame moreretur, quo casu non debet stare sequestrum, Aufr. in additione ad decis. Lholoson. 477. circa medi. Nihilominus Domini dixerunt sequestrum non videri simpliciter revocandum, & tamen differendam esse resolutionem, & interim faciendam aliquam provisionem pro Ascanio, de qua loquerer in sequenti Rot. 14.

Quapropter datis memorialibus ex utraque parte, & data fide depositarij certi valoris, & fructuum bonorum, de quibus agitur, per heredes Capitanei Fracisci Vici, usque ad summam scutarum quadragintarum per Ascanium, circa eosdem fructus ad predictam quantitatem, qua prestata incontinenti sequestrum solvitur, d.l. Si fideiussor, §. fin. vbi Ang. & alij Doct. Domini mandarunt, ut data dicta idonea cautione per Ascanium sequestrum metu dilapidationis fructuum appositum revocaretur. Et ita resolutum, &c.

38 Ex hac Rotæ decisione sequentes deduco conclusiones. Prima, quod vbi invenitur timor dilapidationis fructuum, debet fieri sequestrum, etiam in summarissimo possessorio.

39 Secunda, quod etiam debet apponi in gradu supplicationis, seu appellationis, ut tenuit etiam Fab. vbi supra lib. 1. tit. 10. definitione 9. num. 4. in notis, Cavalcan. d. decis. 23. num. 18. & 32. & 34. vbi asserit ita obtinuisse in causa fratris sui, Gratian. d. decis. 63. num. 2. Lancelot. de attent. cap. 12. part. 2. limitat. 12. num. 11. Hermosil. vbi supra num. 17.

40 Tertia, quod debet fieri talis sequestratio in casu predicto, etiam si possessor habeat pro se sententiam; & idem

teneat Faber, Gratian. Cavalcan. & Hermosil. locis supra allegatis, quibus conducitur, quod dixit D. Didacus Volero de decoct. debito tit. 3. quest. 3. n. 8. & 9.

Et licet in d. decis. Rotæ dicatur, ut 41 data idonea cautione, sequestrum metu dilapidationis fructuum appositum, revocetur; contrarium dixit Cavalcan. d. decis. 23. num. 18. ibi: Bene verum est, quod si est timor dilapidationis, alienationis, & bavationis fructuum, quod tunc potest fieri tale sequestrum in causa appellationis, etiam quod appellans esset solvendo, & non libertur satisfactione, Bartol. & DD. per illum textum in l. Imperatores in fine, ff. de appellationibus. Abbas latè in cap. final. de sequest. possess. & fructuum Stephan. Aufr. in additione ad Cap. Tholos. decis. 477. Lancelot. vbi supra num. 32.

Et in hac lite omnia bona Cathalonix non sufficient ad satisfaciendum idoneè, ob ingentes fructus, & dilaciones litis. Et quia Ducissa de Frias non possidet, sed detentat bona Maioratus violentè, nullo titulo successionis; sed creditoris imaginarij, ut est dictum præcipuè supra lib. 2. discurs. 10. & remedium cautionis est concessum possessori aliquo titulo. Et hæc cautio non semper admittitur, sed Iudicis arbitrio relinquitur, illam recipere, vel sequestrum permanere donec lis finiatur, ut expresse cavetur in d. leg. si fideiussor, §. final. ff. qui satisfacere cogant. ibi: Apud officium deponi debet, si hoc Iudici sederit, donec, vel satisfactio detur, vel lis finem accipiat. Et Senatus Cathalonix, quando posuit sequestrum in hac causa, dixit usque ad finem litis super eo pendens.

Et in prædictis sufficit, quod Iudex 43 capiat informationem super suspitione consumptionis, seu dilapidationis, ad effectum concedendi sequestrum, Aufr. in d. decis. 477. Gratian. d. decis. 63. num. 5.

Et licet regularitè sequestratio requirat citationem partis, quando tamè 44 adest periculum in mora, ut quia timeatur de fructuum consumptione, potest fieri sequestrum absque partis citati-

ne, Caved. *decif.* 35. n. 3. *part.* 2. Lancellot. *de attent vbi sup num.* 31. Cavalcan. *d. decif.* 2. 3. *num.* 18. Et ita practicatur in hoc Senatu Cathalonix, vt infra dicam à n. 50. Lancellot. *vbi supra num.* 31. *ibi*: *De clara similiter eandem conclusionem primò, quod in decernendo hoc sequeſtro, est pars citanda, niſi ſit periculum in mora, quia tunc ſit etiam parte non citata.*

45 Aliã etiã inuenio decisionẽ Poſth. poſt dictũ tractat. *de manut. quæ eſt.* 155. coram Cardin. Verospio Placentina fructum. *num.* 2. *ibi*: *Nam licet ſequeſtratio regulariter prohibita ſit, vbi tamen ſubit conſumptionis timor, ſequeſtrum non denegatur. Et inferiùs. Et generaliter quando ſuadet æquitas id fieri conſuevit, ne iudicium redatur eluſorium.*

46 *Gloſ in dict. cap. ab ea de ſequeſtra poſſeſ.* *verb.* *Diffipantur, reddit rationem propter quam apponitur ſequeſtrum, ibi*: *Et hoc ideò, quia ſi confirmabitur ſententia debet fructus perceptos poſt litem conteſtata reſtituere cũ ipſa re. Et hæc ratio eſt clara, & non poteſt in noſtro caſu deficere, nam neceſſariò Duciffa de Frias, debet reſtituere omnes fructus perceptos ex die mortis Ducis D. Ioachimi vltimi poſſeſſoris, cum ipſo Ducatũ, cũ ſint Maioratus; quia tanquam creditor illos percipit, & fatetur ad ſe non pertinere, nec iure domini, nec alio titulo. Quomodo ergo tam magnam quantitatem fructuum reſtituet, vel ſpes reſtitutionis haberi poteſt? Ergo ſequeſtrũ de iure communi fieri debet ex officio.*

47 Et hoc ſequeſtrum frequenter apponitur in Caſtellæ Supremo Conſilio in bonis Maioratus, vt teſtatur D. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 72. *Mieres de maiorat.* 3. *part.* 9. *num.* 36. *Auguſt. Barboſ. in prætermiſſis lib.* 2. *decretal. tit.* 17. *cap.* 3. *n.* 2. & 3. *Hermofiſ. in d. legi. tit.* 13. *partit.* 5. *gloſ.* 4. *num.* 16. *pag.* 179. *tom.* 1.

48 Nec ſufficit, quod Duciffa de Frias obijciat plurimas actiones habere, ſuarũque filiatum in hoc Principatu contra Statum Cardonæ, quia omnes ſunt inuiles, & paria ſunt actionem non ha-

bere, vel habere inuilem, vt probat Alvarez de Velazco *in locis commu. lit.* A. *num.* 77. Et omnes ſunt litigioſæ, & illiquide, quæ in hac lite probari non poſſunt: cùm fuerit probatio illarum denegata in Regia Proviſione huius Senatus, in hac lite prolata die 28. Septembris 1677. quæ ſupra inuenitur pag. 166.

Tum etiam, quia iſtæ actiones incontinenti probari non poterunt; ſed altiore indaginem requirunt, & ſequeſtrũ non impediunt, vt in terminis tenet Gratian. *d. decif.* 63. *num.* 27. *ibi*: *Non obſtant prætenſæ nullitates, quia licet concernant iuriſdictionem; tamen ex quo non poſſunt incontinenti probari, ſed requirunt altiore indaginem, non eſt dicendum eſſe impedimento, quin ſequeſtrum debeat concedi. Et ita intelligitur Cardin. in clement. Vaica; & final. qu. 2. de ſequeſtr. poſſeſſio. & fruct. pro vt dicit Caputaque *decif.* 156. n. 3. *lib.* 3. *vbi* concludit, dictam nullitatem impedire, quando poteſt incontinenti probari. Et ita fuit decifum, die 3. Auguſt. 1594.*

IVS CATHALONIÆ.

DE iure in Cathalonix hoc eſt clarum, & perſpicuum, itaque decifum in *cap. Conſtitutionis* 50. *titol.* *De ſequeſtros, y amparas, ibi*: *Mer eſtauhim, y ordenam, que los ſequeſtres, que de aci alde vant ſe poſaràn, axi en Civil, com en Criminal, en Baronias, Vilas, y Llochs, è jurisdiccions, y altres bells de Prelats, Barons, Cavallers, y altres perſonas, axi Eccleſiaſticas, com Seculars, no ſien poſats, ſino en los caſos permiſſos de dret, y ad deliberació del Conſell.*

Et *cap.* 52. *eiuſdem titol.* ſic habetur: *Eſtauhim, è ordenam, que en terras de Barons, y altres termens, y jurisdiccions, no pugan à ſer poſats ſequeſtres, ſino conforme juſticia. En duas Conſtituciones iubentes ſequeſtrum non apponi, niſi in caſibus à iure permiſſis; ſed ſic eſt, quod licet ſequeſtrum regulariter ſit prohibitum in iure, permittitur tamen, vbi ſubſunt cauſæ legitimæ ſupra enumerata,*

et: ergo de iure Cathalonix, per easdem causas à iure approbatas debet fieri sequestrum fructuum ex officio, ne dissipentur, & ita tenet Cancer. *ro. 2. var. cap. 4. de sequestro. & ampar. ex num. 1. & nu. 23. & 46. Fontan. de pactis nupt. tom. 1. claus. 7. glos. 2. part. 8. num. 21. & sequent. Ripoll in praxi. in ordin. iudic. iur. Vicar. rubric. 3. num. 18.*

52 Et ita fuit decisum in Senatu Cathalonix, in causa vertenti in Regia Vallisoletana Cancellaria iuper Baronij de Martorell, & Molins de Rey, ceterorumque Locorum adjacentium intra istum Principatum: & Regium Cathalonix Consilium sequestrum apposuit in dictis Baronij, vt refert Ximmar de offic. Iudic. part. 1. quest. 4. num. 24. ibi: *Appositum sequestrum donec per Iudicem competentem fuisset ius dictum: dura vique sequestrum vsque ad annum 1622. quo in favorem Marchionis de los Velez in Consistorio Vallisoleti lata sententia fuit.*

53 Et iterum in causa de qua meminit Cancer. *lib. 2. variar. cap. 4. de sequestro, & ampara num. 23.* Eo motivo, quia obligatus de facto alieno alia bona præter fructus obligatos cuiusdam prædij non hebebat, & fuit iustum fructus sequestrari.

54 Et iterum Amigant in addit. ad Peguer. in praxi pag. 494. num. 36. vbi fuit factum sequestrum in continenti, parte non citata, & quod post executionem intimaretur: Relatore Nob. de Cortiada, die 13. Iulij 1672. & fuit confirmata, & in provisione facta sequestri in hac causa, etiam parte non citata, iuxta Senatus stylum tuit dictum, post executionem intimetur, vt infra videbis num. 58.

55 Et iterum ita fuit factum sequestrum à Regio Senatu referente Magnifico Francisco Llum, die 26. Martij 1653. in favore Iosephi Ribera contra Cæciliam Ferrer Capero, Not. Cortell.

56 Similiter fuit decisum in causa vertente inter executores ultimæ voluntatis Mariæ Angelæ Dauxa, con-

tra Raphaellem Dauxa, ex quo dictus Raphael erat restitutus hereditatem, & vniversa bona dictæ Mariæ Angelæ, quæ possidebat. Cum tamen non haberet Raphael bona ad restitutionem fructuum percipiendorum pendente lite, licet dictus Raphael intastasset interdictum interim summarissimū, nihilominus tamen fuit provisum sequestrum in bonis, de quibus agebatur in causa ante factam provisionem, quæ fuit facto verbo, ad relationem Magnifici D. Ioannis Colomer, die 19. mensis Novembris 1672. Notari Congost.

Ad argumenta in contrarium adducta facile respondetur, & primo ad legem vnicā, C. de prohib. sequestr. pecu. respondent Cuiatius *suprà nu. 21.* & decisio Rotæ *suprà adducta num. 17.* & omnes Doctores, excipiendo prædictos casus à regula, in qua sequestratio prohibetur, vt etiam est decisum in decisione 155. post tractatum Posth. de qua *suprà num. 23.* Cum qua doctrina omnibus argumentis respondetur. Barcinonæ 13. Februarij 1677.

El Licen. D. Manuel de Vedoja.

§. I.

Praxis, qua Senatus sequestrum apposuit in Ducatu Cardona.

57 Post hæc scripta, cum in conficiendo summarium huius discursus essem occupatus die 21. Nobembris 1678. Consilium fuit congregatum in Palatio Dom. Ducis de Bournonville Locumtenentis: in quo præsidebat Prorex, & intersuerunt Nob. D. Iosephus Rull Regens Regiam Cancellariam, Nob. D. Michael de Cortiada Advocatus Fiscalis Regij patrimonij, Magnificus Ioannes Baptista Roca Iuliæ huius causæ in gradu supplicationis Relator, Nob. D. Narcitus de Anglascell,

glasell, & Nob. D. Hieronymus de Magarola. Et Fiscalis Advocatus supplicationem obtulit, in qua pro bono publico, Regiæ Coronæ, & Reipublicæ utilitate, quibus expedit, vt Hispaniæ Maioratus conserventur, vt tenet D. Molin. de primog. lib. 2. cap. 1. nu. 3. sequestrum petivit, informationem offerens his motivis, ob malam Iustitiæ,

& bonorum administrationem, diffipationem fructuum, illos in proprios vsus convertendo: & quia in Provincia bona immobilia Ducissa de Frias non habet. Et informatione recepta, incontinenti fuit sequestrum appositum Regia Provisione sequenti, servatis servandis iuxta stylum Senatus.

REGIA PROVISIO SEQUESTRI

58 **D**e 21. Novemb. 1678. visa informatione recepta, ex qua constat de contentis in supplicatione, facto verbo, in R. A. sine præiudicio iurium partium, tam in petitorio, quam in possessorio. Providet quod ponatur sub sequestro Status de Cardona, & sui dependentes occupatus, & occupati per Admodum Illustrem Ducissam de Frias, tam iurisdictionum, quam reddituum, & fructuum illius, & suorum dependentium. Hoc tamen proviso, quod sequester, per suam Excellentiam nominandus, teneatur idoneè cavere cum fideiussoribus de dictis administrationibus, tam iustitiæ, seu iurisdictionis, quam reddituum: & teneatur deponere pecunias ex dictis administrationibus processuras in Tabula Cambij communium depositorum Civitatis Barcinonæ, dictas, & scriptas persona, qua obtinebit in possessorio litis super eo pendentis, ad soltam Relatoris infrascripti: Et ad id expediantur litteræ sequestri, & aliæ provisiones opportuna, iuxta stylum, & post executionem intimetur.

Roca, & Iulià.

59 Ex quibus constat, † meas propositiones, quibus hic discursus est exornatus, vt iuridicas, ab omnique cavillatione alienas, Senatam recepisse, & præcassisse, absque læbe contrafactionis (vt aliqui existimabant, contrafecisse) non ex abrupto, sed lenta festinatione, cum causæ cognitione, alacri studio, Dei timore, summæque prudentia: cuncta cogitantem ab octava hora ante meridiem vsque ad octavam post meridiem. Primum hoc exemplar in causa tam ardua, ac irregulari vt inveniatur, referre curavi. Ferè per duorum curricula annorum, hoc discursu peracto, me tacuisse vi-

decur: non filii, sed instavi, & cum Leandro Herono sic respondeo, si interrogaveris.

*Quid loquar interea tam longo tempore
queris?*

Nil, nisi Divinum nomen in ore meo est.

§. II.

*An à Provisione sequestri liceat
supplicari?*

Postmodum ex hac Regia seque- 60
stri Provisione fuit in praxi orta
quæstio: nam Ducissa de Frias cum
ad

ad eius notitiam sequestrum pervenisset, contrario imperio supplicavit, suamque supplicationem Nobili Regenti adhibuit, & fuit dubitatum, an esset admittenda: & pro parte affirmativa, quod in utroque effectu, tam suspensivo, quam devolutivo esset admittenda, videbatur probari ex doctrina Nob. de Amigant in *additione praxis ad Peguer. fol. 187. num. 62. prope finem*, ubi asserit, posse supplicari à provisione statim ad calcem supplicationis facta, cum clausula *post executionem intimetur*, si ad notitiã partis pervenerit ante executionem, impediri que executionem.

61 Sed contrarium defendi ex doctrina Lancello: de *attenta. 2. part. cap. 12. de attentat. appellat. pendent. limit. 1. 2. num. 5. & 8. ubi plurimis citatis tenet, sequestrum non impediri per appellationem, & idem tenet Poslh. de manut. observat. 75. num. 52. & seqq. Mier. de maior. 3. p. quest. 7. D. Salgad. de Reg. prosect. 2. part. cap. 16. & a num. 54. Ant. Faber in Cod. lib. 4. tit. 3. de finit. 2. a num. 1. in quibus reddunt rationem, quia nullum fit præiudicium, nec aliquod gravamen importat, ut dixi supra num. 33.*

62 Probatur etiam ex eodem loco de Amigant in fine, ubi limitat prædictam conclusionem, quando res est magni præiudicij, & periculum est in mora, & ideò potest fieri ex officio parte nõ citata, ut fuit factum in præfenti, & probavi supra num. 28. Quod enim disputabatur in decisione Senatus, quam refert, fuit super desertione supplicationis, qui articulus fuit decisis; non vero fuit disputatum super admissione supplicationis, nec decisum: nam cum ex actibus constaret, supplicationem esse desertam, & esset facilis expeditionis, non curavit Senatus de validitate supplicationis, quæ maiori disputatione indegebat.

63 Sed licet in nostro casu esset admittenda (ut infra disputabo) non habet effectum suspensivum contrarij imperij; sed tantum devolutivum: &

fic practicatur in Senatu in causa aliorum, ceteri sit supplicatum contrario imperio, & informis: nam propter periculum in mora non operatur supplicatio effectum suspensivum, ut tenet cum decisionibus Senatus Amigant in *dicta praxi fol. 190. num. 74.* & hæc ratio periculi in retardatione executionis in sequestro nostro invenitur, ut censuit Senatus quando de illo provisit, & iussit *post executionem intimetur*, & omnes DD. tenent.

64 Intimatio enim, & iuxta Decretum Senatus, fieri nõ potest parti adversæ, donec integrè sequestrum fuerit executum in omnibus statibus. Et quando supplicatio facta fuit, præter Villã Cardonæ, in alijs executio facta non erat. & Et actum nihil dicitur, cum aliquid superest agendum, text. expressus in *l. cum Silaninum, Cod. de his. qq. ut indignis in fin. ibi: Merito enim nobis sacratissimi Marci per omnem Constitutionem replere placuit, nihil enim actum esse credimus, dum aliquid addendum superest.*

66 Ideò oculatissimus Senatus, tribus Aulis iunctis, iustissime decrevit, tabelliones supplicationes non admittere, nisi post executionem, ac intimationem partibus factam: Quibus præmissis, copia Provisionis illis traditur, ut est de stylo: Et illa copia provisionis, executionis, & intimationis exhibita, potest fieri supplicatio, & actuarij illam recipiunt. Et causa impulsiva, qua Senatus fuit motus, erat propter fraudes, & dolos partium, quæ supplicationes sola noticia provisionis faciebant, lites, & altercata moventes, quibus ius, & iustitia turbabatur, & decretum Senatus non exequabatur. Quid enim intererat, Aulam, facto verbo, decreville. Statim executionem fieri ante intimationem, si postea notitia extraiudiciali adhibita, nuda supplicatione suspenderetur redderetur equidem elusoria. Et ita fuit resolutum à Senatu tribus Aulis iunctis in hac eadem causa quando lis vertebatur inter Excellentissimũ Domi-

minum D. Petrum de Aragon, & Excellentissimam Dominā Ducissam de Medina, quæ obtinuit litteras *de nihil innovando Statim, & post executionem intimetur, & ante executionem factam, & intimationem, notitia habita, pars Don Petri supplicavit, & supplicatio non fuit admessa, prædicto motivo, quod non constabat de executione, & intimatione. Et tunc Senatus iussit omnibus Tabellionibus, quod supplicationes non admitterent, nisi præmissis suprædictis. Cum igitur in præsentia, hæc copia authentica Regiæ Provisionis cum testimonio peractæ executionis, & intimationis, manu Tabellionis subscripta, non veniat, sed copia simplex, his omnibus deficientibus, absque dubio non potest talis supplicatio admitti. Et sic observavit Senatus in hac causa sequestri.*

67 Post executionem factam, † & intimationem Regiæ Provisionis fuit etiã dubitatum, an supplicatio deberet admitti, à provisione sequestri facta, saltem ad effectum devolutivũ. Et quod non debeat admitti faciunt sequentiã.

68 † Primò, nam supplicatio debet fieri ab aliquo gravamine: sed sequestrum nullum gravamen infert, nec cuiquam est damnosum, vt dixit Posth. *de manuz. observat. 75. num. 53.* † nec vllum resultat in conveniens ex illo; nam appositum de ordine Iudicis non privat quemquam sua possessione, vt etiam dixit Rota *decis. 417. num. 11. post tractat.*

69 *Etum Posth. † & quod non sit damnosum cuiquam, cum victori sint fructus in deposito servati, probavit Fontanel. de pactis claus. 7. glos. 2. part. 8. ex num. 12.*

70 Vterius de iure Cathalonix † hoc videtur tutissimum, ex Constitutione 6. *Statutum, titul de commissio de causas, & ex decisione quam refert Peguer. ro. 1. decis. 194. & etiam refert Cancr. 3. p. cap. 18. à num. 41. & Michael Ferrer 3. p. observationum cap. 499. & Ripoll in additioni. ad Practicã de Peguer rub. 16. num. 40. qui omnes tenent, quod si pē-*

dente causa supplicationis contrarij imperij, vel in forma, fiat per Iudicem aliqua provisio, nullatenus ab ea licet supplicare. Et ita fuit etiam resolutũ in Senatu, in causa pendente supplicationis contrarij imperij, & in forma à provisione, facto verbo facta, die 28. Octobris 1658, per Nob. Iosephum Romeu de Ferrer, inter Priorem, & Conventum B. M. de Mercede huius Civitatis, contra Administratores bonorum filiorum Paulæ Flaquer, & Rexach, Scriba Famada nunc Ribes: in qua per eundem Relatorem in gradu supplicationis facta fuit provisio, facto verbo, 22. Martij 1659. repellendo articulos pro parte dictorũ Administratorum oblatos, qui supplicationem interpoluerunt contrario imperio, & in forma: Et causa supplicationis in forma iam commissa, fuit dictũ, non licere supplicare ab hac provisione: Et sic fuit resolutũ, & facta Crux forma solita.

72 Probatur vterius nam in hac lite sumus in summarissimo possessorio in secunda instantia, & provisio sequestri est facta incidenter, à qua contrario imperio, vel in forma non potest admitti secunda supplicatio, vt fuit resolutum iunctis tribus Aulis 18. Octob. 1659. hoc expresso motivo: *Attenco, quod provisio dicti possessori summarissimi est merè interlocutoria, & est provisio modici præiudicij, & vt talis tractatur causa illius, vt refert D. Amigant in additi. ad Peguer. rub. 16. num. 40. vers. Circa contenta.* Et vt tenent communiter Doctores provisio sequestri non tantum est modici præiudicij, sed imò nullius.

73 Et iterum modo fuit in Senatu iudicatum à Nob. Cortiada, Relatore, in lite inter Mariam Garciam, & Ramonem Vidal, Not. Virgili: in qua facta ✠ Sanctæ Eulariæ reiecta fuit supplicatio, eo motivo, quia in causa summarissimi possessori non admittitur supplicatio à provisionibus in gradu supplicationis factis.

74 Pro parte affirmativa † scilicet ad-
mittendam assè supplicationem, seu
appellationem, à provisione sequestri
faciunt sequentia. Primò, ex doctrina
Christophori de Paz de *tenut. part. 1.*
cap. 10. in fine. vbi tenet, posse suppli-
cari à provisione sequestri facti in bo-
nis maioratus in iudicio summarissimo
tenutæ proptèr magnum præiudiciù,
& ita testatur praticari in Supremo
Regio Senatu Castellæ.

75 Secundò, ex sententia Dom. Salgad.
de *Reg. protect. part. 2. cap. 16. num. 1.* &
sequent. qui per totum caput magna
extensione, & eruditione materiam
hanc tractat, & ex nu. 10. † distinguit

76 inter sequestru factu à Iudice lege iu-
bente fieri, & factum lege permitten-
te, in arbitrium Iudicis committente:
vt in primo casu non liceat appellare,
quod ego intelligo, nec in effectu sus-
pensivo, nec devolutivo: in secundo au-
tè appellare, vel supplicare licet, quod
etiam intelligo in effectu devolutivo,
non verò in suspensivo, si periculum
est in mora, vt tenet idem Salgad. nu.
27. & *sequentib. & num. 30. & 31.* Et
sic ego concordo Posthium, & ceteros
Doctores supra citatos cum Salgado:
nam Posthius, & reliqui intelliguntur
quoad effectum suspensivum, non ve-
rò quoad devolutivum. Et ita fuit vi-
sum à Senatu, fieri hoc sequestrum in-
continenti; & quod post executionem
intimaretur. Similitèrque debet intelli-
gi D. Ioan. del Castell. de *alimènt. tom.*
8. cap. 13. à num. 7. qui etiam tenuit pos-
se appellari.

77 Constitutio autem Cathalonie su-
pra relata num. 71. cum decisionibus
Senatus, & Doctoribus ibi citatis, om-
nino tollit supplicationem in duobus
effectibus suspensivo, & devolutivo,
quando pendente causa supplicationis
contrarij imperij, vel in forma fiat per
Iudicem aliqua provisio; & ideo dixit
Ripoll. in *addition. ad praxim Peguer. rubr.*
16. num. 40. Nullatenus ab ea licet suppli-
care. Et iuxta relata, ab hac provisio-
ne sequestri proculdubio, nec contra-

rio imperio, nec in forma, nec quoad
vllum effectum poterat supplicari; † 78
Sed ex alio capite supplicabilis est, sci-
licet, quia dicta provisio facta fuit in
calce supplicationis incontinenti, par-
te non citata, nec audita, & dictum
fuit, *post executionem intimetur*: & in hoc
casu limitatur *Constitutio 6. Statutum, tit.*
De commissio de caus. & decis. 194. D. Lu-
dovici à Peguera, cum ceteris supra
relatis, vt accidit in causa inter Dom-
nam Hieronymam Salvà, contra Dom-
nam Mariam Rosadell, in qua fuit se-
questru appositu, non facto verbo, per
Nob. D. Michaelè de Cortiada in con-
tinenti die 13. Jul. 1672. à qua fuit sup-
plicatum, & sequestrum fuit confirma-
tum, vt refert Amigant in *addition. ad*
Ripoll rubr. 3. n. 36. pag. 494. Et fuit alter-
catum inter partes, an supplicatio de-
beret admitti contra dictam Constitu-
tionem, & tandem post executionem
factam, fuit admissa, eo motivo, quia
provisio facta fuit ad calcem supplica-
tionis incontinenti, parte non audita,
in quo casu dicta decisio limitatur.

Idem accidit in alia lite, in qua Ca-
pitulum de Villa Beltram supplicavit 79
à provisione denunciationis processus
contrario imperio, & in forma; & pen-
dente causa supplicationis, cum fuisset
in calce cuiusdam petitionis provisio
exemptio aliquorum singularium de
Villa Beltrà ob sevitas à iurisdictione
Capituli, & ab hac provisione exem-
ptionis supplicasset Capitulum, fuit
deliberatum iunctis duabus Aulis, posse
supplicari, Relat. Magnifico Ioanne
Colomer mente Novembris 1671. Nor.
Subitana. Cum igitur de his duabus
decisionibus Senatus fuisset certio-
ratus, & mihi iustissimè viderentur re-
cessi à constu, quem habebam contra-
dicendi supplicationi Ducillæ de Frias,
virtute Constitutionis Principatus, &
sic sine contradictione fuit admissa,
vt in simili casu videtur accidisse, re-
lato à Cancer 3. tom. *variar. cap. 20. nu.*
220.

Hæc enim supplicatio quod fit ad- 80
mit-

mittenda in effectu devolutivo etiam probatur, nam hoc sequestrum fuit factum lege permitte[n]te, sed non iubente, vt potest videri supra num. 31. ex l. fideiussor, §. fin. ff. qui satisf. cogant. ibi: Si hoc iudici sederit. vbi intrat doctrina Salgadi supr. num. 69. tenentis posse appellari à sequestro facto à Iudice lege permitte[n]te.

§. III.

An ritè, & rectè sit nominatus administrator, seu sequestator Status Cardonæ Dux de Medinaceli.

81 **P**ost sequestrum factum † Regia Provisione in Ducatu Cardonæ, electione sequestatoris pertinente Domino Proregi, Sua Excellentia mandato forcè privato, & individuo precedente Domini nostri Regis, vt vulgò fertur, nominavit sequestatorem Status, seu administratorem Ducem de Medinaceli, maritum Dominæ Domine Catharinæ de Aragon indubitatum successorem prædicti Ducatus, absque legitimo contradicte. Ex qua nominatione magna fuit inter DD. orta cõtroversia: an ritè, & rectè fuisset facta. In qua quæstione videtur dicendũ, nec ritè, nec iustè factã fuisse; quin potius cõtra Cõstitutiones huius Principatus, quod ex sequentibus probatur.

82 **P**rimò, † ex doctrina Alciati in l. sequester. 109 num. 4. ff. de verbor. signific. qui asserit non bene facere Iudicem, qui collitigantem sequestatorem nominaverit: ergo nec ritè, nec bene facta fuit nominatio.

83 **S**ecundò, † probatur ex doctrina Carocij, de sequestat. part. 1. qu. 5 principali, de persona. qu. 2. qui ait Iudicem errare si collitigantem sequestatorem nominaverit: ergo.

84 **T**ertiò, † nam litigantium ius dubium est, cum adhuc lis non sit decisa,

& in dubijs tutior pars est eligenda, l. si fuerit, §. vult. ff. de reb. dub. Et cum in sequestro Ducissa de Frias possidens à possessione actuali amoveatur, † cui favendum erat potius, quam actori, l. Favorabiliores, ff. de reg. iur. Idcò non debuit sequestrum apud collitigatorem apponi, sed apud alium extraneum, in quo nulla suspicio fraudis oriretur; nam aliàs Dux manibus plenis percipiendo fructus Status contra Ducissam de Frias litigabit, propallando iudicium, ne vnquam lis finiatur.

86 **Q**uartò, † nã hic sequestator directè, vel indirectè à Dño nostro Rege est nominatus (vt fertur, sed falsè) & iuxta Constitutiones, & privilegia huius Principatus Dom. Rex, nec directè, nec indirectè potest cognoscere, nec decernere in causis pendentibus in Regio Supremo Cathalonæ Consilio, nec per viam appellationis, nec evocationis: Ergo hæc nominatio sequestatoris fuit nullitèr facta, faciendo contra Constitutiones Cathalonæ.

87 **Q**uintò, in Cathalonæ (salva clementia Domini nostri Regis) est adstrictus ad iudicandum per directum, hoc est, citatis, & auditis partibus, vt ex text. in vsati. aliud namque, tit. de iure fisc. probant Oliba, Cancer, & cæteri relati à Dom. R. Vilosa, à me non semel citatus, & laudatus de fugiti v. differrat. 1. num. 33. Ergo hoc sequestrum contra Constitutiones fuit appositum, cum fuerit factum non citatis, nec auditis partibus, vt fertur, de eius mandato.

88 **S**extò, † si propter aliquam rationem administratio, seu sequestatio dari poterat Duci, ea est, quia Ducissa eius vxor est legitima huius Status successor; sed propter istam rationem est ei denegandum officium sequestatoris, ergo non rectè fuit nominatus. Minorem probo, nam foeminae sunt incapaces de iure, & ab omni administratione propter sexus fragilitatem sunt removende, ex l. Cuius bonis, ff. de curat. furios. Glosa in l. 2. verb. Curatorem, ff. de curat. bonis dand. & communitèr

nitèr DD. Ergo exclusa Ducissa, exclusus etiam est Dux eius vir, † nam nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet, ex regula *nemo plus, ff. de reg. iur.*

89 Septimò, † non ritè, nec rectè fuit nominatus, nam pessimè potest esse consequentiæ, quod Dux sit administrator, cum disputetur de Status successione cum Marchionissa de Robuyte toto e Ducissa de Medina, & de tenuta cum Ducissa de Frias: & ad evitandam istam consequentiam, † debent iudices eligere, quod partibus minùs præiudiciale sit, ex l. *unica, C. si quis caut. Roland. conf. 33. num. 2. volum. 3 Lara de vita homin. cap. 21. num. 53. Scaccia de iudici. lib. 1. cap. 102. num. 7.* Et dubitari non potest, minùs præiudiciale partibus fuisse, si tertius extraneus fuisset nominatus.

92 Sed his minimè obstantibus † contrarium proculdubiò est tenendum, scilicèt ritè, & rectè esse factam sequestratoris, seu administratoris nominationem, ex sequentibus.

93 Primò, † supponendum est Ducissam de Medina absque dubio esse legitimam, & indubitatam successorem huius Ducatus, exclusa affectata præensione Marchionissæ, vt extat probatum *sup. lib. 2. discurs. 8.* Et quod in contrarium dicitur ridiculum, & contemptibile est. Et Ducissa de Frias successionem non præendit: & interim quod illis deciditur, & sequestrum existit, eius administratio de iure debetur legitimo successorì, vel eius marito, ita, quod illis volentibus, nulli dari potest, † nam quibus pertinet successio, pertinet etiam bonorù administratio, vt in *Authentica sicut hereditas, Cod. de legitima tutela.* Decius *conf. 575. num. 4.* Escobar *de ratiocinis cap. 6. num. 50. vers. Crederem; in fine.*

95 Et hoc iusta ratione procedit, † nam persona, quæ successura est, magis de conservatione bonorum, & vassallorum vnà cum administratione iustitiæ, maiorique cum vigilantia curavit, quam

extranea, argum. text. in l. 1. in princ. iun. Etò *vers. Hoc summa pro videntia, ff. de legit. tutore,* ibi: *Vt qui sperarent hanc successionem, idem tuerentur bona, ne dilapidarentur, & in l. 3. in princip. eiusdem tituli,* ibi: *Sed per consequentias hereditarum, quæ ex ipsa lege patroni data sunt.*

Et ultra ordinarios, † Baldus *conf. 90. volum. 2. Angel. conf. 103. num. 1. post medium, vers. Sed hæc ratio non valet, Aret. conf. 109. num. 1. Alexandri. conf. 4. num. 4. lib. 2. & conf. 121. nu. 5. 7. & 10 lib. 6. Decius conf. 16. n. 4. tom. 1. & conf. 575. num. 3. vers. Et etiam, & num. 6. vers. Et quia, tom. 2. Socinus senior conf. 234. nu. 2. lib. 2. Curtius senior conf. 46. super cōtro vers. num. 14. vers. Corroborantur, Gozadin. conf. 54. num. 7. & conf. 68. num. 5. Boeri decif. 88. num. 1. Gregor. Lop. in l. 14. glos. 2. tit. 14. partit. 3. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 150. ex num. 32. & 15. Borgnin. Cavalcan. de tutor. & curator. num. 331. Quésada singular. quest. cap. 3. num. 2. Parlador rer. quotidianar. part. 3. quest. 2. num. 5. Gutierrez de tutel. part. 3. cap. 17. num. 3. Montan. de tucl. cap. 28. num. 77. & 85.*

Et adeò est verum, † quod licèt administratio bonorum sic data cuilibet extraneo, & successor compareat, ad illam petendam, tollenda est extraneo, & danda successorì, vt tenet Paz *in praxi 3. part. tom. 1. cap. 1. num. 20.* ibi: *Hoc, quod dictum est de vita, & morte absentis, ad eius bonis Curatorè dandū, credere necessū esse, quādo qui sperat eidem succedere ab intestato, curam, & administrationem bonorum postulat; quam alius habebat argumento text. in l. Cum cognatos, Cod. de capti. & postlim. re versis, quam curam consanguineis propinquisque diligentibus, & fidelibus prius quam alijs defert l. 4. tit. 29. partit. 2.*

Et hac consideratione, † ita fuit resolutum in Senatu Sebusiano, vt refert Antonius Faber *in suo Cod. lib. 8. tit. 20. Qui tutores, ac curatores, definitione 4. ad finem,* ibi: *Itaque solet ea cura illis deferri qui ad succedendum sunt proximiores, & quibus absentis morari successio deferretur,*

ut tanto diligentius bona administrant, rã-
quam que sint, & iam sua, & adhuc alie-
na, ita Senatus in decreto Auditorio ex
tempore in causa, &c. & ibidem tit. 40. de
curator furiosi definit. 1. 5. 9. & 10.

99 In Senatu Hispalensi, † ita testatur
judicatum, Gomez Legionensis in de-
decif. 39. per totam. Idem tenet Valen-
ciuela conf. 17. à num. 2. D. Salgad. in la-
byrint. patt. 1. cap. 8. num. 49. & cap. 13. nu.
2. Vela tom. 2. dissertat. 49. à num. 68. D.
Olea de ces. iuri tit. 3. qu. 2. à n. 16.

100 In proprijs terminis maioratus, †
quod administratio bonorum illius sic
danda præcisè immediato successori,
firmat Escobar de variocinis cap. 6. num.
53. ibi: Ex quibus infero, quod si possessor
maioratus per tempus viginti annorum va-
gaverit, ita ut de ipsius vita ignoretur, &
de eius morte sit fama, immediatus succes-
sor mittendus sit in possessionem bonorum
maioratus cum prædicta fidelissima, &
fructus interim percepti venientibus ab in-
testato sint adiudicandi. Et prosequitur,
illam doctrinam concludentèr proban-
do.

101 Idem tenet † Lara de anni versarijs lib.
1. cap. 22. num. 17. ibi: Si tamen absente
possessore maioratus concurrant ad peten-
dam administrationem proximior cognatus,
non tamen successor, & successor, præferunt
successor ad quem bona maioratus, que sunt
administranda per venturi sunt, & cuius
intereft bona conservari, ut dicit Menoch. de
arbitr. centuria 2. casu 150. n. 20. vers. 3.

102 Ita fuit decisum in Senatu Hispalen-
si, ut testatur Don Joseph. Vela tom. 2.
dissertat. 49. num. 67. ibi: Igitur Senatus
noster inferioris Iudicis sententia re vocata,
maioratum illum, tam in possessione, quam
in proprietate ad Didacum absentem, ultimi
possessoris fratrem dumtaxat pertinere, in
eiusque ministerio, l. 45. Tauri (quæ est, l.
8. tit. 7. lib. 5. no. v. compil.) civilis, & na-
turalem possessionem translata esse declara-
vit, eiusque nomine bonorum eius administra-
tionem dari iussit Andrea alteri fratri mi-
nori, pro se, & illo agenti sub idoneis cau-
tionibus de eis illi cum reddierit, aut filijs,
& descendens eius masculis legitimis,

iuxta geniture ordinem restituentis, cum
omnibus fructibus, & emolumentis inde
perceptis, à morte ultimi possessoris. Que-
quidem administratione iure debetur ab-
sentis consanguineis, qui ad eius bona pro-
ximum ius successionis habent, quippe pro
quibus ob eam causam iuris extat præsum-
ptio quod rectè, & fidelitèr eadem bona ad-
ministrabunt. Ego ipse supra lib. 1. discurs.
4. n. 136.

Et ita prædicatur in Regio Senatu
Castellæ, † in quo terminantur priva-
tivè lites super tenentis maioratum, in
quibus conceditur administratio bono-
rum illi, qui prima facie, & inspectione
videtur melius ius habere ad tenentiam,
ut accidit in tenuta Marchionatus de
Tarifa, inter Ducem de Medinaceli, &
Admirantem Castellæ, in qua data fuit
administratio Duci de Medina cum sa-
tisfactione certæ quantitatis, & postea
fuit illi tenuta concessa: & idem acci-
dit in Ducatu de Alcalà inter eundem
Ducem, & Marchionem de Priego, &
Duci fuit data administratio. Et hoc est
vitatissimum, etiam si inveniatur præ-
tensor, & contradictor: qui in hac lite
non intercedit: nam Ducissa de Frias
non præcedit successionem, sed reten-
tionem pro creditis; & Marchionissa
eius filia, tantum intendit dolosè dila-
tionem litis, ut eius mater fructibus
fruat.

In Cathalonia † ita esse observan-
dum in fideicommissio absentis, cuius
mors ignoratur, docet Fontan. de pact.
claus. 7. glos. 3. part. 1. num. 42. qui postquã
disputavit hanc questionem, sic dixit:
Sed quid tum? quando videt, qui succedere
habet post mortem absentis, re rei, & frui-
eum, qui non deberet, quique bona restituere
habet, Eritnè melius, ut iste sine
iure, Et ratione rem habeat, &
fructibus potiatur quam ille, qui
tam proximus est successioni?

Non reliquerunt rem hanc iura nostra si-
ne remedio, illud est, quod ab eo qui succes-
sus est, propter interesse, quod habet, si
mors primi substituti negetur, petitur, cura

106 *torum bonis assignari, qui pro absente illa custodiet, & confer vabit, ac pro eodem ipso, qui succedere habet, quando mors precedentis substituti continget, † idque praestita optima cautione, quae sit ad id sufficiens, Imò ET IDEM IPSE PRÆTENSOR potest simul, & semel in eodem libello petere fideicommissum, tanquam purificata conditione per mortem primi instituti, aut substituti, & casu quo mors negetur, quod sibi absentis bonorum cura deferatur, ET DEFERRI DEBEBIT SINE DVBIO CVM LEGITIMA CAUTIONE, pro vt in terminis docet Antonius Faber, &c. atque isto modo, vt successuro cura bonorum absentis forma predicta deferatur, non vt eidem, vi heredi bona adiudicentur: Praeterea rem hanc fore, secundum quod iura disponunt, arbitror: sic fiat, vt & iuris recti tramites sequantur, & absens, si reddat, faciliorem habeat modum recuperandi à Curatore qui eius nomine administravit, quam ab eo, qui se heredem fecit, dominum, & proprietarium.*

107 *Sed fortè obijcies, † Fontanellam suam sententiam reformasse, ab illaque recessisse inferius num. 45. vbi sic dixit: Ego vix est, quòd vel vigore testamenti, vel curatori commendarem inquam secundo succedere debenti hereditatem, ne simile inconueniens contingeret, tertium eligere, cum quo minus procul dubio negotium futurum est, minorque labor sumendus in habenda ab eo hereditate sibi commendata. Quæ verba magis indicant mentis trepidationem, quam iustitiam: Nam primo dixit, immediato successori bonorum curam esse deferendam, & deferri debere sine dubio cum legitima cautione: nam potius confidit ius de successore, quam de terra, & extranea persona; vt invenitur in tutore, qui datur minori: nam prius vocantur legitimi tutores, qui successuri sunt pupillo, & illis deficientibus locus est dativis tutoribus: ergo magis de illis legitimis tutoribus, qui successuri sunt confidit ius, quam de extraneis. Et cum administratio bonorum absentis sit danda successori, non vt successori, iure domini,*

sed curatoris, nihil difert à tutore. vel curatore, & Fontanellæ mens fuit de precavendo, ne iure successoris bona darentur: qui non est noster casus. Causam lux trepidationi præbuit decisio dilbona Senatus, quam refert.

Nominatio huius sequestratoris, seu administratoris est iudici arbitraria, vt tenet Menach. de arbitrar. centur. 2. casu 150. Et ideò Senatus dixit in sua Regia Provisione: Sequester per suam Excellentiam nominandus. Imò hæc nominatio tanti momenti debet inter Regalias nominari. † Et licet sua Maiestas 109 ei iussisset (vt fertur calumniosè) quod sequestratorem Ducem de Medina nominaret, (si per possibile, vel impossibile ita accidisset) non fecisset contra Constitutiones Cathalonix; nam in hac nominatione non formatur processus, nec ordo iudiciarius, provisio, nec sententia, in qua sit necessarium declarari ad Ducem administrationem pertinere: nam si hoc ita fieret, cognitio iudicialis Senatus absque dubio esset, satis est enim quod lux Maiestati, seu Proregi extraiudicialitè constaret Ducissam legitimam esse Ducatus successorum. Et providè, ne ius administrationis læderetur, si extraneus fuisset nominatus, lite pendente, iustissimè iussisset Ducem nominari, absque declaratione, quod de iure ad illud attinebat, nec in mandato positum hoc motivum invenietur, cautèque fuisset omissum ad evitandum inconueniens faciendi declarationem tacitam, nec expressam, vt elegantè docuit Abbas Panormitanus conf. 41. num. 1. ante finem, vers. Ex quibus verbis, part. 1. Decius conf. 341. num. 12. Capic. decis. 16. num. 4. Ruteus decis. 432. lib. 2. Rot. part. 1. di versorum decis. 479. in vna Ragusina emphyteusis. Gonçalez regul. de mense, § 7. proemili num. 233. Rot. decis. 176. sub n. 7. & 8. part. 2. di versar.

Admodum † elegantè concludit Dom. Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 4. num. 38. & seqq. sic ait: Et cum videz in huiusmodi decretis procedatur extraiudicialitè, nimirum vt partis citatio nulla

requiratur, quia hic agitur de solo superioris informando animo, & satisfaciendo Iudicis conscientie. Et sicut fit in cognitione per viam violentiæ in qua Rex, eiusque Consilium cognoscit de violentiis à Iudicibus Ecclesiasticis suis vassallis factis, illas amovendo, in quibus sine iurisdictione cognoscit, sic similiter cognoscere potuisset de huius sequestri, & sequestratoris iustificatione, extrajudicialiter, & sine citatione, & directivè vim amovendo, iuvare Iudicibus, ut de hoc remedio cognoscerent, & cum iustum invenirent de illo providerent, & Proregi sequestratorem Ducem nominaret, ut latè probavi supra hoc libro *discurs. 2. ex nu. 55.* & ultra ibi dicta probat iterùm Salgad. de *Reg. protect. part. 1. cap. 1. prelad. 5. num. 214.* ibi: *Ex qua miraculosa doctrina literis aureis scribenda, tres mirabiles, & utilissimi oriuntur effectus quoad hanc nostram cognitionem extrajudicialem per viam violentiæ, & eius iustificationem, cui libenter arridet. Primus, quod cum in Senatu addito per viam recursus, ut deferat Iudex appellationi, & reponat attentata, agatur dicitur, an appellationi debeatur deferri, vel non (interim dum superior additus aliud sentiat) de cuius qualitate, & natura informatur extrajudicialiter, ad sui instructionem tantum, per actorum inspectionem, quod est quid facti, sequitur manifestè, ut iurisdictione nõ egeat, quia subiecta materia, nec patitur, nec desiderat. Novissimè Illustrissimus Magister Dom. Don Franciscus Ramos del Mançano ad leg. *Iuliam, & Papi. lib. 3. cap. 53 num. 13.* ibi: *Non item recursus pro auxiliari, & extrajudiciali defensione Principum, & Magistratum, contra vim iniustam, non ut ipsi ius dicant, aut iudicent, sed ut Ecclesiasticis oppressis, & eorum appellationibus opem, cursumque prabeant.**

111 Et si per hanc cognitionem, & per viam violentiæ, Princeps Secularis potest cognoscere inter Iudices Ecclesiasticos, etiam si sit incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ, cum in hoc remedio iurisdictionaliter non procedat, sed tan-

tum charitativè, & extrajudicialiter, & directivè, ut illam vim suis vassallis illatam tollat: nullus dubitare poterit, hanc cognitionem extrajudicialem nõ esse contra Constitutiones Cathalonix, cum tantum tenderet ad tollendam vim notoriam, iubendo, ut sequestrum, si iustum esse videretur, Consilium apponeret, & sequestro facto, administratorem illius Ducem nominaret. Prorex, cum extrajudicialiter cognovisset, successionem legitimam ad eius uxorem pertinere: non autem expressit hoc motivum, nec declarationem tacitam, nec expressam fecit, sed posset directivè, hoc exercendo inter suos seculares vassallos, cuius suprema iurisdictione negari non potest. & Illique competere, suos Iudices in viam iustitiæ dirigere, ut eam partibus tribuant: & si Regale rescriptum subreptitium expediretur contra ius, illi obediendo, refutare deberent, ab illo supplicando, ut infra *num. 116.* fundatur. Nec est novum, Regem suis Iudicibus in viam iustitiæ dirigere, ut fecit Imperator Iustinianus in materia retentionis dotis in *l. vnic. §. tacet. Cod. de rei vxor. act.* & in materia compensationis in *l. fin. Cod. de compensat.*

Et in ista protectione naturali, & nuda defensione, & directione Rex nõ processisset, ex potentia iurisdictionis contentiosæ, sed potestatis politicæ, & economicæ, ut docet idem Salgad. *dict. part. 1. cap. 2 num. 276.*

Et sicut Pater, & seu Dominus privatus potest filium, seu famulum suum Clericum, è domo eicere ob eius pacem, & quietem, virtute potestatis politicæ, ut asserit *num. 278.* Sic Rex potest à Regno suo expellere Clericos vim notoriam inferentes suis vassallis, & turbatores pacis publicæ, ut dixit *num. 277.* & valdè eruditè Dom. D. Francisc. Ramos *vbi supra lib. 3. cap. 47. num. 1. & 3.* Quando ergo magis extrajudicialiter potuisset expellere Ducissam de Frias, vim notoriam inferentem Ducissæ de Medina, quod non fecit;

dit; sed tantum charitative illi Con-
sultendo, & directive quasi Consilium
instruendo extrajudicialiter; & exor-
tative, iussisset quod sequestrum ap-
poneret in Aula, quæ de illo cognos-
cere posset, sibi que attineret, si iustū
iudicaret, & Prorex Ducem de Medi-
na nominaret. Quod totum ritè, rectè,
& iustè fuisse executum.

115 Et cum Rex, eiusque Supremum
Aragonum Consilium extrajudiciali-
tèr cognovisset, sequestrum esse mit-
tendum, administratoremque à Pro-
rege nominandum, non potuisset ad-
121 ministrationem extraneo committe-
re: cum etiam cognovisset Ducissam
de Medina esse tanquam legitimā suc-
cessorem nominandam, eiusque virū:
Nam Rex nunquam cuique ius suum
detrahit, l. 2. post principium, ff. de his qui
sunt sui vel alien. iur. l. fin. in fin. ff. de pa-
122 tris, l. quod si minor 25. §. See vola, ff. de mi-
norib. l. id quod nostrum ff. de reg. iur. Salg.
de recent. bullar. part. 2. cap. 17. num. 74.
Barbol. in votis decis. lib. 3. vot. 76. num.
27. & 28. D. Ioseph Vela tom. 1. disert.
16. num. 51. & reverenter loquendo,
cum hac facti, & iuris extrajudiciali
cognitione fieret ei iniustitia, si alij
extraneo contra suam voluntatē ad-
123 ministrationem Status daret, argumē-
to text. in cap. ex tenore, §. nos igitur de
foro comp. ibi: Nos igitur attendentes,
quod sic sumus viduis in iustitia debitores,
quod alijs iniustitiam facere non debemus.

116 Imò seipsum Princeps ligat, & de-
cernit, quod si tale rescriptum fuis-
set missum, refutaretur, cum esset con-
tra ius expeditum text. expressus in l.
rescripta 7. Cod. de precib. Impera. offeren.
ibi: Rescripta contra ius elicita, ab omni-
bus iudicibus refutari precipimus, nisi for-
tè sit aliquid, quod non lædat alium, &
prosit petenti, l. 2. eodem titul. l. 1. §. merito,
& §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco
publi. l. nec a vus 4. C. de emancipat. liber.
124 cap. quam vis 1. de rescript. in 6. Ant. Ga-
briel commu. opini. lib. 3. de iur. quesit. non
toll. Barbol. lib. 3. voto 76. num. 28. Vela
different. 16. tom. 1. num. 53. qui omnes

tenent Principem de potèntia ordina-
ria ius alterius lædere non posse.

Adhuc magis vrget meum argu- 117
mentum, quod nam assero Regem (salva
sua clementia) de potentia absoluta
non potuisse tollere administrationem
Ducatus Duci de Medina, ut alteri
concederet: nam non est potestas, quæ
potens est ad iniustitiam exercendam:
nā id possumus, quod iuste possumus,
Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. num. 31.
Menoch. lib. 4. presump. 283. nu. 5. San-
chez de matrim. lib. 2. disput. 5. Fontan.
de pact. claus. 4. glos. 14. num. 41. Nec di-
citur Principem posse, quod honestè
non potest, Riminal. iuni. cons. 215. nu.
14. Fab. de Anna cons. 62. num. 25. Ca-
valc. cons. 111. num. 35. vol. 2. Petra de
potestat. Principi. cap. 24. per totum, Acca-
tius Enengel. de privileg. lib. 3. cap. 5. &
cap. 7. per tot. Acebed. in l. 4. tit. 14. lib. 4.
recopil.

Optimè, & copiosissimè D. Salgad. 118
de recent. bullar. part. 1. cap. 7. num. 15. ibi:
Ex his facile probabis potestatem illam,
quam aliqui absolutam vocant, nullo Iuris
principio nisi ipsam cerè in Principe Chris-
tiano nō agnosca, cum bono Principe Chris-
tiano, saltem nihil liceat, quod vel di-
vino, vel naturali, vel gentium iuri repugnet,
Parlad. lib. 2. rer. quor. cap. fin. 1. part. §. 7.
num. 9. Cavalc. de Brachio Regio 1. part.
num. 168. Nicol. allegat. 1. num. 25. Gra-
tian. discept. 218. num. 27. Menoch. lib. 2.
presump. 9. num. 28. & de arbitrar. casu
389. num. 22. Villar cons. 8. sub num. 21. in
125 principio. Bardello cons. 136. nu. 19. & 44.
Et interius: Credendum itaque est hanc
chimericam potestatem absolutam in Prin-
cipe damnari à Pinello: & tandem sic cō-
cludit: & Petr. Greg. ubi proximè sub-
dit, nec Papinianum, nec Ulpianum, nec
ullum alium Iurisconsultum toto iure hu-
ius absolute potestatis, nec verbo quidem
meminisse, D. Ioan. del Castillo tom. 7.
de tertij cap. 41. num. 2.

Quod adeò verum est; ut Acebe- 119
dus firmasset in l. 2. titul. 14. lib. 2. recopi-
lat. num. 83. Principem mortaliter pec-
casse, si in præiudicium Ducis extra-

neum administratorem nominasset, & in l. 4. dict. tit. 14. num. 14. sic se habet: Imò etsi Princeps absque causa hæc faceret de plenitudine Potestatis, peccaret mortaliter secundum Rebusum in princip. l. unica num. 34. & diceretur hoc facere, de potestate absoluta secundum Capicium decif. 166. num. 14. & non diceretur de plenitudine potestatis, sed tempore hæc facere secundum Socin. & alios vetatos per Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. num. 33. & per Loaces in allegat. de mula dubit. 2. fundamento 15. in fine pro oppido: Et potestatem hanc diabolicam vocat, & consulentes Principes hæc in infernū deiciendos, inquit, idem Rebusus in dict. praxi beneficior. dict. tit. de tollendo ius quæsitum, glōf. 6. nu. 35. & non solum ipse concedens, sed, & cum exequens, etiam concedentis mandato secundum Navarrum in manuali cap. 25. num. 9.

120 Ex his omnibus † concludentissimè liquet in hypothesi proposita, Dominum nostrum Regem Catholicum iuste, extrajudicialitè, & directivè citra contraventionem Constitutionum Cathalonix præcipere potuisse, pro bono publico Senatum sequestrū apponere in hoc magno Ducatu, si iustum sibi videretur, Senatūque iustè apposuisse: ac Proregem Regi obtemperando, Ducem de Medina pro suo arbitrio ritè nominavisse administratorem, quicquid alij dicant.

121 Argumenta in contrarium adducta nihil obstant. Non primum, ex sententia Alciati, quæ multifariam recipit solutionem. Prima, quod loquitur regularitèr quando ius partium est dubiū, quod in nostro casu nō procedit; nam successio Ducissæ de Medina luce meridiana clarior est: & nullus maiori zelo, & vigilantia suos vassallos gubernabit, fidelitateque administrabit, ut suprà dicti DD. recognoscunt.

122 Cæterum dixit Alciatus, † quasi politicè loquēdo non benefaciet Index, & non potest argui à contrario sensu, ergo male faciet, quia est materia odiosa, iudicium facta condemnare, præ-

sertim quæ à suo arbitrio pendent; † 123 Nec sumitur istud argumentum ex dictis, & Doctrinis Doctorum, ut tenet Seraphin, decif. 822. num. 6. Castill. lib. 5. contra rex. cap. 88. num. 12. nec in materia odiosa; Seraphi, decif. 1466. num. 1. † nec quando in casu contrario maior militat ratio (ut in nostro) Surd. decif. 18. num. 24. R. Sanch. de matrim. lib. 9. disput. 32. num. 11. Molin. de ritum. lib. 3. quest. 51. num. 8. Castillo d. cap. 88. num. 31. & si iste Doctor hunc casum videret, suam regulam limitaret, & idem diceret, quod cæteri Doctores; † nam quæ de novo emergunt, 125 novo indigent auxilio; & in rebus novis novum est remedium, & Consiliū suggerendum, l. 1. in princip. ff. de voto, inspic. l. de arate, §. ex causa. ff. de interrogat. actiōni. Cardin. Tulch. litter. E. conclus. 45.

Idem respondetur sententiæ Carolij, & quod Senatus non erravit, nam nominationem à Prorege dixit fieri; nec Prorex cum iusto mandato Regio obtemperasset, & iuxta suum arbitrium quemlibet posset eligere: & denique Rex tantum abest ab errore, quod non potuisset alium iustè nominare, ut suprà probavi.

127 Tertio argumento respondetur, † ut per totū discursum dicendo, quod ius Ducissæ de Medina non est dubium: & legitimo successorī administratio est deferenda bonorum maioratus, ut suprà ex num. 80. & in nostro casu plus est expendendum, quod tertius extraneus, qui administrator alitèr nominari poterat, nullum ius haberet ad maioratus successionem, nec ad fructus; ut habebant heredes ab intestato, qui, absente possessore maioratus, cum successore contendebant; & nihilominus fuit data administratio legitimo successorī, & non heredibus.

128 Quartum argumentum diluitur ex dictis suprà num. 92. vbi probavi, nullum vestigium contrafactionis, nec in sequestro, nec in electione administra-

toris

totis inventi cum omnia suo ordine
legali, & iudicio, iuxta Constitutio-
nes Cathalonie sint à Consilio cog-
nita, ac prolata, diligenti studio adhi-
bito, maturè ac prudentèr omnibus
perpensis, servatis servandis.

129 Ad quintum argumentum. † Res-
pondeo cū traditis supra num. 28 quod
in sequestro apponendo non requiri-
tur partis citatio, cum periculum est
in mora; in quo casu non viget Con-
stitutio Cathalonie, in quinto argu-
mento citata, ut tenet D. Villosa in lo-
co ibi relato de fugit. discept. 1. num. 25.
nec sua Maiestas in hac appositione
interfuit, ut sæpè dictum est, sed eius
Regale Consiliū Cathalanum, quod
illud iustissimè, & iuxta suum stylum
decrevit.

130 Ridiculum enim est intendere, † &
asserere contrafactionem in hoc casu
inveniri, nam ad hoc ut præcedatur,
necessarium est, contrafactionem fore
claram, & indubitatam, & quod Con-
stitutio provideret nostrū casum, scili-
cèt, quod Rex nō posset suum Consiliū
directivè, & instiuctivè dirigere, ut ius-
titia ministraret, quod esset disonum
omni rationi, & iuri naturali, & positi-
vo; nec etiam posset sequestratorē no-
minare, cum sit vna ex suis Regalijs. Et
qui contrariū dixerit, ostendat Consti-
tutionem expressam; nam si est neces-
saria discussio, & argumenta, non ad
contrafactionis speciem, & materiam,
sed iustitiæ pertinet. Et ne iste modus
defensionis temerarius, ac superbia
plenus videatur, audias quæ lo Fon-
ranel decis. 498. num. 10. sic loquentem.
Rissimus hominis temeritatem, quod cum
hac contrafactione adisset superiorem illū
Magistratum tam frivola, pro ut ipsa mee
denotat. ad hoc enim ut contrafactionis iu-
diciū intrer, & eo respectu possint addiri
Deputati pro reparatione, est necessarium
contrafactionem, quæ prætenditur, fore cla-
ram, & indubitatam, ut quia Constitutio
pro videat illum casum, aliàs si est necessa-
ria discussio, si sunt necessaria argumenta,

iam istud iudiciū non intrat, quia tunc
potius dicitur articulus iustitiæ, vel iniuriæ
quam contrafactionis, & tunc non intrat
Magistratus ille maximus, optimus locus
apud Mier. quibene declarat in Constit. lo-
seuit, Curia Regine Mariae colliguntur,
& sequent fol 46. in 2. part. Vbi inter alia
dicit; hac de opponendis se Deputatis Con-
trafactionibus non procedere. Vbi esset rale
dubium Constitutionis, quod egere inter-
pretatione, quia in hoc casu iam est per 2. af-
dem Constitutiones data alia forma decla-
randi, & ad id videntur posita illa verba.
E fet a se à ells dels dits vltijes, Con-
titucions, Capitols, actes de Cort & c.
in Constit. 1. 1. poch valdria, tit. de ob-
servat. Constit. Quod Constitutio allega-
tur, & notificetur contrafactori, cui præten-
ditur contrafactum, quasi diceret Curia, si
Constitutio in iudicio non potest osten-
di, non procedit iudiciū contrafactionis;
quando autem est necessaria discussio, quan-
do arguuntur oportet, ut ad contrafa-
ctionem de veniamus, verè non possumus
dicere, nos ostendere, officiali Constitutio-
nem, cui prætenditur contrafactum, quia sem-
per dicitur Constitutionem non loqui in hoc
casu, nos decis. 256. num. 19. in 1. Ergo
non debemus curare, an Rex iuste-
rit Proregi, Senatū sequestrum ap-
ponere secundum ius, & stylum Con-
siliij, & quod sequestratorem Ducem
de Medina nominaret, vel non; cum
non sit Constitutio, quæ hanc directio-
nem Regi prohibeat, nec Consilio Re-
gio iusto mandato obtemperare, cum
de iure ex officio teneatur sequestrum
apponere.

Sextum argumentum † nihil obstat,
nam regula generalis, quæ tenet, quod
mulier est incapax administrationis bo-
norum, limitatur, quando est legitima
suecessor in illis, ut docet Anton. Fab. in
in suo Cod. lib. 5. tit. 40. de curat. furios. desi-
nit. 1. vbi sic ait: Cum de curatore absen-
tis bonis dando agitur, parum refert, quod is,
qui curator datur, infirmi iudicij esse dica-
tur, dummodo sit proximior agnatus, cognat-
us vè, & ab int. stato successurus. Ea enim
cura

cura nihil nisi custodia est, & quasi successio-
nis intestati præmatura, quamvis licita
occupatio: quare ad eam mulieres quoque
& infantes admittimus. Quædamquidem
per eandem personam regi possunt bona, qua-
rum ista curam suscipiunt, per quas proprie-
tatem regantur.

132 Qua ratione t̄ motus Parladi. *rev. quo-*
tidian. part. 3. q. 2. §. 1. nu. 5. quem sequi-
tur Lara *de anniverf. lib. 1. cap. 22. num.*
18. tenet, marito dandam esse admini-
strationem.

133 Eandem tenet sententiam Escobar
de rator. cap. 6. nu. 2. vbi postquam hanc
questionem disputavit, sic dicit: *Ego*
tamen hac in re sapissimè vidi, Auditores
huius Vallisoletana Cancellariae iudicantes,
stante fama de morte cum viginti annorum
absentia, & alijs concurrentibus presump-
tionibus, & administraculis, quod bona dantur
indistinctè proximioribus ab intestato, si de
masculis, si de feminis.

134 Septimum argumentum non vrget,
nam Ducissa de Frias successionem Du-
catus non præcedit, sed tantum iniu-
stam sine titulo detentationem: Et præ-
tensio Marchionissæ contemptibilis est,
& solum intentata ad differendam cau-
sam, ut eius mater Status divitijs fruc-
retur: & nulla æquitatis ratione nititur,
ob quam sit admittenda, nam potius
iniquitas ex ea resultaret, excludendo
ab administratione legitimam successo-
rem, extraneo illam discernendo, quod
ferendum non est, ut tenet Fontanel. *de*
paçt. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2. part. 6. nu.
29. qui tom. 1. claus. 4. glos. 18. part. 2. nu.
89. cõtra æquitatem iniquitatem pro-
ducens exclamat.

135 Etsi administratio Duci tolleretur, &
alteri extraneo cõcederetur, dubitari nõ
potest manifestam iniquitatem esse, ar-
gumento texti in l. 4. *Cod. de capti v. & post*
limi. re ver. per quem textum, sic ait Fõ-
tan. *de paçt. claus. 7. glos. 3. part. 1. num. 39.*
ibi: *Aut non vocato alteri tradatur, imò*
iniquissimum indicatur, si ita fiat, & me-
rito: nam si ut remanet probatum ad-
ministratio Duci debetur, tollere illam,
& dare extraneo, qui nullum ius succes-

136 sionis habet, nihil aliud esset, t̄ quam
quædam æquitas contra legales dispo-
sitiones, iniquitasque manifesta. *Is son.*
in l. quod si Ephesi, §. interdum, in fine. ff.
de eo, quod certo loco Decian. cons. 36. num.
42. Tulch. lit. E. conclus. 312. nu. 17. Bar-
bof. axiom. 15. num. 4.

137 Vnde D. Salgad. *in labyrinth. part. 2.*
cap. 24. num. 24. firmat, lateque compro-
bat, nullatenus admittendam æquita-
tem in præiudicium iuris tertij.

138 Vltcrius istud inconveniens est subla-
tum: nam Regia Provisio cautè dixit,
sine præiudicio iurium partium, tam in peti-
torio, quam in possessorio. Quæ clausula il-
lesum ius partium servat, ut latissimè
exornat Barbof. *de claus. claus. 139.*

139 Et tandem non omnium, quæ à ma-
ioribus statuta sunt, ratio reddi potest,
non omnium, ff. de legib.

140 Vltcrius, & subtilias: t̄ Ducissa de
Medina est, quæ conrendit, & litigat cū
Ducissa de Frias, & Marchionissa sorore
sua, non autem Dux eius vir, qui in hac
licet tertius reputatur, ita ut sine specia-
li vxoris mandato nihil pro ea facere
potest: quia hic Ducatus pertinet Du-
cissæ tanquam bona paraphernalia, quæ
non fuerunt promissa in dote, nec in in-
strumento dotali fuit adscriptus: & li-
cet sit maritus, nihil potuit agere sine
expresso mandato vxoris, ut probavi su-
pra lib. 1. *discur. 10. §. 2. num. 52. vsque in*
finem & idè non potest dici, quod Dux
eius maritus sit colligator cum Ducis-
sa de Frias, sed tertius, extraneaque
persona, quæ non est comprehensa in
doctrinis Carocij, & Alciati, quæ ad ma-
ritum non sunt ampliandæ, ut supra
extat probatum, etsi iuxta illorum do-
ctrinas Ducissæ fuisset prohibita admi-
nistratio, non verò est prohibita eius vi-
ro, quia nulla lege, authoritate vè DD.
cavetur: t̄ Et prohibita, quæ non inve-
niuntur per legem, permessa censentur,
textus elegans in *lege nec-non 18. ff. ex*
quibus causis maiores, §. quod eis, ibi: Quod
eis inquit prætor per leges, Plebiscita, Sena-
tus consulta, edicta, decreta Principum li-
cebit. Quæ clausula non illud pollicetur resti-

enturum, si leges permittant: sed, si leges non prohibeant. Et ibi Glof. verbo Sed, l. 1. ff. de testib. l. murus 43. §. cum queritur, ff. de Procurator. ibi: Cum queritur an alicui Procuratorem habere liceat, inspiciendum erit, an prohibeatur Procuratorem dare, quia hoc edictum prohibitorium est: & ibi Glof. verbo Prohibitorium, ibi: Proinde, qui ait, se Procuratorem dare non potuisse, ad probare debet. Ergo, qui dicit Ducem sequestratorem, seu administratorem esse non posse, probare debet: & ita tenent Stephan. Gratian. discept. tom. 5. cap. 870 num. 36. Menoch. de presump. lib. 6. presump. 16. num. 2. & plenissime per totam.

142 Et qui expressè non est prohibitus à lege, potest esse administrator, seu sequestrator: & personas prohibitas referi Salgad. in labyrinth. 1. part. cap. 13. ex num. 23. & inter eas colligatur non invenitur: † quin potius asserit eligi posse unum ex creditoribus, qui colligatur est in concursu creditorum, ut eruditè probat num. 18. † quem etiam Iudex eligere potest, nã ei attinet electio, ut etiam dixit ibi, & num. 2. & 3. † Et si concursus factus fuerit in bonis uxoris, & maritus creditor sit, inter ceterosque concurrat, negari non potest, quod major pars creditorum, vel si ipsi non concordaverint, Iudex illum eligere poterit cum sufficienti satisfactione, † & quod dicitur de administratore est intelligendum de sequestratore, quia sunt idem, eisdemque regulis sunt regulandi, ut tenet idem Salgad. d. cap. 13. §. 1. ex num. 11. & num. 17. & de Reg. protest. 2. part. cap. 16. num. 53. & 55. Ergo Prorex ritè, & rectè potuit Ducem de Medina sequestratorem nominare, cum habeat ius electionis, & non sit persona à iure prohibita, qui idoneè satisfacit, & pecunia deponitur in tabula Civitatis.

146 Et in dubio † facienda est interpretatio, ut actus permissus censeatur, quando prohibitus non reperitur. Ancarran. conf. 344. Aymon conf. 203. nu. 2. lib. 1. Menoch. loco citato num. 2. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1327. num. 2. Coval-

los commun. contra commun. quaest. 227.

147 Licet enim mulier sit vna caro cum viro, & eadem persona in aliquibus reputetur, non ita in contractibus: nam nec vxor pro marito, nec maritus pro vxore obligatur, sed quilibet ex suo contractu tenetur, l. cum te, 3. Cud ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore. ibi: Cum neque maritum pro vxoris obligatione conveniri posse constat, nisi ipse pro ea se obnoxium fecit. Certissimum enim est ex alterius contractu neminem obligari. Ergo ex incapacitate vxoris, seu inhabilitate non remanet obligatus vir, nec exclusus.

148 Post hæc, Ducissa de Frias, executione sequestri facta, supplicavit contrario imperio, & in forma, & fuit dubitatum, cui Aulæ cognitio supplicationis attineret: & tribus Aulis iunctis tribus diebus, fuit resolutum, tertiam Aulam cognoscere debere: & ego existimo Aulam D. Cancellarij non fuisse Admissam, quia in prima instantia de causa cognovit, & etiã aliquam extrajudicialem cognitionem habuit de sequestro, quod petivi in memoriali, quod est in initio huius discursus, vsque ad num. 43. ut illud ex officio Iudicis faceret.

149 Ex hac autem resolutione Consilij aliud fuit ortum dubium, an scilicet Nob. Dom. Michael de Cortiada cum fuisset Relator huius causæ in prima instantia iudicij summarissimi possessorij, possit in sequestro, ut Fiscalis Advocatus in gradu supplicationis intervenire: & à tribus Aulis fuit resolutum die 14. Ianuarij 1679. posse: cū Advocatus Fiscalis recusari non possit, ut tenet Fontanel. decis. 30.



§. IV.

850 **UTRUM SUPPLICATIO**
interposita à Ducissa de Frias
à Provisione facta, facto verbo,
in qua ad supplicationem Promo-
toris Fiscalis Patrimonialis appo-
situm fuit sequestrum in Ducatu
Cardona, suspendat progressum
iudicij summarissimi possessorij,
quod pendet in Aula Domini Re-
gentis Cancellariam in gra-
du supplicatio-
nis?

851 **Q**uod non suspendat progressum,
probant sequentia. Primò, ex cõ-
muni Doctorũ resolutione in sequestro
non est necessaria citatio, quando peri-
culum est in mora dilapidationis fru-
ctuum, Caved. decis. 35. num. 3. part. 2.
Lancellot. de attent. 2. part. cap. 12. de at-
tent. appellat. pendenti num. 31. Cavalcan.
decis. 23. num. 18. † In quo casu in seque-
stri appositione, nec iuris solemnitates
requiruntur: quia tunc receditur à iu-
ris regulis, & solemnitatibus, Salgad. de
Reg. protecl. part. 2. cap. 16. num. 30. & 31.
Et ita fuit decisum in Senatu in causa
relata à Nob. de Amigant in addition.
ad Peguer. pag. 494. nu. 36. Et in alia cau-
sa referente Mag. Franc. Llums die 26.
Martij 1653. in favorem Iosephi Ribe-
ra, cõtra Cæciliam Ferrer Capero, Not.
Cortell.

852 Nec à prædicta Provisione supplica-
ri potest, & hoc motivo in dictis Provi-
sionibus fuit opposita clausula post exe-
cutionem intrinetur propter quam suppli-
catio extitit denegata, vt dixit etiam
Lancellot. num. 5. & 8. & Posth. de ma-
nut. obseruat. 75. num. 52. Et licet suppli-
catio fuit admilla in casu relato ab A-
migant inter Dom. Franciscam Zalvã,
Relatore Nob. Cortiada, ex eo proces-

fit, quod Provisio sequestri fuit facta
parte non citata in calce supplicationis,
quapropter fuit admilla supplicatio in
effectu devolutivo, non verò in suspen-
sivo.

Ex quo sequitur, quod cum supplica-
tio sequestri non habeat effectum sus-
pensivum, nec etiam operetur suspen-
sionem iudicij possessorij summarissimi
à quo non pendet, nec possessorium à
sequestro, quia omnimodò inter se dif-
ferunt, scilicet, non invenitur eadem res,
nec eadem actio, nec eadem conditio
personarum, & ideò in totum distin-
guntur.

Secundò, lis vertitur in summarissi-
mo possessorio inter Ducissas de Medi-
na, & de Frias: in qua est assignata sen-
tentia, & venit Advocatus Fiscalis tan-
quam tertius opponens se liti, & petit
sequestrum, & hic tertius veniens ad
iudicium post assignatã sententiam, licet
venerit pro iure suo, vel ad coadiuvan-
dum ius alterius, & admittatur, est in
eodem statu, in quo causa invenitur,
absque retardatione, seu eius suspensio-
ne, & dilatione, vt tenet Fontanel. decis.
557. Ergo ex oppositione, quam fecit
Advocatus Fiscalis petendo sequestrum,
non potest suspendi iudicium principa-
le in partium præiudicium. Præsertim,
cum, sequestro appposito, Marchio-
nissa de Robueyt, supplicatione in iudi-
cio deducta, instat, & petit, in causa
principali procedi, ad declarandum,
esse in iudicio suam oppositionem ad-
mittendam, cui fuit provisum *Viso*, cur
ergo hæc causa principalis contra partiã
voluntatem, & iusticiam est suspenden-
da? Cùm in utrãque possit procedi abs-
que alicuius præiudicio: & res inter alios
acta alijs nocere non possit: & sic in-
tellexit Senatus, quando dictam suppli-
cationem admittit, & provisit *Viso*.

Tertiò, hic altercatus incidenter est
motus; & quando pendente causa sup-
plicationis contrarij imperij, vel infor-
ma fit per Iudicem aliqua Provisio, nul-
latenus ab ea licet supplicare, iuxta
Const. 6. Statutum. De commissio de cau-
sas,

sol, & decisionem quam refert Pegueratum. 1. decis. 194. Cancer 3. part. obser. cap. 18. à num. 41. Ferrer 3. part. cap. 499. Ripoll. in addition. ad Pegueram, rubrica 16. num. 40. vbi dixit: Nullatenus ab ea licet supplicare. Ex quibus omnibus de iure Cathalonie ab hac Provisione sequestri non liceret supplicare, nec cōtario imperio, nec in forma; nec supplicatio si interponeretur haberet effectum suspensivum, nec devolutivum: & licet sit admilla in devolutivo ex eo, quia fuit facta parte non citata, nec aucta, quia ita Nob. de Cortiada limitavit decisionem D. Franciscæ de Zalvã; sed tantum potest operari effectum devolutivum sequestri, non verò suspensivum, quo suspendatur sequestrum, nec causa principalis, contra expressam dictam sextam Constitutionem, & decisiones Senatus, nec ad id est extendenda.

157 Vltimus Provisio sequestri est interloquatoria, quæ non definit causam principalẽ; sed media causæ respexit, & post se aliã expectat, in quo consistit eius essentia, l. post sententi. Cod. de sententijs, l. 1. Cod. quando provoc. non est necesse. Paz in prax. 7. part. tom. 2. cap. vnic. num. 81. Lancel. de attent. 3. p. cap. 28. num. 20. & 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 6. Deace. de appellat. quæst. 17. limit. membro 1. num. 207.

158 Quæ sententia ¶ non habet vim definitivæ, nec gravamen irreparabile continet. Quin potius est partibus valdè utile, ne iudicium reddatur evanescentium, Potth. obser. var. 75. n. 49. & Rot. post tract. decis. 155. num. 2. Nec cuiquam est damnosum, cum victori tunc fructus in deposito conservati, Fontanel. de pact. claus. 7. glos. 2. part. 8. ex num. 12. & apponitur, vt citius lites finiantur, Potth. dict. obser. var. 75. num. 40. & decis. 566. num. 3. & obser. 7. num. 82. Et positum de ordine iudicis non privat quemquam sua possessione, Rot. decis. 417. num. 11. post tractat. Potth. ¶ Et ab interloquatoria sententia appellari non potest, l. 1. in princip. ff. de appellat.

ante sententiam, Cod. quorum appellationes non recipiantur.

De iure Castellæ, ¶ l. 3. tit. 23. part. 3. l. 3. tit. 18. lib. 4. recop. & l. 10. tit. 7. lib. 2. recop. Paz in prax. tom. 1. in premio num. 10. ¶ De iure Canonico Concilium Trident. sessio. 24. de reformat. cap. causa omnes 20. Salgad. de recent bullar. part. 2. cap. 5. §. 2. & de Reg. protect. 2. p. cap. 2. à num. 247. Leo decis. 16. num. 4. Cancer. part. 1. cap. 17. num. 8. Fontanel. decis. 283. num. 2. de iure Cathalonie Constit. 6. Statum. tit. de Comissio de causas, Peguer. tom. 1. decis. 194. Cancer. 3. part. cap. 18. num. 41. Ferrer 3. part. obser. var. cap. 499. Ripoll ad Peguer. in prax. rub. 16. num. 40. ¶ Et existimo dictam Constit. 6. esse conformem Iuri communi, & Concilio Trident. nihilque novi continere.

Et licet à sententia interloquatoria appellatio admittatur, vel supplicatio, si non habet vim definitivæ, vel damnum irreparabile continet, non habet effectum suspensivum, sed tantum devolutivum: In quo casu iudicis appellationis, à quo appellatum est, non est suspensa iurisdictio; sed potest procedere in causa principali appellatione pendente, abiquo periculo attentatorum: vt expresse, & eruditè docet D. Covar. pract. quæst. cap. 23. num. 7. ibi: Septimò, vt propositam hoc in capite attentatorum materiam prosequamur, constantè, & verè asseramus, non tantum revocationem attentatorum præterminandã esse, quoties appellationis locus nõ sit, sed & vbi appellatio iure admittitur, quoad effectum de resolutionis causa ad Iudicem superiorem modo ea appellatio non habeat effectum suspensionis, ex qua iurisdictio Iudicis à quo appellatum est, interim cesset, & suspendatur. Hoc etenim plerumque poterit contingere, quod appellatio admittenda sit quo ad de resolutionem, non tamen, quoad suspensionem. Et inf. rursus: Sed huius septimo intellectui ad stipulatur omnino rario evidens: siquidem appellatione pendente nõ data idèo revocantur, quia nõ data nihil parvis pendente appellatione, eaque nõ va-

novatio iure improbat, ne fiat iniuria Iudici superiori, cui deferendum est: Igitur ubi ius ipsum permittit novationem istam, quia non suspendit iurisdictionem Iudicis, à quo fuit appellatum, profectò non est cur de revocatione attentatorum tractetur.

164 Et iterum † idem Covar. & melius cap. 24. num. 1. postquam tractavit de appellatione ab interlocutoria pronunciata in articulo, qui est annexus quæstioni principali, & dixit suspendi iurisdictionem Iudicis quoad ipsum negotium principale, sic prosequitur: Non tamen ubi interlocutoria sit pronunciata in articulo non connexo principali quæstioni: Nam per appellationem ab hac interlocutoria non suspenditur iurisdictione Iudicis quo ad principale negotium. Nec tenetur Iudex, à quo provocatur eidem supersedere: Quemadmodum tenuerunt Anthon. Immo. Franch. & Decius in dict. cap. super eo, idem Deci. in cap. ad hæc in primo, & in cap. bone eodem tit. col. 4. quibus in locis scribit, hanc opinionem communem esse: Quæ ratione, quoties interlocutoria fuit lata in articulo non connexo, sed separato à quæstione principali, novata pendente appellatione non revocantur, etiam si probetur vera causa appellationis, nisi novatio fiat super eo articulo, in quo provocatio facta fuit. Quod nos deducimus ex vero sensu, & intellectu eorumquæ modo adnota vimus. Extat igitur regula Iuris, quod attentata post appellationem ab hac interlocutoria non revocantur.

165 Idem tenet † Scacc. de appellat. quæst. 7. limit. 47. num. 28. ibi: Infero ex hac 47. limit. quod Iudex à quo potest procedere, pendente appellatione ab interlocutoria, & procedendo, non dicitur attentare, & ideo non efficitur locus attentatorum revocationi.

166 Lancel. de attentat. cap. 12. limit. 1. n. 1. ibi: Prima igitur limitatio regulæ principalis fit, ut non habeat locum appellationi à sententia interlocutoria, licet enim appellatio eximat appellantem à iurisdictione Iudicis à quo: nihilominus si Iudex ea pendente procedat, non videtur attentare. Et per numeros sequentes casus indivi-

duos refert, & num. 35. sic ait: Secundò ampliat, ut Iudex (à cuius interlocutoria fuit appellatum) possit appellatione pendente procedere, etiam ipso appellante amplius non citato.

Quibus nõ obstat locus Lancelloti 167 de attentat. lite penden. 2. p. cap. 4. ampliat. 2. n. 3. ubi refert, quod dixit Augustin. Beroius in cons. 45. in causa in principio lib. 3. scilicet, quod. Si lite pendente emanaverit præceptum à Iudice de non accedendo ad rem, vel fuerit avocata possessio: antequam procedatur in causa principali, vel possessorio plenatio, debet discuti de isto possessorio summario, & revocari tale mandat, & relaxari avocata possessio, & cum per suam interlocutoriam debet postmodum Iudex in possessione tueri, quem fuisse in possessione tempore litis motæ sibi constiterit. Nam multipliciter huic assertioni Beroi respondetur. Primo quod loquitur, quando Iudex sine aliqua cognitione causæ processit, non servata forma sequestri, in casibus à iure permissis, scilicet dilapidationis bonorum, & quando non habet bona immobilia in Provincia, & alijs suprâ relatis: & Iudex præcepit possessorem non accedere ad rem, vel avocavit eum à possessione, tanquæ persona privata procedens, non apponendo sequestri formale, & in casibus à iure permissis, summaria informatione præcedente, licet non citata parte, ut suprâ num. 18. ostendimus, nã tunc Iudex tanquam persona privata procedit, & est locus remedio recuperandæ possessionis, sicut si esset à parte spoliatus, ut docet Ant. Faber in Cod. lib. 8. tit. 3. Unde vi, definitione 16. qui casui nostro adaptari non potest, in quo omnia Iuris requisita præcesserunt, ut fructus in tuto conservarentur: in casu vero à Beroio proposito avocavit possessorem à possessione, & dedit præceptum de non accedendo ad rem, unde damnus utriusque parti sequebatur: nam non poluit fructus in sequestro, ut custodi-

rentur, & salvi essent victori.

168 Et hoc tenet ipse Faber *vbi supra* num. 2. se ipsum explicans, ibi: *Quia videtur Iudex hoc casu animum spoliandi habuisse. Et num. 3. innotis, ibi: Cum factum Iudicis hoc casu sit factum partis. Et iterum lib. 4. tit. 3. definit. 2. à nu. 1. ibi: Et si sequestratio permittitur etiam non citata parte, quando e videns periculum est in mora, propterea, quod sequestratio, quæ fit per Iudicem custodia causa, & vt res in tuto sit, non admittit possessionem ei, qui possidet. Si tamen constet de animo Iudicis volentis spoliare possessorem, puta si tale quid statuatur, quod possessori eripiat commodum suæ possessionis, appellari potest ab ea sequestratione, nam spoliatio ea dicenda est potius, quam sequestratio. Proinde iustam habet appellandi causam, & idem tenet Nogueroi. allegat. 25. num. 199.*

169 Secundo, nam Beroius contrarium sibi ipsi Sensit *conf. 116. lib. 3. vt dixit Lancellot. vbi supra num. 5. & melius 2. part. cap. 12. de attent. appellat. pend. limit. 12. num. 22. vbi eius doctrinam reprobavit, & sic dixit: Quæ conclusio aduersari videtur his, quæ posuimus sup. cap. 4. de intenta. lite pendenti in secunda ampliatione principali; (vbi vetuli doctrinam Beroi) dum ex eodem etiam Beroio (qui sibi forsàn parum constans videri potest.) Ex quo apparet Lancellotum eius doctrinam non fuisse amplexum, nec esse amplectendam.*

170 Vltèrius motivum Beroi fuit, quod non potest Iudex avocare à possessione, vel prohibere ad rem accedere propter scandalum armorum; & hoc accidere iustè poterit, si scandalum, & periculum non fuerit probatum ante sequestrum: nam Iudici asserenti non creditur, & idè Iudex non debet se intromittere ad sequestrum faciendū, vbi iuris requisita non concurrunt, vt probavi supra ex num. 12. ad 16. & si hæc Iudex non observavit, tanquam privata persona procedit: quæ doctrina nostrū casum non respicit, cum Senatus processerit, causa cognita.

171 Ex his omnibus verè, & clarè dedu-

citur, in nostro sequestro Iudices à quibus rite, & rectè absque periculo attentatorum procedere posse in causa principali; sumendo argumentum à contrario sensu ex dictis Fabri, & Beroi (quæ in contrarium adducuntur) qui dixerunt, esse suspendendam causam principalem, donec de sequestro sit iudicatum in gradu appellationis, quando Iudex à quo sine cognitione causæ, tanquam privata persona amovitur à possessione, & iussit ad rem non accedere, animo spoliandi possessorem. Ergo quando ritè, & rectè processit, formam iuris servando, cum cognitione causæ à iure approbata, vt Senatus iudicavit, apponendo sequestrum formale ad rem, & fructus servandos, in quo non ademit possessionem Ducissæ, & non admittitur appellatio, vt dixit Faber: & si sit admissa in effectu devolutivo; poterit nihilominus Iudex appellationis in causa principali procedere absque periculo attentatorum, vt constantè tenent Covarr. Lancellot. & Scac.

Sed iterum obijcies, quod Faber dixit, suspendendam esse causam principalem, donec de sequestro sit iudicatum in gradu appellationis: & pars spoliata à possessione potest allegare spolium, & donec sit cognitum, & iudicatum, in gradu supplicationis non intervenisse, debet suspendi causa principalis; quia accidere potest, quod intervenierit spolium, sed huic obiectioni facillimè responderetur doctrina Covarr. vbi supra, in qua dixit: *Quod quando sententia interlocutoria fuit lata in articulo non connexo, sed separato à questione principali, non vata pendente appellatione non revoquantur, etiam si probetur vera causa appellationis, nisi non vatio fiat super eo articulo, in quo provocatio facta fuit. Ex quibus verbis clarè deducitur, quod etià si dicat pars, se esse spoliatam, Iudicem appellationis posse procedere absque periculo attentati in causa principali, etiam si probetur vera causa appellationis: & maiori cum ratione quando*

Judex appellationis est tutus iustè, & rectè sequestrum apposuisse, non interveniènte spolio, se rvado regulas iuris, in quo casu cū omnes DD. teneant appellationem non admitti, saltèm in effectū suspensivo, securè potest procedere in causa principali, quæ etiã tendit ad tollendum sequestrum sua sententia, & sequestrum, vt citiùs lis finiatur.

273 Hucusque non est inventa doctrina in proprijs terminis huius quæstionis: Nam non possunt omnes articuli, & casus sigillatim, aut legibus, aut Senatusconsultis comprehendi: sed cum in aliqua causa sententia eorum (seu Doctorum manifesta est, vt Covarrubiæ, & sequatium) is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet, vt dixit Iulianus in l. non possunt, ff. de legib.

274 Sequestrum introductum est, vt lis citiùs finiatur, quod bono publico expedit; & quoties lege aliquid, unum, vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certè iurisdictione suppleri: dixit etiam Ulpianus in l.

375 nam vt ff. eodem. † Et si Iudices suspendunt causam principalem occasione supplicationis sequestri, quæ non habet effectum suspensivum, nec connexionem cum sequestro, operabuntur contra introductum à lege, litem prorellando; & bonam occasionem amittent progrediendi in causa principali, quæ tendit ad eandem utilitatem, absque causæ suspensione decernendi, obtemperandique, & faciendi voluntatem Regis, qui studiosè desiderat, hanc causam terminari, vt inter hos Magnates, sicut dixit Iuvenalis satyr. 1.

*Vt colatur pax, atque fides, victoria,
virtus.*

Et cum Ovid. fastor. lib. 3. in fine possit dici:

Et Cathalana salus, atque pacis erit.

Et sublimiùs Rex noster Catholicus in Epistola ad suum Locumtenentem, vt

hæc causa citiùs terminaretur, his verbis explicavit: Por los disturbios que puede causar entre personas de tal reputacion, es mi voluntad, que atajand las dilaciones concluyan con la brevedad possible esta causa, pues no es justo, que despues de tantos años se dilaten Pleytos, en los quales era conveniente aver tomado mas prompta resolucion. Y juntamente les ordenareis en mi Real nombre, que hasta que este fenecido este Pleyto, por lo menos tres dias en la semana, y mas sino resultare en perjuizio de las demas causas, no traten de otra, que del despacho de esta: instando el beneficio publico; y mi servicio.

Proprium enim munus hoc Regium 176 est, non tantùm Magnates oppressos fovere, sed etiam pusillos, qui virga Iustitiæ in ore posita, illam invocando, cõtra opprimentes se tuentur, vt docet illud Embl. memorandũ 65. D. Ioan. de Solorç. de Rana pisce, qui de Cocrodilli fame, ne devoretur, se defendit assumendo virgam symbolum Iustitiæ in ore.

*Rana piscis aquas sccat fluentes
Nili qui, vt fugiat vorantis oris
Varum, seu Cocrodilon amne magnos,
Transversam locat in suis labellis
Virgam, qua rigidos cauet potentes,
Semper iustitia regat pusillos,
Varo non pede, non reflexa virga.*

Practica enim, quæ in Supremo Castellæ Consilio, vbi de tenuta Maioratum privativè cognoscitur, & frequenter sequestrum, aut administratio bonorũ ponitur, est, quod si à Provisione sequestri fuerit supplicatum, nihil obstante supplicatione simul, & eodem tempore, tam in causa principali tenetæ, quàm sequestri cognoscitur, & proceditur; & si causa sequestri prius invenitur cõclusa, & in statu definitio- nis, terminatur, & sequestrũ confirmatur, vel revocatur. Si verò causa principalis prius in statu ferendæ sententiæ ponitur, Iudices super tenetã pronunciant, sequestrum contemnentes. Et ratio est clara, & concludens, nam sequestrum apponitur lite pendente, do-
nec

nec tenet causa sit finita, ut in nostro casu fuit appositum. Cum ergo lis super remedium summarissimum possessorium sit finita, & victor sit in realem, & actualem possessionem mittendus, ad quid est spectanda, vel proferenda sententia revisionis sequestri, vel administrationis? frustranea equidem fuisset. Et ita est intelligendus Noguero, qui allegat. 25. num. 197. & allegat. 27. num. 380. dixit quodam sequestrum in decretis revisionis, & revisionis fuisse appositum.

188 Princeps enim ob iustitiam retardatam, & denegatam suis vassallis potest iubere incitativè Baronibus, ut causas coram suis officialibus pendentes intra certum terminum decident: & si omiserint, potest illas avocare: etiam si Baro privilegium habeat: quod hæc præventio ei à Rege non possit fieri, nec incitativè comminari, nec comminatione facta, causa avocari, sic in terminis tenet eruditè Thom. Grammat. voto 28. per totum, referens privilegium Principis Salerni, concessum à Rege Ferdinando I. quod non possit comminari, nec per viam retardatæ, aut denegatæ iustitiæ causas ab eius officialibus avocari, quem sequitur Vivi. lib. 2. decis. 208. num. 5 & Maltril. decis. 147. ex n. 20. Roland. à Valle conf. 48. vol. 2. n. 22. in fin. Cancr. var. part. 3. cap. 13. n. 310. Xammar de offic. Iudicis part. 1. qu. 24. nu. 22. Corti. decis. 24. à nu. 90. Amigant ad praxim Peguer. rubr. 24. nu. 58. qui omnes moventur ex supræ Regalia, quam à se abdicare non potest. An autè hæc doctrina Constitutioni Cathalonix clarificat, tit. de Iurisdic. omnium Iudic. quæ vim privilegij habet, ut Rex extrà Provinciam causas avocare non possit, applicari queat absque contradictione, cum iam discuti hæc questio possit, & disputari: & quotiès discussioni locus est & argumentis, non dicitur contrafectionis materia, ut probavi supra nu. 130. tu cogita.

Fuit etiam in hac causa dubitatum, 189 cum sequester sit Ducissæ maritus, an præiudicabit vxori, si minùs exigat à debitoribus censuum, reddituum, vel proventuum Ducatus, vel nihil omninò exigat: aut solvat creditoribus præteritis, quod maioratusolvere nõ tenetur: & constituat eos in quasi possessione solvendi, vel non solvendi in præiudicium vxoris, & non præiudicare consului, nisi sciente vxore, patiente, & ratificacoe ipsa, ut tenet D. Salgado. in labyr. creditor. par. 1. cap. 20. nu. 40. cuius est legalis ratio; nam in matrimonio licet maritus, & vxor sint vna caro; in contractibus autem, & obligationibus distinctæ sunt personæ, præsertim in bonis paraphernalibus, ut supra probavi: & sic similiter sequester, seu administrator duas personas repræsentat suam, & administrationis: & alia est persona mariti, alia sequesteris, seu administratoris, & cù nihil egerit ut maritus, sed ut administrator, non potest præiudicare vxori, vel domino, ita Salg. ubi sup. par. 1. cap. 9. n. 49. Præsertim cù maritus administrator, seu sequester protestaverit, nolle præiudicare iuribus vxoris, vel domini, nec maioratus, Posth. de manut. obser. v. 18. n. 27. qui plures refert, & obser. 35. num. 46. 47. & 48. citans Rotam penes Cens. de censib. decis. 250. ante n. 8. & Gratian. discept. forens. cap. 310. nu. 46. & cap. 981. à n. 40. & licet Posth. obser. 35. num. 25. in summario dixerit, solutiones mariti præiudicare vxori, at autem non probat, nec in loco citato de ista propositione sermonem f. cit.

190 Et cù hæc sequestratio facta sit appellatione pendente, seu in causa appellationis, fideiussione non revocatur, Ferentil. ad Burat. decis. 595. num. 9. vers. 5. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 111. num. 71. in 4. limita. Ant. Mari. Bertol. in addition. ad Amat. Rodrig. de concuss. credit. 1. par. art. 6. num. 135. ut etiam dixi supra num. 41. & 42.

391 Supra *num.* 148. dixi, tribus Aulis Senatus iunctis, fuisse resolutum, tertiam Aulam de sequestri supplicatione debere cognoscere; non verò Aulam D. Cancellarij, quia in prima instantia de causa principali cognovit, & aliquam extrajudicialem cognitionem habuit de sequestro, quod petivi; & quia de illo non provisit, gravavit, & de supplicatione cognoscere non potuit. Et supra *lib.* 2. *discurs.* 6. *num.* 4. etiam dixi, quod Iudex supplicationis, nō solum super iuris allegationibus in iudiciū primæ instantiæ deductis, fundare se poterit; sed etiā super his, quæ viva voce in informationibus intellexerit, etiam si scripta non inveniuntur: & in comprobationem harū duarum propositionum referam Regiam Senatus conclusionem tribus Aulis iunctis, ex qua probatur primò,

quod retuli supra dicto *num.* 148. fuisse blatum fuisse cognitionem supplicationis sequestri Aulæ Cancellarij, quia in prima instantia cognitionem sequestri extrajudicialem habuit: & secundo, quod Iudex primæ instantiæ gravat partem, quæ extrajudicialitèr informavit eum, & non decrevit super id, quod fuit petitum: & consequenter Iudex appellationis, seu supplicationis de illo gravamine cognoscere potest: ut accidit in terminis nostræ causæ, in qua me informante Iudicem primæ instantiæ, explicavi *legis finalis*, *C. de edict. Di. v. Adrian. tollend. remediū*, petendo summarissimum possessorium adipiscendæ, quod illi competeat: & cum non concesserit, iam gravavit, & de hoc gravamine possunt cognoscere Iudices supplicationis, ut clarè est decisum in Regia cōclusionem sequenti.

DIE XII. IANVARIJ. M. DC. LXXIX. BARCINONÆ.

In Reg. Audientia iunctis tribus Aulis Præsidente Nob. Regente Cancellariam, interfuerunt cum eo, &c.

IN factō propositionis facta per Nob. Iosephum Rull Regentem Regiam Cancellariam in Regia Audientia, iunctis tribus Aulis: an causa supplicationis in forma interposita à provisione sequestri incitata, & inaudita parte ex officio, & instante Precuratore Patrimoniali, factō verbo, facta in Aula dicti Nob. Regentis Reg. Cancell. in causa supplicationis contrario imperio, & in forma in eadem Aula vertente, interposita à provisione super summarissimo possessorio factō verbo facta in Aula Reverendi Cancellarij, sit committenda eidem Aula Reverendi Cancellarij, an verò Tertiæ Aula. Attento constat, quod dictum sequestrum in prima instantia fuit extrajudicialitèr instatum, ut ex officio fieret, & in eo in dicta Aula Reverendi Cancellarij provisum non fuit: Ideò, & aliàs fuit conclusum, quod dicta causa supplicationis in forma committatur alicui ex Nobilibus, seu Magnificis Regijs Senatoribus Tertiæ Aula.

Cætera quæ attinent ad sequestrum cum Regia Provisione in gradu supplicationis prolata, poteris videre infra pag. 1. in Additionibus.

DISCURS.

DISCURSUS VII.

De Condominio Civitatis Saguntinae.

SUMMARIVM.

1. Principatum, & dominationum temporalium initium.
2. Romani nobilibus dominia, & dominationes concedebant.
3. Reges Hispania terras, quas à Mauris recuperabant, magnatibus donabant: at eorum dominium non erat perpetuum, sed amobile ad nutum Regum.
4. Reges Hispania nobilibus, & Baronibus, pro eorum factis memorabilibus, dominia donabant Civitatum.
5. Regnum ex tunc fuit divisum in dominia, & iurisdictionibus: & ita potest dici, iurisdictiones Dominorum ferè eandem antiquitatè habere, quàm Regum, & ab ipsa origine procedere.
6. Dominationes unde originem habeant secundum Divum Augustinum.
7. Argumenta contra Episcopum incipiunt. Donatio Civitatis facta fuit ab Imperatore Episcopo, & Canonicis.
8. Sententia Regis Alphonsi probatur, Civitatem Saguntinam esse Episcopi, & Capituli.
9. Alio argumento probatur, Capitulum esse condominum Civitatis cum Episcopo.
10. Tributum demeritatum domini est el pecho de la moneda forera, in quo habet partem Capitulum cum Episcopo, & sic videtur habere Civitatis condominium.
11. Episcopus videtur non esse dominum Civitatis.
12. Civitatis dominum esse Episcopum divino, & humano iure fundatur.
13. Permutatio Civitatis, quam fecit Imperator cum Episcopo, refertur.
14. Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.

- Episcopus praesumitur dominus illis, quod cum Imperatore permutavit sibi dominium acquisivit.
15. Prenomen Ius denotat dominium actuale.
 16. Et non tantum denotat dominium actuale, sed etiam possessionem.
 17. Verba retinet sibi denotant plenum, & perfectum dominium illius, quod retinetur.
 18. Ecclesie, & Capitali bona alienari non possunt.
 19. Res inter alios acta, alijs nocere non potest.
Permutatio eandem solemnitatem requirit, quod alienatio.
 20. Alio argumento probatur esse solius Episcopi.
 21. Actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem.
 22. Sexto argumento probatur Civitatem esse solius Episcopi iuxta verba Imperatoris.
 23. Negatio est malignantis natura, & plus tollit, quam ponit affirmatio.
 24. Septimo argumento probatur Episcopum solum esse dominum Civitatis.
 25. Episcopus privative acquisivit dominium, & iurisdictionem Civitatis tempore immemoriali, & num. 26.
 27. Prescriptio quadragenaria sufficit contra Capitulum.
 28. Actus merè facultativi sunt in prescriptibiles, etiam immemoriali prescriptione, quae incipit à die prohibitionis.
 29. Prescriptio immemorialis supplet omnia requisita, & quidquid necessarium est supponit.
 30. Episcopus habet calumnias Civitatis, quod est signum iurisdictionis, & domini; non verò Capitulum.
 31. Episcopus habet nominationem Iudicum, & Officialium iustitiae, in quo consistit dominium Civitatis; non vero Capitulum, & num. 32.
 33. Appellatio interposita à Iudicibus inferioribus pertinet ad Episcopum, & non ad Capitulum, qui est actus domini; & num. 34.

35. Ius creandi tabelliones, & nominandi est effectus iurisdictionis, & dominij, & pertinet ad Episcopum, non vero ad Capitulum.
36. Tabelliones creare non potest Capitulum, Sede vacante.
37. Civitas tenetur facere homagium Episcopo; non vero Capitulo.
38. Omagium est actus dominij formalis.
39. Claves Civitatis habere, pertinet ad Regem, & Episcopum, quod est maximum signum dominij.
40. Clavium traditione dominium, & possessio transfertur.
41. Episcopus contra veniens Regiæ dispositioni priuatur dominio Civitatis tempore, quo fuerit Episcopus; non vero Capitulum, quia non est dominus.
42. Priuatio supponit habitum, & nemo priuatur, nisi prius habuerit id, quo fuerit priuatus.
43. Poenæ debent suos Authores tenere.
44. Capitulum non posset nominari condominus cum Rege.
45. Verba privilegij Imperatoris, in quibus Capitulum nititur, dicitur, esse falsa.
46. Capitulum nihil dedit Imperatori in permutatione; sed tantummodo Episcopus concessit quasdam Villas.
47. Contrahentium intentio est, acquirere sibi, non alij.
48. Natura actus potius debet attendi, quam nomen à partibus impositum.
49. Verba privilegij Imperatoris interpretantur.
50. Donatio facta Episcopo, præmisso proprio nomine, intelligitur facta contemplatione personæ: Facta vero sub nomine Dignitatis intelligitur facta ipsi Dignitati.
51. Donatio Imperatoris fuit facta Episcopo, Ecclesiæ, & Canonicis, ad hoc, ut Civitas acquireretur sue Dignitati, & non ipsi, & suis heredibus, & de illa disponere posset ad libitum.
52. Verba sententiæ Regis Alfonsi sunt relatiua privilegij Imperatoris, & non dispositiua.
53. Referenti non creditur, nisi constet de relato.
54. Verba Sententiæ debent intelligi iuxta motiuum, & instrumentum ad quod referuntur.
55. Referens, si aliter disponat, quam est in relato, dispositio illa non observatur, quia ex errore facta dicitur.
56. Sententia non potest mutare titulum nec de novo constituere ius, sed quod est declarare.
57. Donatio facta Ecclesiæ, & Episcopo acquiritur tantum Episcopo, ac si de Ecclesiâ mentio facta non esset. Probatur eleganti doctrina Tonduti.
58. Episcopus Saguntinus quo anno instituit in Ecclesiâ Priorem, & canonicos regulares Sancti Augustini.
59. Illis temporibus Episcopus cum Canonicis sub certa regula, & mensa cõmuni vivebant.
60. Exercitium dominij, & iurisdictioni Episcopo competit, non Canonicis.
61. Episcopus de Oviedo nominatur Comes de Noroña, & Episcopus Placentinus Comes de Pernia, &c.
62. Pecho foreto, an sit idem quod tributum de moneda forera: & probatur esse diversum, & n. 63. & 64.
63. Pecho forero quid sit, & unde nominetur, & originem habeat.
64. Prosequitur eadem materia, & nu. 67. & 68.
65. Tributum portagij quid sit, & n. 70.
66. Declarantur verba sententiæ Regis Alfonsi.
67. Dominus signi positi in edificio, lato modo, dicitur dominus partialis edificiij.
68. Exortatio facta Episcopo, ut dominium Civitatis defendat.
69. Episcopus se opposuit liti contra Capitulum. Sententiæ Regiæ Cancellaria in prima instantia, & in secunda referuntur.
70. Sententia lata in secunda supplicatione, cum poena mille & quingentarum aurearum refertur.
71. Conclusio discursus.

DISCVRSVS VII.

De Condominio Civitatis Saguntinae.

AN CAPITVLVM Ecclesie Saguntinae sit Condominus Civitatis cum Episcopo: possitque se nominare Condominus, cum Episcopo, Sede plena?

ILLVSTRISSIMO DOMINO D. Antonio de Luna Episcopo Saguntino, & domino vnico eiusdem Civitatis.

PRO IPSA CIVITATE Saguntina; quæ suæ Illustrissimæ Dominationi obsecrat, & exorat, vt pro sua dignitate se offerat, & opponat liti, quæ pendet in Cancellaria Vallisoletana inter Decanum, & Capitulum illius almæ Ecclesie, & dictam Civitatem; in qua prædictum Capitulum conatur, se nominare Condominum ipsius Civitatis cum Episcopo in Sede plena, quia dicit se esse Condominum.

Illustrissime Antistes.

Principatus, & temporales dominationes à Cain, filio primogenito nostri patris Adami initiû sumpserunt, teste Iosepho de antiquit. tem-

por. lib. 1. cap. 4. & Patre Marco Ant. de Camos in Microscos 2. part. dialog. 12. cap. 143. col. 1. Quamvis Berol. & ipse Camos senserunt, fuisse Nemrod nepotem Cham primum, qui post vniuersale diluuium, per tyrannidè introduxit, homines elegisse Regem; non genere, sed virtutibus prædictum, cui obtemperarent, idè tenuit Seneca Epist. 54. Et vsque ad illud tempus à mundi creatione, non fuit cognitus Rex, Dominus, nec vassallus, secundum Div. Ioannem Chrylostomum in cap. 10. Genesis; & Div. Ioannem Damascenum in lib. de heresib. Sanctum Epiphanium eodem lib. Pineda in Monarchi. Ecclesiasti. 1. tom. lib. 1. cap. 14. §. 2. fol. 42. & cap. 21. §. 2.

Sed cum Romanum Imperiû + ferè per vniuersum Orbem extendetur, & tot, tantæque Regna sibi subiceret, nobilibus, & equitibus dominia & ditissimas possessiones concedebat, in remunerationem rerum memorabilium, quæ in obsequium Reip. patrabant, vt notat Bude. in annotat. ad leg. fin. ff. de Senator. pag. 267. ad fin. + Et in nostra Hispania magnates, qui Ricos homes vocabantur, Civitates, & Villas à Regibus obtinebant, statim quod à Sarracenis illas recuperabant: at eorum dominium non erat perpetuum, sed amobile ad nutû Regum, vt scripsit Zurita in suis Annalib. tom. 1. lib. 2. cap. 64. fol. 101. Conanus lib. 2. cõmentar. iur. Ci. vil. tit. de bonis libert. fol. 172. Marin. Flecia in tract. de sub feud. Baron. lib. 2. §. quis dicatur Dux. num. 1.

Et ex Hispaniæ Cronicis, + & ex l. 51. tit. 18. part. 3. constat, tempore scelicis, ac semper memorandæ, & laudandæ horum Regnorum restaurationis, Reges donabant Nobilibus, & Baronibus, virtutibus, & fortitudine florentibus, multas Civitates, pro vt eorû facta memorabilia exposcebant, secundum distributivam iustitiam, & eorû sanguis effusus merebatur. Et vt dixit Albarot. in tit. hic finitur lex Conradi n. 2. in feud. ex tunc hoc Regnum sui

fuit divisum in dominijs, & iurisdictionibus Et ita potest dici, † iurisdictiones dominorum, ferè eandem antiquitatem habere, quam Regni: & procedere ab ipso iure gentium, & ita expressè tenet Ant. Gom. in l. 40. Taurinum. 11. ibi: *Vndè largo modo, & saltem mediatè, videntur habere ab eodem iure, à quo habuerunt ipsi Reges, & Principes: imò quod magis est in his personis, ista sit talis regula, & doctrina, quod isti magnates, & illustres personæ habeant in suo territorio illa iura, quæ habent Principes, & Reges in suo Regno, præterquam illa, quæ sunt illis reservata in signum supremæ potestatis.*

6 Defendere igitur, † (Illustrissime Præsul) te non tantum esse Dominum huius Civitatis; sed vnicum, & absque alterius condominio, meum est institutum. Et cum ad limen huius opellæ accederè, obviam mihi exeuntem video Doctorem Ecclesiæ lumen, Divum Augustinum in cap. 1. Joannis tract. 6. relatum in cap. 1. distinct. 8. qui sua solita eloquentia hæc verba profert: *Quo iure defendis Villas Ecclesiæ? Divino, an humano? Divinum ius in Scripturis habemus, humanum ius in legibus Regum. Vndè quisque possidet, quod possidet? non ne iure humano? Nam iure Divino. (Domini est terra, & plenitudo eius) Pauperes, & divites Deus de vno limo fecit: & pauperes, & divites vna terra supportat. Iure tamen humano dicitur: hæc Villa mea est; hæc domus mea est; hic servus meus est. Iura autem humana iura Imperatorum sunt: quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores, & Reges sæculi Deus distribuit generi humano. Tolle iura Imperatorum: & quis audeat dicere, mea est hæc Villa, aut meus est ille servus, aut domus hæc mea est. Hætenus Augustinus: quorum verborum timore præsus, ac perterritus, cum non auderem dicere, nec defendere, tuam esse hanc inclitam Civitatem, ab illa auxilium petij, ipsaque mihi exhibuit quodam privilegium Imperatoris Regis Hispaniæ Domini Alphonsi, cuiusq; vxo-*

ris ac Imperatricis Berengariæ, in Latina lingua scriptum, concessum Domino Bernardo primo huius a' mæ Ecclesiæ Episcopo; & aliam sententiam Domini Alphonsi Regis vndecimi: & absque alia notitia litis motæ, in Cancellaria Pinciana pendente, à me expostulavit, vt ius tuæ dignitatis tibi patefacerem, vt illo instructus, atque munitus, liti te opponeres, pro viribusque defenderes. Suis igitur petitionibus inclinatus, innixuque regalibus instrumentis, audeo dicere, ac defendere, te, tuamque dignitatem esse huius Civitatis Dominum, absque condominio Capituli. O quam latissimus reperitur campus, floribus argumentorum ornatus, de quibus quælibet pars favorabilia sibi depromet, & gramen odoriferum componet: sed quæ meliores collegerit, vt apes dulciorem favum melificabit: nam si dictis privilegijs non utamur, dicet Dominus noster Rex cum Augustino: *Tolle iura Imperatorum, & quis audeat dicere, hæc Civitas mea est?* Sed vt magis refulgeat tua iustitia, argumenta, quæ in contrarium opponi possunt, proponam.

Argumenta, quæ possunt opponi contra Dominum Episcopum.

7 PRIMò videtur, † Decanum; & Capitulum in Sede plena esse condominium huius Civitatis; nam donatio facta ab imperatore loquitur cum Episcopo, & Canonicis, ibi: *Dono siquidem Domino Deo, & prædictæ Ecclesiæ iure hereditario, Dominoque Bernardo eiusdem loci Episcopo, omnibusque Canonicis in eadem Ecclesia Deo, & Beate Maria servientibus, eorumque successoribus illos homines, qui iam circa præfatam Ecclesiam populati sunt, cum eorum casis, & eorum, ubicumque sint, hereditatibus. Ergo Canonici sunt condomini cum Episcopo, siquidem, vt patet, omnibus æqua-*

æqualitèr ac pariformitèr facta fuit donatio.

8 Probatur secundò, † ex sententia Regis Alphonſi, ibi: *Fallo que la dicha Ciudad de Signença con todos sus terminos, el señorío de ella, y de los lugares de todos sus terminos, que son del Obispo de Signença, y del Cabildo de la dicha Iglesia, y pertenecer à ellos, y à su Iglesia, porque se los diò Don Alphonso Emperador, que fue de las Españas en donadiò, y por cambio de Caragena, y Alcubilla, que Don Bernardo Obispo que fue de la dicha Iglesia le diò. Y por el señorío, que han, y pertenece à ellos, que de ven haber estos pechos, y derechos que se siguen, &c.* Ergo Canonici condomini sunt cum Episcopo.

9 Tertio probatur, † ex verbis sequentibus prædictæ sententiæ: *El pecho forero, que es de dos maravedis, y un sueldo viejo cada año por el San Miguel de Setiembre, de cada vezino, segun que lo usaron hasta aqui, el portazgo, que es todo esto la mitad de el Obispo, y la mitad del Cabildo.* Ergo æquale ius ac dominium habent Episcopus, & Capitulum: probatur consequentia, nam Capitulum habet dimidium del pecho forero; sed sic est, † quod hoc tributum est demonstrativum dominij, ergo Capitulum est condominus sicut Episcopus: minore huius argumenti probat, l. 10. lib. 18. part. 3. in fine, vbi loquens, de el pecho de la moneda forera, sic se habet: *La moneda es pecho que toma el Rey en su tierra apartadamente en señal de señorío conocido, & Gregor. in glos. 1. sic ait: Habes hic, quod privilegium à tributis generaliter præstitum, non excusatur moneta forera, que datur in recognitionem dominij, idem probat, l. 33. lib. 9. recopil. Pater Ludob. Molin. de iust. & iur. to. 3. tract. 2. disput. 661. num. 6. Otal. de notabilis. 1. part. cap. 2. num. 7. Garci. de notabilis. glos. 1. §. 1. num. 18. Azebed. in l. 1. tit. 33. lib. 9. recop. ex quo infert Capitulum, hanc Civitatem solvere illi hoc tributum insignum condominij.*

11 Ulterius videtur, † non tantum Capitulum esse huius Civitatis condo-

minum; sed potius Episcopum dominum illius non existere; nam Imperator dixit: *Dono siquidem Domino Deo, & prædictæ Ecclesiæ iure hereditario Domino, què Bernardo eiusdem loci Episcopo, omnibusque Canonicis, in eadem Ecclesiæ Deo, & Beata Maria servientibus, eorumque successoribus illos homines, qui iam circa præfatam Ecclesiæ populati sunt, cum eorum casis, & eorum vbi cumque sint hereditatibus.* Et per hæc verba non intelligitur illis translata esse iurisdictionem; sed tantum iura Civitatis, & calumnias, & poenas Camera Imperialis, & prædia quæ Imperator habebat, quæ erant Salinæ, & alia prædia, sicuti prædictus Rex Alphonſus declaravit in sua lege edita Compluti heræ 1386. quæ est l. 1. tit. 10. lib. 5. recopil. ibi: *Y si en los tales Privilegios, cartas, y mercedes no fueren puestas las dichas palabras, sino otras, que le dona tal Villa, ò Lugar con todos sus derechos, que en el y en sus terminos el Rey ha, y debe haber en qualquier manera; entienda se que no le da la justicia por las dichas palabras; salvo solamente las rentas, y derechos de la tal heredad, y calumnias, y las heredades que el Rey huviere en la tal Villa, ò Lugar.* Et quamvis Imperator dicat, donare Villam cum suo Castro, & omnibus suis pertinentijs; sed non dixit, *sin retener para se cosa alguna*, quæ verba iuxta prædictam legem important translationem iurisdictionis, & sic intelligitur, eam sibi Imperatorem retinuisse, & tantum iura, & redditus transtulisse: Ergo Episcopus non habet iurisdictionem, nec est dominus.

Fundatur iustitia D. Episcopi.

Sed quavis † hæc argumeta vrgentissima videantur, contrariū proculdubio defendere conabor, & si Div. Augustinus loco citato mihi iterum interrogaverit: *Quo iure defendis Villas Ecclesiæ? Divino, an humano?* Respondeo, Divino, & humano iure me defensurum, vt ex sequentibus patefiet.

12 Primò probatur, † nam Imperator in suo Privilegio, & instrumento per-

muta;

mutationis, sic ait: *Facio cambiū cum Domino Bernardo Saguntino Episcopo, & dono ei, & Ecclesie eius Saguntinam superiorem, cum suo Castello, & cum omnibus pertinentijs eius, & in Salinis Sancti Iusti, illar Salinas, quæ sunt de illo vado in suso, pro hereditate. Ipse verò dat mihi, pro ipsis, quæ illi dono, Caracenam, & Alcubellam: & retinet sibi in Caracena illam sernam de Tarazonia, & molendinum de Palacio, & omnes hereditates Sanctæ Mariæ, &c. Hoc cambiū quod de prædicta Villa Saguntina, cum suo Castello, & de Salinis cum Domino Bernardo Saguntino Episcopo pro Villis prædictis, quas mihi donat, exceptis illis, quæ sibi in eis retinet, facio, Deo auctore confirmo: & ut ipsam Villam, cum omnibus eius pertinentijs, & Salinis Ecclesia Saguntina iure hereditario semper habeat concedo: & qui ibi sunt, velerunt populati nullum dominum nisi Saguntinum habeant Episcopum, & nemini nisi ei, & eius Ecclesie seruiant pro debito. Haftenus privilegiū Imperiale. Ex quo deducitur Villas de Caracena, & Alcubella, fuisse proprias Episcopi, quas dedit Imperatori in permutationem huius Civitatis, ut constat clarè ex dicto privilegio; ergo acquisivit hanc Civitatem sibi Episcopus, & non Capitulo, nam in permutatione etiam dixit, *dono ei, & non dixit Capitulo: & sicut istæ Villæ fuerunt Episcopi, qui eas dedit Imperatori, sic similiter erit ista Civitas Episcopi, tanquam data ei in locū prædictarū Villarū, in cuius locū fuit subrogata, cuius naturam sapit, l. cum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caution. l. 1. §. hæc actio, ff. si quis testam. liber esse. Plurimi relati ab Alvarez de Velasco axiomat. iur. lit. 8. num. 56. † Et in terminis permutationis, præsumitur, dominus Episcopus illius, quod Imperatori permittavit, sibi que dominium acquirere, Bart. in l. 1. §. nunciatio, num. 15. ff. de no v. operis nunciat. Menoch. conf. 145. n. 42. Castil. tom. 7. cap. 8. nu. 11. D. Covarr. in cap. quam vis pactū. part. 2. §. 4. n. 2. Scac. de cōmer. §. 2. glos. 7. nu. 9 per leg. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig.**

Probatur secundò, † nam retinuit sibi Episcopus in Caracena illam sernam de Tarazonia, & molendinum de Palacio, & omnes hereditates Sanctæ Mariæ: Su Palacio, sus Casas, sus Sernas, su Guerto, &c. Ille pronomen *sus*, denotat dominium actuale, text. in l. Quintus Mucius 27. §. argento, ff. de aur. & argent. legat. ibi: *Argento omni legato, quod suum esset: sine dubio non debetur id, quod in credito esset: hoc idè, quia non videtur suum esse quod vindicari non possit, notant Bart. in hac l. nu. 3. Menoch. conf. 129. num. 7. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 162. num. 28. Cald. Pereyr. de empt. & vendit. cap. 3. nu. 2. & cap. 10. num. 2. Rota decis. 90. num. 2. apud Farinac. part. 2. recentior. Duran. Rota decis. 82. num. 3. Rota decis. 127. num. 3. par. 2. in posthum. Farin. aliàs part. 2. recentior. Et nõ tantū denotat dominium actuale, sed etiam possessionem, ut per Bald. in l. 1. circa princip. ff. de statu homin. Ancharan. Regien. quest. 7. num. 6. part. 2. Rota. decis. 90. sub num. 2. apud Farinac. part. 2. recentior. August. Barbol. in diction. vsu frequent. dict. 398. num. 1. & 23.*

Probatur tertio, † illis verbis: *Retinet sibi, ac si diceret: omnia illa esse propria Episcopi pleno, & perfectò dominio, Barbola vbi supra num. 7. Ergo sicut fuerunt, & sunt propriæ Episcopi prædia, quæ sibi reservavit absque condominio Capituli, sic etiam fuerunt propriæ prædicti Episcopi, sine condominio Capituli illæ Villæ de Caracena, & Alcubella, quas dedit Imperatori in permutatione huius Civitatis. Ergo hanc Civitatem soli sibi acquisivit Episcopus, & non Capitulo titulo oneroso permutationis, & nihil amplius habebit Capitulum in hac Civitate, quam habuit in his Villis: & cum in illis nullum ius, nec dominium Capitulum haberet, nihil mirum, quod in hac Civitate nullum dominium habeat.*

Quartò, † ulterius probatur, nam si illæ Villæ de Caracena, & Alcubella fuissent Capituli, vel in illis aliquod ius haberet, permutaret etiam Capitulum

tulum, & in contractu permutationis interveniret, & in alienatione suæ portionis Iuris solemnitates adfuisset, ad hoc ut contractus esset validus: in quo tanta fuit scrupulositas contractuentium, ut Regina Imperatrix Berengaria simul cum Imperatore se obligavit, quamvis ea non erat horum Regnorum Regina. Quanto enim magis assensus Capituli desideraretur, ut simul cum Episcopo illas Villas alienaret, si in eis condominium haberet, ne postea nullitatem contractus allegaret, † quasi res inter alios acta, quæ ipsi nocere non poterat, *l. de unoquoque, leg. sæpe constitutum est, ff. de re iud. l. nam, & postea infra. ff. de iure iur. l. qui non debet, ff. eodem*, cum in permutatione eadem solemnitas, quæ in alienatione requiritur, *cap. sine acceptione 12. qu. 2. cap. hoc consultissimo de reb. Ecclesie alienandis del non in 6. Clementina 1. eodem, Roderigo Suarez allegati. 21. in principio, Castillo de usufruct. cap. 52. à nu. 1.* Ergo prædictæ Villæ fuerunt propriæ Episcopi, & sine condominio Capituli.

20 Si ergo † fuerunt prædictæ Villæ D. Bernardi Episcopi absque condominio Capituli, & Imperatores dederunt ipsi Episcopo hanc Civitatem in permutationem earum, & ipsi illam dederunt, illæque Imperatoribus alias Villas condonavit, (ut evidentissimè est probatum) quo iure potest Capitulum dicere hæc Civitas mea est? nec in ea condominium habeo cum Episcopo? Privilegium quippe Imperatorum nullum ius ei tribuit: Dominus Bernardus Episcopus sibi soli, suæ quæ dignitati acquisivit, titulo oneroso permutationis: nec alia fuit contractuentium intentio, & actus agentium non debent operari † ultra eorum intentionem, *l. non omnis, ff. si certum petat, l. in agris, ff. de acquir. rer. domini, Ant. Gom. 1. 10. var. cap. 7. num. 4. D. Valenz. Velaz. con. 112. num. 74. & cons. 119. num. 86. & cons. 133. nu. 55* Tolle ergo iura Imperatorum, & quis audeat di-

cere hæc Civitas mea est?

22 Sextò, † & evidentius probatur ex privilegio Imperatorum, ibi: *Et qui ibi sunt vel erunt populati nullum Dominum, nisi Saguntinum habeant Episcopum.* Ex quibus verbis excluditur condominium à Capitulo prætentum: † nam negatio est malignantis naturæ, & plus tollit, quam ponit affirmatio; & quidquid sequitur negat, & destruit, *glos. in cap. cum dilectus de consuetud. 1. filius fam. §. 1. Cod. de donat. D. Covar. lib. 1. var. cap. 13. num. 7. Cardin. Tusc. lit. N. tom. 5. concl. 26.*

24 Septimò probatur, † Episcopum esse Dominum huius Civitatis ex sententia Regis Alphonsi, in illis verbis: *Otrofo fallo que la dicha Ciudad de Sigüenza con su Castillo, è el señorío de ella, y de los Lugares de todos sus terminos, que son del Obispo de Sigüenza, (& quamvis subiungit, y del Cabildo de la dicha Iglesia, suo loco his verbis satisfaciam.)* Ergo hæc Civitas, cuiusque iurisdictio Episcopi est.

24 Probatur octavò, † nam Episcopi vnicè ac privatim Domini huius Civitatis vocati sunt absque condominio Capituli per tempus immemoriale, eiusque iurisdictione vsi sunt, nullòque tanti temporis curriculo Capitulum se condominium nominavit, nec iurisdictione vsus fuit, ut est probatum, & patet; & quamvis Episcopus non fuisset Dominus huius Civitatis in primordio permutationis, nec in ea haberet iurisditionem ut supra n. 11. conatus tui probate; iam per tanti temporis lapsum præscripsit Civitatem, & iurisditionem illius contra Imperatores, † Regiamque coronam, *l. 1. tit. 15. lib. 4. recop. ibi: Ordenamos, y mandamos, que la possession immemorial, probandose segun, y como, y con las calidades que la ley de Toro requiere, que ex la ley 1. tit. 7. lib. 5. de este lib. basta para adquirir contra nos, y nuestros sucesores, qualesquier Ciudades, Villas, y Lugares, y jurisdicciones civiles y criminales, &c.* Et non tantum sufficit immemorialis præscriptio; sed etiam

etiam quadragenaria interpretativa privilegij, † vt ipse Rex Alphonſus declaravit (qui etiam fuit conditor legis præcedentis) in l. 1. tit. 10. lib. 5. recop. ibi: *Y si por el dicho priuilegio, y merced, no se dixeran las dichas palabras, ò algunas de ellas (de quibus supra n. 11.) pero dixere otras, con viene à saber, q̄ la dà, y dona, y enagena la Villa, ò lugar enteramente, no retiniendo para si ninguna cosa, ò que la dà con todo poderio de señorio, ò con todo el señorio Real, como al señor Rey pertenece: queremos, y mandamos, que aya para èl la justicia, si despues del tal priuilegio, ò merced vrd de ella continuamente por tiempo de quarenta años.* Et si virtute harum legum, & privilegio Imperatorum Episcopus præscriptione immemoriali acquisiuit contra Regem iurisdictionem huius Civitatis; illamq; exercuit per tot sæcula absq; condominio Capituli, & nunquam cõdominus nominavit se cum Episcopo, nec iurisdictionem exercuit; quanto magis contra Capitulum erit hoc ius præscriptum, etiam si clarè, & sine dubitatione illi competeret pleno iure? † nam sufficebat præscriptio quadragenaria contra Capitulum, cap. de quarta, cap. ad aures, cap. illud de præscript. Covar. in regul. possessor. 2. part. §. 2. num. 3. Et quod Episcopus sit dominus huius Civitatis, & iurisdictionis, aliorumque iurium sibi pertinentium, titulo immemoriali præscriptionis, potius quam privilegio Imperatorum, probatur etiam sententia Regis Alphonſi in illis verbis: *Fallo que por los dichos priuilegios, carta, y recados sobredichos, y por las dichas pesquisas probado.* Et inferius loquens de appellationibus, que *vayan al Obispo por alçada, segun que lo acostumbraron hasta aqui.* Et in alio loco, loquens de pecho forero, segun q̄ lo usaron hasta aqui. Ex quibus verbis constat consuetudine, immemorialique præscriptione, potius quam privilegio Episcopum iurisdictionem, & dominiũ huius Civitatis, cum pluribus iuribus acquisivisse. Et ex tempore permuta-

tionis factæ inter Imperatores, & Episcopum fuerunt transacti ferè ducenti anni vsque ad sententiam Regis Alphonſi, quæ fuit prolata sexta die mensis Februarij era 1369. & cambiũ, die septima mensis Maij anni 1184. quod quidẽ tempus fuit sufficiens ad inducendam immemorialẽ præscriptionem, & virtute illius acquirere Civitatem, & eius iurisdictionem contra Regem (vt per eum fuit iudicatum, ac definitum,) etiam si privilegium Imperatorum non haberet.

Poterit autem forsan Capitulum 28 dicere, † hoc quod est nominari, condominum cum Episcopo, esse actum merè facultativum, dependentẽ à sua mera voluntate, & ita imprescriptibilem etiam immemoriali præscriptione, quæ quidem non currit nisi à die prohibitionis, vt copiosissimè traditur à D Ioan. del Castill. de tertijs cap. 32. per totum, præcipue num. 12. & cum non iaveniatur prohibitio contra Capitulum, ne nominaretur, condominus: hinc est, vt nunc possit nominari cum ipso Episcopo.

Sed respondetur † cum ipso Castil. 29 vbi supra cap. 3. num. 19. his verbis exclusivis illius obiectionis: *Immemorialis præscriptionis, seu possessionis virtus, ius, & effectus, vsque adeò valens, & potens, & fortissima, atque efficacissima, vt fama requisitũ, & quodcũque aliud suppleri possit, & debeat, & quidquid necessarium sit supponat, & pro certo constituat.* Itaque vt certissimum debet supponi, & constitui prohibitum fuisse antiquitus Capitulo, condominum cum Episcopo nominari, dominiõque Civitatis vti; etiam si constantè potuisset dominum esse, & appellare se talem.

Decimò probatur, † Episcopum 30 esse Dominum huius Civitatis, sine condominio, nam per dictam sententiam Regis Alphonſi declaratur ad Episcopum tantum, & non ad Capitulum pertinere: *Las calumnias*, quod est signum iurisdictionis, & domini, d. l. 1. tit. 10. lib. 5. recop. ibi: *Salvo solamente*

mente las rentas de la tal heredad, y derechos, y calumnias, vbi Azeb. num. 34. D. Molin. de primog. lib. 1. cap. 25. num. 21. & 22. Ergo si istæ calumniæ non pertinent ad Capitulum, nec condominium; nam ita se habet dicta sententia: *Elas calonias, que se partan en esta manera, el tercio al Obispo, y el tercio al querrelloso, y el tercio à los Alcaldes.*

31 Undecimo probatur, † nam in dicta sententia adjudicatur Episcopo Iudicium nominatio, ibi: *Otrofi fallo que el Obispo Don Fr. Alfonso, y los otros Obispos, que vinieren despues del, que deben poner en Siguença Alcaldes, y Jurados.* † Et hic est verus, & proprius effectus domini, Abb. in cap. ceterum de iudici. col. 5. Bald. in l. 1. quasi. 6. de offic. cons. & in l. fin. C. de offic. fratre. vigil. Marin. Freci. in tract. de subfend. Varon. lib. 2. §. 13. Marant. de ordin. iudici. 4. part. distinct. 5. n. 10. Avend. in cap. 1. prator. num. 9. vers. Secundum, Greg. Lop. in l. 2. tit. 4. glos. 1. part. 3. & in l. 1. 2. tit. 1. part. 2. & l. 1. tit. 9. lib. 3. & l. 1. tit. 15. lib. 4. recopil. Merlin. centu. 1. cap. 99. & 100. Ioan. Bapt. Toro voto 25. Resal. de feud. disp. 3. thes. 5. lit. B. D. Molin. de primog. lib. 1. cap. 25. in princip. & num. 1. & 2. & 22. D. Covarr. pract. cap. 4. num. 6. Giurb. cons. 96. num. 10. & numquam fuit dubitatum, quod Officiales iustitiæ creare, sit actus iurisdictionis, & domini, Auchen. de defensor. Civitatum, §. sed interim, Peregrin. de fideicommiss. art. 2. num. 96. Giurb. dict. cons. 96. à num. 7.

33 Duodecimo probatur, † nam per dictam sententiam pertinet ad Episcopum secunda instantia appellationum interpositarum à iudicibus inferioribus, ibi: *Otrofi, que las alçadas de los pleitos, que los dichos Alcaldes libraren, si fueren civiles, que vayan à los Obispos, & iste est actus domini, & iurisdictionis iuxta pragmaticam Regis Don Ioannis Secundi promulgata in Guadalaxara anno 1390. de qua meminit Palac. Rubi. de obtent. Regni Navarrae 2. part. §. 4. pag. 2. in medio, Azeb. in l. 1. tit. 1. lib. 4. recop. nu. 41. Aviles in*

cap. prator. cap. 38. glos. ante nos num. 3. vers. sed licet, & in cap. 1. glos. 1. num. 3. & an de Iudicibus Dom. Prætes Covarr. pract. cap. 4. num. 6. vers. Secunda conclusio, & nu. 7. Bobadil. lib. 2. cap. 16. à num. 76. ad 78. Imperatores autem sibi hoc ius in supremum dominium, reservarunt in suo privilegio permutationis, ibi: *Y sino le agradare el juizio, y apelare para el Emperador, huya de alli para el Emperador.* Ex quo deducitur (vt sæpè dictum est) maius ius Episcopos acquisivisse immemoriali consuetudine, quam privilegio Imperatorum.

Decimotercio probatur, † nam ius nominandi, & creandi Tabelliones, est effectus iurisdictionis, & domini, l. 3. tit. 19. part. 3. Avend. in cap. 10. prator, num. 2. & seqq. Burg. de Paz in l. 3. Taur. num. 1057. Dom. Covarr. in cap. 19. pract. in fin. vers. Authoritas. Dom. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 25. in princip. & num. 1. & 2. Azeb. alios referens in l. 1. tit. 25. lib. 4. recopil. num. 4 & 8. Et Capitulum non habet hoc ius per dictam sententiam; imò nec Sede vacante, Azeb. vbi supra num. 8. ibi: *Sed an Capitulum Sede vacante; dic quod cum creatio Tabellionum, iurisdictionis sit, imminente necessitate, & non alias poterit, & Episcopo cõpetit per dictam sententiam creare Tabelliones.* Ergo Capitulum Sede vacante hæc iurisdictionem exercere non potest. Ergo multò minus poterit exercere, nec condominium nominari Sede plena.

Decimoquarto probatur, † quia hæc Civitas tenetur facere omagium Episcopo, promittens illi servare dominium, & iurisdictionem, vt in dicta sententia continetur, ibi: *Que los vezinos de Siguença de ven facer pleyto omenaje al Obispo Don Fr. Alonso, que es agora, y à los otros Obispos que vinieren por tiempo, que guardaràn todo su señorio, y todos sus derechos.* Et hoc omagium est actus domini formalis, l. 22. 23 & 24. tit. 3. part. 2. l. 5. tit. 15. part. 5. l. 1. tit. 15. d. part. Camil. Borrel. de præstan Reg. Cathol. cap. 64. num. 24. & in summa decis. tom. 1. tit. 59. num. 2. Capitulum autem non habet hoc ius, nec

Civitas teneretur illi facere omagium; nec illud recognoscit vt dominum, nec illi promittit servare dominium; ergo ex eo est, quia illud non habet: ergo non poterit se condominium nominare.

39. Decimoquintò probatur, ¶ nam ad Regem, & Episcopum pertinet habere claves istius Civitatis, (quod est maximum signum dominiij) vt in sententia continetur, ibi: *Otroffo fallo, que las llaves de la dicha Ciudad, que las deben tener homes buenos vecinos de Sigüenza, à quien las diere el Obispo, que las tenga por mi, y por el Obispo.* Itaque Episcopus est dominus Civitatis, & nullū condominium habet, nisi Regem: *por mi, y por el Obispo, & si Capitulum esset condominus, diceret, por el Obispo, y por el Cabildo,*

40. ¶ & quod hoc sit signum dominiij probat, *l. clavibus 74. ff. de contrahen. empt. ibi: Clavibus traditis, ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si claves apud horrea tradita sint, quo pacto confestim emptor, dominium, & possessionem adipiscitur, Bovadil. in sua polit. lib. 3. cap. 8. num. 22. Andr. Nichen. de territor. encyclope. cap. 15. num. 4. ibi: In ingressu claves Civitatis offeruntur tanquam traditi imperij pignora.*

41. Decimosexto, vrgentius probatur ¶ ex verbis prædictæ sententiæ, ibi: *Que si el dicho Obispo Don Fr. Alphonso, à otro Obispo, que despues de el viniere, no guardar esto, que dicho es, à viniere contra ello, à contra parte de ello, que en aquello que contra viniere, y no guardar, que sea privado de ello, y no use de ello en todo el tiempo, q̄ fuere Obispo, y yo, y los Reyes, que viniere por tiempo, que lo tomemos en nos, y lo cumplamos en el tiempo del Obispo, que lo non guardar como dicho es.* Ex quibus clarissimè probatur Episcopum esse verum, ac vnicum dominum Civitatis, sine condominio Capituli; nam iubetur Episcopū privari dominio; & privatio supponit habitum, ¶ quia nemo privatur, nisi prius habuerit id, quo fuerit privatus, *l. decem 116. ff. de verb. obligat. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudi-*

*cat. Card. Tusc. lit. P. concl. 715. Bathof. axiomat. iur. axiome 188. Et non dixit Rex, quod Capitulum privetur; & ex eo est, quia non habet condominium, nam si haberet, iure accrescendi toto illo tempore Dominus, & non condominus nominaretur, in iudictionemq; pleno iure exerceret: & Rex suæ Coronæ non adiudicaret: *l. unica, Cod. si liberalita imperia, soci. sine here. de ces. lib. 10. & ibi Amaya num. 8. plures referens Ant. Bellon. de iur. accrescendi cap. 6. quest. 36 num. 36. quia ex delicto Episcopi non erat Capitulum puniendum, & privandum suo condominio; ¶ nam 45* pœnæ debent suos auctores tenere, *l. sancimus, Cod. de pœnis, l. absentem, ff. eodem, Menoch conf. 123 nu. 7. Tusc. lit. P. conclus. 212. Sebastian. Guacin. defensor. part. 2. defens. 33. cap. 2. Farin. in prax. crim. part. 1. quest. 23. num. 1. Puniatur Episcopus propter suum dilectum; sed non Capitulum, cum sit innocens, ob delictū Episcopi, iuxta illud Ezechiel cap. 18. relatum in cap. iam itaque 1. qu. 4. & in cap. si habes 24. quest. 3. ibi: Anima, que pecca verit ipsa morietur, & in Exodus cap. 23. infontem, & iustum non interficies, & Iob. cap. 4. Quis enim unquam innocens perijt? aut quomodo recti deleti sunt? Et pœnæ debent esse æquales culpis, etiam contra delictorum patratōres, vt eleganter docet D. Solorgan. in Emblem. 73.**

Et ne ob vas fractum servum demergis in undas.

Pollion? O dignè Caesaris ira flagrat.

Sit servus quam vis, hominem tamen esse memento.

Et culpis pœnas esse decere pares.

¶ Uterius: ¶ demus casum in quo E. 44 Episcopus propter suum delictum privaretur dominio, & acquireretur Regi. Nonne tunc condominus Capitulum cum Rege nuncuparetur? Absit, Ergo ex eo est, quia condominium non habet.

45. Ex omnibus his argumentis ¶ clarissimè elucidatur Episcopum esse Dominum vnicum huius Civitatis, sine con-

Lib. III. Disc. VII. De Cond. Civ. Sag. 399

condominio Capituli. Et priusquam alijs argumentis in contrarium adductis satisfaciam. Præmittendum est, valde Capitulum innitèro, iusque suum fundare in privilegio Imperatorum in illis verbis: *Dono siquidem Domino Deo; & prædictæ Ecclesiæ iure hereditario Dominoque Bernardo, eiusdem loci Episcopo, omnibusque Canonicis in eadem Ecclesia Deo, & Beate Mariæ servientibus, eorumque successoribus, in quibus expressè Canonicis, simul cum Episcopo facta fuit donatio.* Sed instrumentum in quo sunt illa verba *Canonicis*, dicitur, esse falsum, falsèque transumptum, & in illo addita, quæ in originali non reperiuntur, ut fertur esse comprobatum.

46 Sed quamvis hæc verba † in prædicto privilegio inveniantur, nihil obstant, sicut nec primum argumentum contrarium ex eis deductum: nam ut late *num. 13. & seqq.* probatum est, Capitulum nõ fecit contractũ cum Imperatoribus, nec aliquid eis dedit in permutatione pro ista Civitate: sed tantũmodo Episcopus, qui concessit eis prædictas Villas de Caracena, & Alcubella, nec intentio cõtrahentiũ fuit acquirere alij, quam sibi, nec acquisitio valeret, §.

47 *ex his, instit. per quas personas cuiq; acquir. §. si quis alij, instit. de inuicilib. stipulati.*

Et quamvis Imperatores in initio contractus dixissent: *Dono siquidem, &c.* nõ fuit donatio ab ipsis celebrata; sed permutatio, ut postea refertur, ibi: *Facio cambium cum Domino Bernardo Saguntino Episcopo, & dono ei, &c.* † Et potius

48 debet attendi natura actus, quam nomen à partibus impositum, Azebed. in l. 7. tit. 11. lib. 5. recop. num. 80. Matien. in d. l. 7. glos. 10. num. 2. ibi: *Nisi talis nominatio repugnet natura conventionis, seu dedita in conventionem nomini expresso: tunc siquidem potius inspicitur natura, & effectus actus, quam nomen à contrahentibus impositum.* Cum igitur natura huius actus sit permutationis, nihil refert, quod vocetur, & nominetur donatio in vna parte scripturæ, siquidem in alijs cambium, quod est proprium nomen, voca-

tur. Et cum in hac permutatione nihil Capitulum dederit, nec in contractu intervenerit, nec cum celebraverit, nihil mirum si sibi Civitatem non acquisiverit, nec Episcopus eius nomine, cum non posset: ut probatum remanet.

Et non incongruè Imperator dixit: 49

† *Dono Deo, & prædictæ Ecclesiæ, Domino Bernardo, omnibusque Canonicis, nam si tantum diceret, facio cambium cum Domino Bernardo Saguntino Episcopo, & dono ei, &c.* Ipse vero dat mihi, pro ipsis qua illi dono, &c. intelligeretur Civitatem esse propriam Episcopi, illique, & heredibus suis acquisivisse, non autem suæ dignitati, argumento, l. 47. tit. 18.

part. 3. & ibi Greg. Lop. verb. *el nombre de aquel, ibi: Et quid si sit expressum utrumque nomen, tam proprium, quam dignitatis? Abbas distinguit, quod aut delegas habebat notitiam personæ, & præmittit nomen proprium, & tunc videtur facta commissio contemplatione personæ. Et inferius: Quod si commissio fuit facta sub nomine dignitatis, personæ Principi nota, videtur habuisse respectum ad personam, & non ad dignitatem.* Ergo in isto casu donatio facta videbatur Domino Bernardo cõtemplatione suæ personæ, & non dignitatis, quia præmissit nomẽ proprium ipsius, ibi: *Pro ipsis dono ei, facio cambium cum Domino Bernardo Saguntino Episcopo.* Et Imperator habebat notitiam personæ, uti dixit: *Saguntinæ Ecclesiæ Beata scilicet Maria, que per qua dringentos, & amplius annos stetit desolata, & per studium Domini Bernardi eiusdem loci Episcopi est restaurata.* Idem probat, cap. quoniam Abbas 14. de offic. deleg. & ibi glos. verbo substitutum, Everar. in loc. legal. loco à nomine dignitatis, Avil. in cap. 4. prætor. glos. iustitia num. 5. Ergo fuit necessarium, quod Imperator dixisset:

Dono ei, & Ecclesiæ, & Canonicis, ad hoc ut ista Civitas acquireretur suæ dignitati, & non ipsi, & suis heredibus, † & ne de illa disponere posset ad li-

bitum, August. Barbol. de potest. Episcop. 51
part. 3. allegat. 114. num. 9. ibi: *De alijs ve-*

vo patrimonialibus, atque aliunde, non autem cōtemplatione Ecclesiæ acquisitis, liberè testari valet, ac de ipsis maioratum facere, item de bonis, quæ sua industria acquisivit.

- 53 Ad secundum autem respondetur, † verba sententiæ Regis Alphonfi in eo contenta, esse relativa privilegij Imperatoris, & non dispositiva, ibi: *Porque se los diò Don Alphonso Emperador, q̄ fue de las Españas en donadiò, y por cambio de Caracena, y Alcubilla, que Dñ Bernardo Obispo, que fue de la dicha Iglesia le diò. Et in tantũ facient fidem, & probabunt, in quantum constiterit ex Imperatoris privilegio; † nam referenti non creditur, nisi constet de relato, l. esse toto, ff. de heredib. instit. authen. si quis, Cod. de edendo, Surd. conf. 5. num. 57. Marian. Ant. variar. resol. 38. n. 5. Stephan. Grat. discept. forens. tom. 4. cap. 693. nu. 2. & 5. Et ex privilegio quod apparet est, Imperatori dedisse Episcopũ prædictas Villas, & dicta sententia idem asserit, ibi: *Que Don Bernardo le diò, & vt remanet probatum, Imperator dedit Civitatem Episcopo in permutatione. † Et ita debent intelligi verba sententiæ, iuxta motivum, & instrumentum, ad quod refertur Bart. in l. cum qui, §. Iulianus, ff. de constit. pecun. Deci. in l. edita num. 36. Cod. de edendo. Amat. resol. 42. num. 14. D. Salgad. de Reg. prot. 4. part. cap. 11. nu. 38. & 42. Noguier. allegat. 27. num. 45. & aliàs essent erronea, & non probant, Decian. conf. 63. num. 6. vers. Nec obstat, Menoch. conf. 1. num. 95. ibi: *Non obstat secundum fundamentũ; quia illud procedit, quãdo illa, ad quæ facta est relatio non reperiuntur: nã referenti tunc creditur, cum disponere ita potuit: sed diversum est, quando de relato constat, & illud aliter se habere, quam relatũ fuerit apparet: tunc enim dispositio relati va, ad relatũ se se restringit, & secundum illud intelligitur, cum relati vum in referente sit, vt diximus. † Et licet referens aliter disponat, dispositio tamen illa non observatur, quia ex errore facta dicitur, cogitans dispositionem, ad quam se se retulit, ita loqui: quod cum falsum repe-***
- 54 sententiæ, iuxta motivum, & instrumentum, ad quod refertur Bart. in l. cum qui, §. Iulianus, ff. de constit. pecun. Deci. in l. edita num. 36. Cod. de edendo. Amat. resol. 42. num. 14. D. Salgad. de Reg. prot. 4. part. cap. 11. nu. 38. & 42. Noguier. allegat. 27. num. 45. & aliàs essent erronea, & non probant, Decian. conf. 63. num. 6. vers. Nec obstat, Menoch. conf. 1. num. 95. ibi: *Non obstat secundum fundamentũ; quia illud procedit, quãdo illa, ad quæ facta est relatio non reperiuntur: nã referenti tunc creditur, cum disponere ita potuit: sed diversum est, quando de relato constat, & illud aliter se habere, quam relatũ fuerit apparet: tunc enim dispositio relati va, ad relatũ se se restringit, & secundum illud intelligitur, cum relati vum in referente sit, vt diximus. † Et licet referens aliter disponat, dispositio tamen illa non observatur, quia ex errore facta dicitur, cogitans dispositionem, ad quam se se retulit, ita loqui: quod cum falsum repe-*

riatur, dispositio iusta ratione corrumpit. Et inferius magis ad nostrum institutum: *Qui respondit, quod ille qui petit se investiri, nomine sui fratris, & sororis, secundum tenorem aliarum investiturarum, si apparet ex antiquis investituris, ad quas relatio facta fuit, aliter se habere, nempe sorores nunquam fuisse investitas, nullum ius eis ex nova hac investitura quæsiti dicitur: quia per errorem ille nominata videntur, cum comprehensa fuerint nunquam in antiquis investituris, ad quas facta est relatio. Ergo nullum ius quæsitum est Capitulo ex hac nova investitura sententiæ Regis Alphonfi, quia per errorem illud nominatum videtur, cum comprehensum nunquam fuerit in antiqua investitura, hoc est, in privilegio Imperatoris, ad quod facta fuit relatio.*

Rursum, sententia † non potuit mutare naturam tituli; nec adiudicatio, quæ vnicuique parti per eam fit, potest excedere titulum; nam effectus sententiæ est declarare iura, quæ partes habent, non autem alterare titulos quorum virtute declarat, & decidit, l. sicut, §. sed si queratur ff. si ser. v. vendic. ibi: *Quia per sententiam non debet servitus constitui, sed quæ est declarare. Ergo hæc sententia nihil Capitulo de novo concessit, nec concedere potuit.*

Aliter, & melius, † his duobus argumentis in contrarium adductis, & deductis ex privilegio, & sententia Regum responderi potest, scilicet donationem factam Ecclesiæ, & Episcopo, acquiri tantum Episcopo, ac si de Ecclesia mentio facta non esset, vt in proprijs terminis tenet Francisco. Tondut. tom. 2. resol. beneficial. part. 3. cap. 176. num. 14. ibi: *Neque obstat poterat Episcopo, quod in quibusdam concessionis partibus fiebat mentio, quod concessio non solum fiebat Episcopo, sed etiam ipsi Ecclesiæ his verbis: Concedimus tibi, & tuæ Ecclesiæ: & alijs in locis: Ecclesiæ Matri: ex quibus videtur etiam concessio facta favore Capituli, quia verum est, quod verbum illud: Ecclesiæ tuæ, est equivocum vt tradit Belamer. conf. 20. num. 11. & copiosius*

Federic. de Senis conf. 296. in princ. Aliquādo enim significat Ecclesiam Cathedralē, cap. Clerici de verb. significat. aliquando ad solum refertur Episcopum, cap. no videmus eodem tit. cap. excommunicamus penul. vers. Dammati verò per Ecclesiam de hæreticis: aliquando vero nomen Ecclesia significat Prælatum cum Capitulo, & omnibus qui idem corpus cum Canonicis constituunt, cap. per exceptionem de pri vil. in 6. cum ibi notatis, & cap. requisisti de testam. ubi nomen Ecclesia sumitur pro Ecclesia Cathedrali, seu principali. Eademque ratione nomen Ecclesia Matris, est ambiguum, & sumi potest pro Episcopo solo, vel Capitulo solo, vel pro utroque coniunctim, ut advertit glosa in cap. 1. de sent. excommu. in clemen. in verb. Matricem Barb. de iure Ecclesiast. vni vers. lib. 2. cap. 1. num. 18. Unde inferitur, quod cum Episcopus esset in possessione privata iurisdictionis, & Regalium, si Capitulum prætenderet excludere Episcopum, debebat suam intentionem concludenter probare, nõ per probationes æquivoacas: quia reo, & possessori sufficit aliquo modo debilitare, & labefacture probationes aëtoris, Bart. latè in l. non solū, §. sed ut probari, ff. de no vi oper. nunciat. Ultra quod, si aliqua adsit ambiguitas, illa declaratur per longissimi temporis observantiã, cum in dubio pro possessore iudicandum sit, cap. cum venissent 6. cum ibi notat. de institut. Hactenus Tondut. Quod ergo aliud testimonium desideramus? nec voluntas desiderare, nec intellectus excogitare poterit; hic noster casus cum omnibus suis circumstantijs invenitur exornatus, longissima, quini- mò immemoriali præscriptione, & possessione munitus, talitèr quod illi nihil deest, nisi nomè proprium Episcopi.

58 Alio etiam modo, † subtilitèrque responderi potest omnibus illis obiectionibus: scilicèt, quando Imperator fecit donationem Ecclesiæ, Episcopo, & Canonicis anno 1140. & permittit Civitatem pro Villis de Caragna, & Alcubella anno 1145. ut ex ipsis constat, Dominus Bernardus Episcopus

fundaverat, & instituerat Capitulum, & Canonicos Regulares in dicta Ecclesia anno 1123. ut constat ex Epitaphio, & inscriptione posita in trascoro Ecclesiæ super sepulcrum dicti Episcopi, quam ego inveni ambulando per Ecclesiam, quæ sic se habet: *Aqui jazze Don Bernardo, natural de Anguino en el Reyno de Francia, fue Capiscol de Toledo, y despues que España se restaurò, fue el primer Obispo de Sigüenza, que ennoblecio, y cercò la Ciudad, redificò, y bendixò la Iglesia, y que el año de 1123. instituyò Prior, y Canonicos Regulares de S. Agustín.* (Et per transfellã affirmo, quod post illa verba, *fue el primer Obispo*, vna particula invenitur deleta, ferròque sublata, in qua, meo videri, erat scriptum, *y señor*) Illis enim temporibus Episcopi cum Canonicis sub certa regula, † mensaque cõmuni vivebant, omnesque vno refectorio, & dormitorio utebantur, ut refert Gregorius 7. in cap. quoniam de vita, & honest. Clericor. ibi: *Ut bona eorum veniant in communi, in vna domo vescantur, atque sub vno tecto dormiant.* Itaque Episcopus, & Canonici in mensa Capitulari comedebant, & bona in communi habebant, ut etiam refert Concilium Maguntinum celebratum anno 813, ut refert Carrança in summ. conc. fol. mihi 380. quod Concilium Maguntiacum appellat. idem invenitur in cap. tua fraternitas, cap. necessaria 12. quæst. 1. Et prædictum Capitulum quoniam, de vita, & honest. Clericor. fuit factum à Greg. 7. anno 1073. ut refert Aug. Barb. de Canonic. cap. 1. num. 2. & omnia dicta confirmat. Ex quo patet Dominum Bernardum Episcopum, cum Caponicis in mensa Capitulari, & communi vixisse, quando illis facta fuit donatio ab Imperatore, & ideò dixit: *Dono Domino Deo, & Ecclesiæ, Dominòque Bernardo, omnibusque Canonicis.* Sed postea mensa Capitularis fuit sublata, & omnia iura, tam spiritualia, quam temporalia inter se diviserunt, ut hodie sunt divisa, & separata. Et hinc provenit

quod Capitulum reciperet dimidiam partem del pecho forero, y del portazgo, quæ eis solvitur, & debetur ex sententia Regis Alphonsi : & altera dimidia Episcopo, ibi: *Que es todo esto la mitad de el Obispo, y la mitad del Cabildo.*

Iura autem iurisdictionalia Civitatis sibi retinuit Episcopus, illaque exercuit ex tunc provt ex nunc per tempus immemorabile absque condominio, & exercitio Capituli; qua præscriptione potuit tollere Capitulo, & sibi acquirere illam partem dominij Civitatis (si quæ illi competeat) quam habere poterat Capitulum, vt probatum remanet ex num. 24. Et etiã tempore Commensalitiæ societatis cū

- 60 Canonici competeat exercitiū Dominij non Capitulo, sed Episcopo, tãquam caput, cap. relatum de restam. ibi: *His ea bona sicut, & alia ipsius Ecclesie in Dei timore dispenset, & ibi D. Covarr. num. 2. & Pat. Ludovic. de Moli. disput. 147. nu. 8. Dom. Solorça. de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 11. num. 6.* Et privativè tunc, & nunc etiam si Capitulum esset dominus Civitatis cum Episcopo, pertinebat ipsi, & non Capitulo Dominum nominari, † vt experientia patet quod Doctores exemplis demonstrant: nam Episcopus de Obiedo nominatur Comes de Noroña. Episcopus Placentinus Comes de Pernia, Vallisoletanus Dominus de Iunquera, & nunquã Capitulum prætendit condominium cum Episcopo, etiam si donationes factæ sint Ecclesijs, vt refert Bobadill. lib. 2. cap. 17. num. 21.

- 61 Ad tertium argumentum respondetur, † quod el pecho forero, que es dos maravedis y vn sueldo viejo cada año, cuius dimidia pars fuit adiudicata Capitulo in sententia Regis Alphonsi, non est tributum demonstrativum dominij Civitatis, nec est illud quod in nostro Regno moneda forera nuncupatur, nam ista est, diez y seis maravedis de la moneda nueva, qui importabant octo marapetinos monetæ antiquæ, text. expressus in l. 4. tit. 33. lib. 9. recopil. ibi:

Mandamos q̄ en Castilla y en las Estremaduras, las personas que son enudadas de pagar la moneda paguen cada vno ocho maravedis de la moneda vieja, que son diez y seis maravedis de la moneda blanca, & wa tenet Pat. Molin. to. 3. tract. 2. disp. 661. n. 6. Otal. de nobili. 1. part. cap. 2. n. 7. Gare. de nobil. glos. 1. §. 1. num. 18. Azebed. in l. 1. tit. 33. lib. 9. recop. Et quod solvitur Episcopo, & Capitulo virtute prædictæ sententiæ, est dos maravedis, y vn sueldo viejo, & sic non correspondent moneta forera.

Vtcrius probatur, † nam hoc tributū, quod solvitur Episcopo, & Capitulo, solvitur singulis annis, ibi: *cada año.* Sed moneta forera, quæ solvitur Regi, solvitur de septennio in septennium, l. 1. tit. 33. lib. 9. recop. ibi: *Porque la moneda forera se acostumbra pagar à nos en nuestros Reynos de siete en siete años, en reconocimiento del Señorio Real.* Ergo el pecho forero, quod solvitur Episcopo, & Capitulo, non est tributum de la moneda forera, de qua loquitur lex partitæ, supra n. 9 & reliquæ ibi citatæ.

Vtcrius probatur, † nam hoc tributum solvitur Regi in recognitione supremi domini, dict. l. 1. supra citata ibi: *En reconocimiento del señorio Real, l. 1. tit. 18. p. 3. & ibi Gregor. glos. 1. Mol. Garc. & Otal. vbi supra.* Et in hac Civitate invenitur expressiùs reservatum à Rege in sua sententia, ibi: *Fallo por los dichos Privilegios, cartas, y recados sobredichos y por las dichas pesquisas probado, que el señorio Real del dicho Lugar de Sigüenza pertenece à mi, y es mio, segun que me pertenecce, y lo he en los otros Lugares de mis Reynos, que son Abbadengos, y que he en la dicha Ciudad, y en los Lugares de sus terminos pechos, y derechos, que son estos que se siguen: moneda forera.* Ergo moneta forera, quæ est tributum recognitionis dominij, non solvitur Episcopo, nec Capitulo; sed Regi: ergo el pecho forero, quod illis solvitur non est in recognitionem dominij.

Sed ne remaneat in hac questione minor scrupulus, † expedit investiga-
re,

re, quod sit hoc tributum, de el pecho forero, quod Capitulo solvitur, vndeq; nomen, & originem sumpserit. Et dico, quod inspecta etymologia, idem est *pecho forero*, quod *pecho de fuero adquirido por fuero*, hoc est por *costumbre*; nã in nostro iure Regio idem significat *fuero*, quod *costumbre* ita habetur in l. 6. *Tau. qua est l. 1. tit. 8. lib. 5. recopil. ibi: Lo qual mandamos se guarde. salvo en las Ciudades, Villas, y Lugares do segun el fuero de la tierra se acostumbra tomar los bienes al tronco, ò la raiç, à la raiç.* Et ita tenent communiter DD. in dict. i. & expressè Dominus Alphonfus Rex in sua sententia, ibi: *Y por el señorio que han, y pertenece à ellos, que deben haver estos pechos que se siguen: El pecho forero, que es dos maravedis, y vn sueldo viejo cada año por el San Miguel de Setiembre, de cada vezino, segun que lo usaron hasta aqui.* Itaque constat esse tributum consuetudine præscriptum, & acquisitum, nõ autem *moneta forera*, quæ Regi tantummodo solvitur.

66 - Et iterum, † ne intactum remaneat, oportet etiam scire valorẽ marapetinum, y del sueldo viejo, quod solvitur Capitulo à quolibet vicino quot annis: ne fortè dicat hos duos marapetinos, y el sueldo viejo, facere decem & l. x marapetinos, qui solvuntur Regi de septennio in septennium, quæ

67 *moneta forera* nuncupatur. Quod nullum habet fundamentum, nam marapetinus, qui currebat tempore Regis Alphonfi vndecimi erat æreus, qui tertiam maiorem partem habebat, quam quo hodie utimur, qui habet decẽ denarios, & Regis Alphonfi habebat quindecim. Itaque illi duo marapetini contenti in prædicta sententia hodie valent tres marapetinos currentes, ita tenet D. Covar. in tract. collas. veter. numism. cap. 5. num. 3. ibi: *Lo primero, y principal, que estas leyes hablan del maravedi viejo, pues tratan del marabedi cobreño, q̄ corria comunmente al uspo del Rey D. Alfonso Onzeno. Et inferius: Lo tercero, que el marabedi viejo valia mas*

que el que ahora corre la tercera parte, y assi mismo se colige, que el marabedi viejo valia quinze dineros, y el de agora vale diez dineros.

El sueldo viejo, † que dize la dicha sententia, habebat duodecim denarios, itaque habebat tres denarios minoris valoris quam marapetinus veras, sic etiam tenet Covar. ubi supra num. 2. ibi: *De lo qual parece que estos maravedis viejos (porque tales se han de entender por correr en tiempo del Rey don Alfonso Onzeno) son la quinta parte mayores que los sueldos: el sueldo bueno vale doze dineros, como lo probaremos adelante, luego el maravedi viejo valia quinze dineros. Et hoc melius probatur lege condita ab ipso Rege, quæ est lex. 17. tit. 3. lib. 6. recopil. illis verbis: Que en campos, que son los carneros mayores valga el carnero cinco sueldos, que son quatro maravedis de esta moneda. Ex his ergo inferitur, que aquellos dos maravedis y vn sueldo viejo que en virtud de la dicha sententia està obligado à pagar en cada año cada vezino de esta Ciudad vale quatro maravedis, y dos dineros de los que ahora corren. Ergo concludenter probatur, quod nec tempore Regis Alphonfi vndecimi, nec his temporibus, correspondet tributum Capituli tributo *moneta forera*, liquidem diveris sunt quantitatis.*

69 Restat nunc examinare, † an tributum portagij, quod etiam pertinet Episcopo, & Capitulo vigore dictæ sententiæ, sit sig. um dominij, sicut Capitulum conatur probare supra num. 9. in suo tertio argumento. Et dico hoc non esse tributum recognitionis dominij, quamvis solvatur Regi; sed est quasi contractus inicus inter Regem, & viatores, qui illud solvunt, ut sua Maiestas securas illis præbeat vias à prædonibus, ita tenet l. 5. tit. 7. part. 5. *Guisada cosa es è con raçon, que pues los mercaderes son seguros, è amparados del Rey por todo su señorio, que ellos, è todas sus cosas le conozcan señorio, dandole portazgo de aquella, que à su tierra trajeren à vender, è sacaren de ella.* Et Greg. Lopes verbo *seguros*,

guros, sic ait: Dicit enim in concessione portagij, seu portagij requiri causam, veluti pro defensione Stratæ publicæ contra prado-nes in terra, vel piratas in aqua, vel pro defensione fidei, & patriæ contra paganos, & hæreticos, vel alia simili causa, in quibus casibus, si is qui recipit, facit hoc, propter quod fuit constitutum, licitè, & sine scrupulo conscientiæ iuste recipit. Ergo non est tributum recognitionis dominiij.

70 Probatur vltèrius, † nam hoc tributum portagij solvitur in hac Civitate ipsi Regi, & sibi reservavit illud in dicta sua sententia: qui postquã enumeravit regalia, quæ Regi in Civitate pertinebant, sic ait: *y el pecho que dizen del portazgo, segun se contiene en mis libros.* Ergo portagium quod solvitur Capitulo est distinctum ab alio, quod solvitur Regi: & fortè fuit consuetudine acquisitum, sicut *el pecho forero*, vt refertur in dicta sententia, ibi: *segun que lo usaro hasta aqui*, vt satis remanet probatum.

71 Possumus etiam satisfacere † secundo contrario argumento *suprà num. 8.* allato: quod fundatur in illis verbis sententiæ Regis Alphonsi: *Fallo que la dicha Ciudad de Siguença con todos sus terminos, el señorío de ella. y de todos terminos que son del Obispo de Siguença, y del Cabildo de la dicha Iglesia, alijs verbis sequentibus, ibi: X por el señorío que han, y pertenece à ellos, que deben haber estos pechos, y derechos que se siguen.* Et assignando, & specificando id, quod cuilibet pertinet; omnia iura iurisdictionalia, & dominiij tribuit Episcopo cum dimidio tributorum, vt *suprà* ostensum est, & in eis nihil tribuit Capitulo; sed tantum alterum dimidium tributorum *del pecho forero, y portazgo*, quæ non denotant iurisdictionem, nec dominium Civitatis, vt sæpè etiam probatum est. Itaque vocat Dominus Rex Capitulum, dominum Civitatis respectivè ad ea, quæ ipsi in Civitate pertinent, sicut vocatur dominus domus respectivè, qui in ea haberet tignum, textus expressus in §. *cum in suo inst. de rev. di. vis.*

ibi: *Cum in suo solo aliquis ex aliena materia ædificaverit, ipse intelligitur dominus ædificij: quia omne, quod in solo in ædificatur, solo cadit: nec autem idèo is, qui materia dominus fuerat, desinit dominus eius esse.* Ecce enim probatur dominum tolli dominum integrum, & vnicum esse ædificij, & nihilominus dominus, qui fuerat tigni, dominus etiam remanet eius, sed non ædificij, nec poterit nominari dominus ædificij, quamvis sit dominus partialis illius, & vocetur dominus respectivè ad suum tignum. Sic etiam simili modo dominus verus, & vnicus Civitatis est Episcopus, cui competunt omnia iura iurisdictionalia, & dominiij virtute concessionum Imperialium, & Regiæ sententiæ: sed respectu illius partis tributorum, quam habet Capitulum, dominus etiam potest nominari lato modo, non Civitatis, sed tributorum in illa Capitulo pertinentium: & in hoc sensu dixit Rex Alphonsus, Civitatem Saguntinam esse Episcopi, & Capituli, sed declarando ista verba generalia subdit. *X por el señorío, que han, y pertenece à ellos, que deben haber estos pechos, y derechos que se siguen.* Et iura dominiij, & iurisdictionis dat Episcopo, & tributa Capitulo; quasi diceret, ne illis primis verbis generalibus videatur, me præiudicium inferre Episcopos & Capitulum conetur esse condominum Civitatis, sciat omnia iura dominiij, & iurisdictionis pertinere ad Episcopum, & ad Capitulum tantum tributa; & illorum respectu, illud dominum nominavi, & nihil aliud condominiij cum Episcopo habet.

His ergo prælibatis, † Illustrissime domine, optimè, & absque timore potes dicere cum Divo Augustino vbi *suprà*, *hac Civitas mea est; & tu cū ipso Augustino dic semel atque iterum Capitulo: Quis audeat dicere hac Civitas mea est?* cum lubrica iura Imperatorum iam sint sublata per genuinas interpretationes, & potius contra ipsum retorquantur. Igitur ne moreris, exur-

ge, & defende causam tuam, ne vllum condominium admittas; Tua Luna refulget vt Sol, & tua iustitia sicut Luna. Si enim hæc Civitas pleni Lunium habet, & tali fulgore suos radios corruseat, quaretu eam decrescere permittis? nequaquam sufferas: offetto te liti, propugna adversarium, & dic Regi nostro Philippo, suisque Consiliarijs in Regia Cancellaria Pinciana degentibus, *Hæc Civitas mea est, & vt tuam defende. Vale, atque iterum. Vale.*

74 Mis igitur † his legalibus suasionibus Episcopus supplicationi Civitatis fuit inclinatus qui statim se liti obtulit. Causa iam erat in prima instatia terminata, & in sua sententia Cancellaria dixerat: *Para que como à señor que es de la dicha Ciudad juntamente con el Obispo de ella en sede plena, se lo guarde la dicha sentencia sobre carta, y carta executoria, y se pueda llamar, è intitular condomino de la dicha Ciudad, juntamente con el Obispo: secunda vero sententia, visis meis fundamentis, in gradu supplicationis sic se habet: Poder los dichos Dea, y Cabildo llamarse, y intitularse condominos de dicha Ciudad, juntamente con los Obispos en Sede plena, por el derecho que les da la sentencia del Señor Rey Don Alfonso: y en lo contrario à esta se revocala sentencia de vista. In hac secunda sententia iam vides, primam fuisse reformatam in illis verbis: Para que como à señor, que es de la dicha Ciudad, juntamente con el Obispo en Sede plena. In quibus dominium Civitatis æquale Episcopi tribuebatur Capitulo, & virtute mee defensionis fuerunt sublata: & Capitulo tantum fuit relicta facultas vocandi se *condominum* cum Episcopo.*

75 Ab hac sententia fuit supplicatum, secunda supplicatione interposita, ad personam Regiam Catholicam, cum pœna mille & quingentorū aureorū, vt in Castilla fit, & practicatur. Et in Regio Supremo Consilio fuit confir-

mata secunda sententia in gradu primæ supplicationis prolata, hoc intellecto, ibi: *Que por el señorio, que dan al Cabildo de la dicha Ciudad de Sigüenza juntamente con su Obispo, se pueda llamar, y intitular el dicho Cabildo condomino de la dicha Ciudad de Sigüenza en Sede plena: sin que por esto se adquiriera al dicho Cabildo, ni pueda pretender mas derechos, honrras, tratamientos, ni prehemencias de las que en dichas sentencias, y executorias se declaran, y les han sido guardados hasta agora; ni pueda alrejar los tratamientos, y cortesias de que hasta aqui ha usado con sus Obispos, y con la dicha Ciudad de Sigüenza, y vecinos de ella, sino que continue los usados por lo pasado, sin innovar en ellos, ni en otra cosa, sino solamente en poner el titulo de condomino de la dicha Ciudad juntamente con su Obispo en Sede plena. Y en lo que la dicha sentencia de revista es contraria à lo en esta contenido la revocamos, y declaramos no aver incurrido el Obispo, y la dicha Ciudad en la pena de las mil y quinientas doblas, &c.*

Ex quibus omnibus † probatur Ca. 76
pitulum nullum actum dominij, nec iurisdictionis consequum fuisse, sed tantum pro iure, quod habet, ac partem de los pechos, y derechos, vt dixi supra num. 71 & 72. respectivè ad illud condominium intitulari posse: & ideò sententia revisionis in gradu primæ supplicationis dixit: *Por el derecho que les da la dicha sentencia, & in gradu secunde supplicationis iterum dixit: Que por el señorio, que dan al Cabildo de la dicha Ciudad, relativè ad partem de los pechos, que tiene juntamente con el Obispo. Et est advertendum, quod in tribus sententijs tantum Capitulo permittebatur vocare se *condominum*: sed non iuvent, imò nec permittunt, alios nominare *condominum*. Quin potius expressè prohibetur in sententia secunde supplicationis ex illis verbis: *sin que por esto, &c.* Et licet exceptio firmavit regulam in contrarium; ad maiorem explicationem, & exclusionem illa addidit*

didit Senatus; pro qua lite videtur dixisse M. Accium Plaucium.

Imò iste eum se se ait qui non est: & qui verò est, negat.

DISCVRSVS VIII.

De supplicationibus, seu appellationibus.

SVMMARIVM.

1. Appellatio, & supplicatio pari passu ambulant.
2. Appellatio non debet admitti in summarissimo iudicio, leg. fin. Cod. de edict. Div. Adria. tollen.
3. Simili modo non licet supplicare.
4. Licet supplicare in Cathalonia à qualibet sententia definitiva, vel interlocutoria, etiam lata in remedio summarissimo possessorio.
5. Supplicatio, quæ interponitur, in Regno Castella est in eadem Aula. Idemque Iudices cognoscunt in gradu supplicationis.
6. Supplicatio duplex est in Cathalonia, una quæ contrario imperio vocatur, alia informa: & quid sint.
7. Una, & eadem persona non potest in forma, & contrario imperio supplicare.
8. Supplicare potest contrario imperio si unus tantum litigat in causa: Si vero litigat maritus, mulier, vel filius in causa Patris, & è contra supplicat in forma.
9. Iudex, qui fuit Relator in prima Aula, quomodo potest cognoscere de causa intra decem dies contrarij imperij?
10. Iudex à quo contrarij imperij usque quo cognoscat de causa.
11. Iudex ad quem, qui vocatur in forma cum suis collegis quando incipiat cognoscere in gradu supplicationis.
12. Provisio Regia lata in causa Status Cardonæ.

13. Supplicatio an possit admitti in secunda Aula à Provisione immisionis possessionis, ex remedio l. fin. Cod. de edict. Div. Adria. tollen.

14. Primum argumentum, quo videtur probari, supplicationem esse admittendam.

15. Supplicari potest à sententia, quando causa, & ius quod de novo deducitur, non fuit deductum in prima instantia.

16. Sententia facit rem iudicatam in suppositis, & contentis in ea: & quomodo hoc intelligatur.

17. Res iudicata ut obstat, requiritur quod tam ex parte actoris, & rei, quam ex parte Iudicis, de omnibus sit plenè cognitum.

18. Iudex super exceptione incidente quando videatur tacitè pronunciare simul cum principali.

19. Decisiones referuntur, quæ id probant.

20. Supplicationem non esse admittendam probatur primo argumento.

21. Iudex debet attendere, & iudicare secundum actiones, exceptiones, iura, & partium preteniones ex instrumentis favorabilibus in processu productis, etiam si à parte non opponantur, seu explicentur.

22. In iudicio summarissimo possessorio non potest supplicari in Cathalonia ab articulo incidenti, deducto in secunda instantia in gradu supplicationis, cum decisionibus Senatus.

23. Provisio facta in gradu supplicationis, & iudicio summarissimo possessorio habet vim definitivæ: & licet ab illa supplicari posset, tantum supplicari potest in forma, & non contrario imperio, & supplicatio non haberet effectum suspensivum.

24. An Domini vassallorum cognoscere possint de appellationibus iudicum inferiorum suorum Statuum?

25. Domini vassallorum Regni Castelle virtute legis, & consuetudinis cognoscunt de appellationibus suorum Statuum accumulativè cum Regalibus Cancellarijs.

- 26. *Consilium Ducis de Medina-Celi ex Regali priuilegio cognoscit de appellationibus priuati: & donec suam sententiam protulerit, Senatores Cancellaria cognoscere non possunt in gradu appellationis.*
- 27. *Regium priuilegium refertur.*
- 28. *Consilium Ducis quomodo componitur.*

DISCVRSVS VIII.

De supplicationibus, seu appellationibus.

CERTISSIMI Iuris est + supplicationem, & appellationem pari passu ambulare; & quod supplicari non possit in casibus, in quibus non est licita appellatio. + In iudicio summarissimo, leg. finalis. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. non licet appellare, vt tenent Menoch. de adipiscend. possess. rem. 4. a num. 807. vsque ad 826. Castill. contro. ver. lib. 3. cap. 24. num. 109. + Similique modo non licet supplicare, Menoch. num. 899. + In Cathalonia vero potest appellari, & supplicari a qualibet sententia definitiva, vel interlocutoria, etiam lata in remedio summarissimo possessorio, sicut in hac causa a partibus respectiue fuit supplicatum. Vt omnia docte tenet Nob. Amigant in prax. rub. 27. num. 57. & rub. 26. num. 3. sed limitatur in provisione sequestri, vt dixi supra hoc lib. discurs. 6 §. 3.

In Regno Castellæ + supplicatur in eadem Aula, quæ de causa cognouit. iidemque Iudices cognoscunt. + In Cathalonia vero duplex supplicatio inuenitur, vna quæ *contrario imperio* vocatur, alia *in forma*. *Contrario imperio* quælibet pars supplicare potest a gravamine illato, vt in eadem Aula de illo cognoscatur; & si causæ Relator (qui vnus ex Senatoribus est a D. Cancellario, vel Regente Cancellariam electus) de causa cognouit, in

casibus in quibus sine alijs Senatoribus potest cognoscere, supplicatio fit *contrario imperio*; & alij Senatores de causa supplicationis cognoscunt. Si vero sententia, seu provisio facta fuit ab ipso Relatore *facto verbo*, hoc est Consilio adhibito cum Collegis, potest supplicari in forma, ad mutandæ Iudicem, & non redeundum ad eum, qui præcenditur gravasse; & causâ transit ad secundam Aulam, in qua de gravaminibus cognoscatur. Maxima enim est auctoritas, & potestas Relatoris in Cathalonia; & licet Ramon *conf. 27. num. 33.* dixerit, Relatorē non esse Iudicem causæ, sed totum Consilium; ego vero, vt experior, Relator totum Consilium videtur esse, vicisque illius integrum fungit; & benè hoc tenet Fontanel. qui *conf. 10. n. 22* dixit, quod facilius recusat Relator quam Senator; nam magis nocere, vel prodesse potest.

Vna + atque eadem persona non potest *in forma*, & *contrario imperio* supplicare; & idē dēmittitur, quod quoties inueniuntur duo litis consortes, vnus supplicet *contrario imperio*, alter *in forma*.

Etli + vnus tantum litigat in causa, is supplicare valet *contrario imperio*; supplicationem vero *in forma* si maritus litigat, mulier facit; vel filius in causa patris, & e cōtra, vt docet Nob. de Amigant in prax. rub. 16. ex n. 50.

Iudex + primæ Aulæ, qui in primâ instantia de causa cognouit, & facto verbo sententiam protulit, qui Relator vocatur, adhuc Iudex remanet: vt intra decem dies *contrario imperio* coram eo gravamina possint allegari, & articulari, informationesque recipi: quavis ad libitum gravati possit hoc facere in secunda Aula formæ coram Relatore, in qua de supplicatione est cognoscendum.

Et interim + quod dictus terminus decem dierum pendeat, vel probationes, seu responsa personalia, si fuerint petita, sint finita, suspensa est iurisdic-
tio

Etio Relatoris formæ: & sæpè accidit, quod in secunda Aula Iudex formæ incipiat de gravaminibus cognoscere, processumque ad se translatum videre; & altera pars coram Relatore contrarij imperij compareat, & petat aliqua suæ iurisdictioni pertinentia; iubeatque processum portari, licet sit in secunda Aula: & ita de vna Aula in aliâ portatur vagando, causæque expeditionem impediendo, & frequentèr motis altercatis in duabus Aulis.

Ut accidit in hac lite † in qua pars adversa in prima Aula contrarij imperij comparuit coram Iudice à quo, postquam in gradu supplicationis in secunda pendebat, & processus ad eam portabatur; & dixit, se Matriti testes habere citatos, & iuratos intra terminum decem dierum contrarij imperij. Idèd petebat litteras supplicatorias ad Curiam mitti, ut fuissent examinati, per illos 1391. articulos oblatos; & super hoc ad ipsam primam Aulam processum portari: & portari fuit iussum: quo Iudices supplicationis supersede-

runt, & ego de hoc stylo, ordineque iudiciatio tam dilono a Castellæ mirabar. Huic prætensionì cōtradixi, quia in ultimo die cōtrarij imperij fuerunt articuli in iudiciū producti, & nō erat possibile in ipsa die testes Matriti esse citatos, & iuratos: præsertim cum litteræ requisitoria non fuissent expeditæ, quim potius in Regia Provisione 28. Septembris denegatæ. Terminum ad ferendum testimonium iuramenti à testibus recepti petierunt: at ego contradixi. Testimonium exhibuerunt, quo constabat, post octo menses ab ultimo die contrarij imperij cursos, coram Locumtenentem Prætoris illius Curia fuisset pro parte Ducissæ de Frias petitem, ut iuramentum reciperet ab aliquibus testibus, Iudexque iussit recipi, ad effectum, qui de iure recipi possent ab que partis præiudicio: & iuramentum fuit receptum, ac ad vltiora non fuit prosequutum. Visoque in Aula testimonio, prædicta prætensio fuit denegata Regia Provisione sequenti.

Die 8. Iunij 1678. viso Processu, & partium altercato. An sit locus expeditioni litterarum compulsoriarum subsidiariorum ad recipiendos testes citatos, & iuratos, ut asseritur intra terminum decem dierum contrarij imperij ad probandos articulos pro parte Admodum Illustris D. Mariae Theresia de Benavides uxoris in secundis nuptijs Illustris D. Inici Melchioris Fernandez, de Velazco, & de Tovar Comestabilis Castellæ Ducis de Frias, & in primis admodum Illustris D. Ludovici Folch de Cardona, & Aragon, olim de Cordova, Ducis Sugurbi, & Cardona, 11. Martij 1677. oblatos, pro ut ita provideretur pro parte dictæ Admodum Illustris D. Mariae Theresia de Benavides petitem fuit, ut prætensionì extitit contradictum pro parte Admodum Illustris D. Catharina Antonia Folch de Cardona, & Aragon, olim Fernandez, de Cordova Ducissæ Sugurbi, Lerma, & Medinaceli, & Alcalà, uxoris Admodum Illustris D. Ioannis Francisci Thomæ Laurentij Folch de Cardona, & Aragon, olim Fernandez, de Cordova, Ducis de Medinaceli, Alcalà, Sugurvi, & Lerma. Visis schedulis per dictas

dictas Admodum Illustres partes respectivè oblatas, visa certicatoria pro parte dicti Admodum Illustris D. Maria Theresia de Benavides exhibita schedula oblatas prima currētis: visis videndis. Attento cōstat articulos pro parte dicta Admodum Illustris D. Maria Theresia de Benavides oblatos fuisse 11. Martij 1677. quæ erat ultima dies dilationis decem dierū contrarij imperij ad probandū concessa. Constat ex dicta certicatoria pro parte Admodū Illustris D. Maria Theresia de Benavides exhibita testes in ea contentos iuramentum præstitisse 17. Novembris dicti anni 1677. Et sic multo proximè lapsum termini decem dierum contrarij imperij, neque constat testes in dicta certicatoria nominatos citatos fuisse. Ideo, Et alias, factò verbo in Regia Audientia: providet locum non fuisse, nec esse expeditioni dictarum litterarum compulsoriarum subsidiararum ad recipiendos testes ad probandos dictos articulos pro parte dicta Admodum Illustris D. Maria Theresia de Benavides 11. Martij 1677. oblatos, Et utraque pars suas solvat expensas. Intimetur.

Cortiada.

13 Nunc vero dubitatur, † an in præfenti causa supplicari possit à sententia in secunda Aula supplicationis laeta, si iussum fuerit Ducissam de Medina esse mittendā in possessionē Statuū vigore remedij l. fin. C. de edict. Di v. Adria. rollen. vt prætendit: & quod liceat supplicare vi detur facere sequentia.

14 Primò, † hoc remediū noviter fuit deductum in gradu supplicationis; & in prima instanti nec Iudicibus, nec partibus de illo cōstitit; nūc ergo primò sunt victi litigātes, ex hac causa; & semel victo ex vna causa, noviter ex diversa agenti non potest obstare rei iudicatæ exceptio: † & est regula quòd quando causa, & ius, quod de novo deducitur, & non fuit deductū, nec à Iudice, nec à partibus in prima instantia cognitū, non obstat rei iudicatæ exceptio: & dicitur prima sententia, in gradu supplicationis prolata, à qua supplicari potest, vt tenent Dom. Salgad. in Labyrinth. credit. p. 3. cap. 1. n. 14. & 79. Quelad. à Pilodisfert. 17. n. 7. Ergo ab ista sententia supplicari potest.

16 Secundò, † quamvis regularitèr sententia faciat rem iudicatam in sup-

positis, & contentis in ea, quando suppositum venit in necessarium antecedens, vel consequens; sed hæc procedit doctrina, quando suppositum deductum fuit in iudiciū, & super eo adhibita fuit causæ cognitio, tã respectu partium, quam Iudicis. Sic copiosè D. Salgad. loc cit. n. 98. & alijs in locis suæ remissionis. † Et est ratio, quia res iudicata vt obstet, requiritur, quod tam ex parte actoris, & rei, quam ex parte Iudicis de omnibus sit plenè cognitum, Noguier. allegat. 140. n. 25. † Et tunc videtur Iudex super exceptio-
17
18 ne incidente tacitè pronunciare simul cum principali, quando super exceptione incidente fuit plenè cognitum, non alias, nec res iudicata ei obstabit, vt totum hoc ipse tenet. Ergo hæc res iudicata adversis partibus nō obstabit, quia super isto remedio nō fuit plenè cognitū ex parte colligantiū, nec ex parte Iudicum. Et sic nec tacitè, nec expressè ab illis fuit denegatum, nec intelligitur ab illo supplicatum: semperque verè est dicendum, primam esse sententiam supplicationis, ab illaque supplicare licere.

19 Tertiò, † hoc ipsum extat decisum in Senatu Cathalonie, vt refert Pegue. *decif. 197. per totam, & Fontan. decif. 460.* & licet distinguant inter sententiam definitivam, & interlocutoriam, & an contineat gravamen irreparabile, quomodolibet consideretur noster casus, videtur comprehensus in suis decisionibus, in quibus secunda supplicatio admissa fuit: quibus consonant consilia Ram. *num. 71. ad 89.*

20 Sed his minimè obstantibus † tenendum est in nostro casu secundam supplicationem nō esse admittendam. Primò, nam vt *lib. 2. discurs. 6.* extat probatum, in sufficienti forma fuit hoc remedium deductum, & allegatum, à partibusque disputatum, tam ex parte litigantium, quam ex parte Iudicum, qui debuerunt supplere quod defuit Advocatis partium: & ex tacita denegatione huius remedij fuit supplicatum, gravamenque allegatum, cuius vigore, ac virtute sententia est prolata: aliàs de illo Iudices cognoscere non possent.

21 Secundò, † in prima instantia fuerunt à Ducissa producta omnia instrumenta, quibus constitit de Maioratu Dignitatis Regalis huius Ducatus, & de indubitata successione Ducissæ; quibus præparatum erat hoc remediū legis finalis: & quādo actiones, exceptiones, iura, & partiū prætensiones ex instrumentis favorabilibus in processu productis constant, etiam si à parte nō apponantur, seu explicentur, debet Iudex ad illa attendere, & secundum illa iudicare, vt eruditè fundat D. Salgad. *in labyrinth. 3. part. cap. 1. num. 67. & 68. & 110.* Ergo plenè fuit cognitum de illo in prima instantia; & in secunda iustè potuit, quod in prima sententia defuit, supplere: & sic duæ sententię inveniuntur super dicto remedio; prima quæ illud, vel omisit, vel neglexit, & secunda quæ elegit ipsum.

22 Tertiò concludēter probatur, † nam hoc remedium, totaque causa summarissima est: & ex resolutione trium

Cathalani Senatus Aularū, iuxta Constitutiones ipsius, est declaratum, hanc secundam supplicationem non esse admittendam in summarissimo iudicio possessorio, quia est modici præiudicij, vt docet Amigant *in prax. rub. 16. num. 40. vers. Circa.* Et ita fuit modo iudicatum in lite inter Mariam Graciam, & Ramonem Vidal, referente Nob. D. Michaelē de Cortiada, Notar. Virgili. in qua facta ✕ Sanctę Eulalię, reiecta fuit supplicatio: ex eo motivo, quia erat causa summarissimi possessorii iuxta resolutionem trium Aularum, & ita non est de hoc dubitandum.

Quartò, † licet hoc certissimi iuris sit: alio fundamento præclusa est via huic prætensæ supplicationi, scilicet, quia Regia Provisio huius secundæ instantiæ habet vim definitivæ, quæ incipit *Excellentissimus Dominus*: & iuxta Constitutiones, & stylum Senatus ab his sententijs supplicari *contrario imperio* non potest; sed tantum *in forma* (casu quo supplicari posset) & hæc supplicatio habet tantum effectū devolutivum, non verò suspensivum; vt latè fundat Fontan. *decif. 420.* per totam; & sic parvi præiudicij est, cum sententia executioni mandata Ducissaque in possessionē missa Salinarum, gustatōque sale cum legitima successione vnita, videbimus, quis ab illis eam eiciet.

§. Vnicus.

*AN DOMINI VASSAL-
lorum cognoscere possint de appel-
lationibus Iudicum inferiorum
suarum Statu-
sum.*

Hanc questionem † tractat Bova-
dil. *in sua politica lib. 2. cap. 16. ex
num. 76 ad 81.* cum plurimis ab eo re-
lati: Et cum omnia tetigerit, quæ ad
hanc materiam pertinet, non ego re-
petam,

petam. lo dict. num. § 1. ait: *Legem Dom. Regis Ioannis I. in Curijs de Guadalajara factam in favorem Dominorum esse intelligendam de iurisdictione accumulativa; ut vassalli ad Dominum appellare possint, vel ad Regem; non verò esse privativam: & omnes Domini, qui de his appellationibus cognoscunt operantur virtute dictæ legis consuetudine corroboratæ, absque privilegio:*

26 † Quod non accidit in domo Ducis de Medinaceli, qui particulari, & irregulari privilegio ipsius Regis à filio suo D. Henrico confirmato Iudices appellationum Ducis cognoscere possunt de interpositis appellationibus à Iudicibus inferioribus privativè, ut nō solum cognoscant de appellationibus interpositis ad suum Tribunal, sed imò inhibet Senatores superiores Cancellariæ, ut non possint cognoscere de his appellationibus, quin prius Iudices Ducis de illis cognoverint, suisque sententias protulerint; à quibus fas sic appellare ad Regem, eiusque Curiam, ut constat ex privilegio huic Excellentissimæ Domui concessæ, quod in suo Archivo custoditur, & est tenoris sequentis.

27 **Y**o el Rey. Fago saber à Vos el mi Chanciller major, y à los mis Oydores de la mi Cancilleria, & Notarios, y Scrivanos, y Alcaldes de la mi Corte, y à qualquier, & qualquier de vos, que Don Gaston Conde de Medinaceli mi Vassallo me embiò mostrar una Albala del Rey Don Ioan mi Padre, y mi señor, que Dios perdone, firmada de su nombre, el tenor de la qual, es este que se sigue. Nos el Rey. Facemos saber à vos los Oydores de nuestra Cancilleria, que la Condesa Dona Isabel de la Cerda nuestra tia se nos querellò, y dixo, que vosotros que dabades vuestras cartas, por las quales apremiades à algunos vassallos suyos, que ella ha en algunas Villas, è Lugares de los nuestros Reynos; y en esto dicens que recibia grande agrabio: por quanto los dichos sus vassallos, y otros algunos que contra ellos ayen alguna demanda, deben ser demandados ante los Jueces ordinarios de las dichas sus Villas, è Lugares, es è lo que es se en-

biere por agrabiado de ellos, que debe apelar ante la dicha Condesa, è ante el su Alcalde Mayor, è que quando ella, è su Alcalde Mayor non ficiesen cumplimiento de derecho a las partes, que entonces pueda, è debe apelar la parte que se agrabiare para ante Nos, porque lo nos mandamos ver, è librar: como la nuestra merced fuese, è fallaremos por derecho. E nos viendo que nos pedia derecho tubimosto por bien; porque vos mandamos visto este nuestra Albala, è el traslado al signado de Escribano publico, que non apremiades à ningun, ni algunos vassallos de la dicha Condesa de las tales Villas, è Lugares que respondan, ni vengan à pleito ante vosotros, ni ante otro Alcalde, ni Juez, sin primeramente ser demandados ante sus Alcaldes ordinarios de las dichas sus Villas, è Lugares, è despues ante la dicha Condesa, è ante el su Alcalde Mayor, segun que siempre se fizo, è usò en los tiempos passados: è si algunos Albalas nos dimos à algunas personas que contra esto sean mandamos vos, que los non cumplades, ni fagades cosa alguna por ellas, ca nuestra voluntad, merced es de le guardar, è mandar guardar en todo lo que dicho es, (segun que siempre le fue guardado en los tiempos passados, è non fagades en dical sapena de la nuestra merced, è no lo dexeis de assi succer por ragon de la ley del ordenamiento que el Rey Don Enrique nuestro Padre, que Dios perdone fizo en las Cortes de Toro, è la nos despues confirmamos, que fabla en ragon, que los nuestros Albalades que no son sellados cõ nuestro sello maior, q̄ seã obedecidos, è non cumplidos: ca nuestra voluntad, y merced es, que cumplades esto, que nos mandamos, no embargante la dicha ley, fecha en la muy noble Ciudad de Sevilla seis dias de Febrero del año de mil y trescientos y ochenta è cinco años. El Rey. E agora el dicho Conde embiome pedir primeramente, que pues èl succediera en lugar de la dicha Condesa su madre, que le mandasse confirmar el dicho Albala: E que mandasse que fuese guardado à èl segun que lo mande à la dicha Condesa su madre. E yo lo tuve por bien, porque vos mando, que guardedes, è fagades guardar al dicho Conde el dicho

Albala del dicho Rey mi padre, segun que en el se contiene, è segun à que yo mandè, que fuesse guardado à la dicha Condesa Dona Isabel su madre: E que si algunos pleytas acaccesen en las dichas sus Villas, è Lugares, è vasallos del dicho Conde que les nõ emplacéis, que vengam emplacados ante vos, hasta que primeramente sean los dichos pleytor librados ante los Alcaldes ordinarios de las Villas, è Lugares del dicho Conde, è despues vayan por alcada ante el dicho Conde è ante su Alcalde Mayor: E despues la parte que se agrabiare de ello, de el calde Mayor, que pueda apellar para ante mi, è para ante vos los dichos mis Oydores, segun se vsò en los tiempos passados: E si algunas Carras abedes obedecido fasta agora en contrario de esto, que mandades no sean cumplidas, salvo q se guarde en ello esto que yo mando: è non fagades endeal. Fecho en tres de Julio, año del Nacimiento de Nuestro Señor Iesu Christo mill quatrocientos è nuebe años. YO EL REY.

38 Virtute huius privilegij † Ducis Cōsiliū de appellationibus cognoscit: quod Consilium ex quatuor Auditoribus, & Fiscali Advocato constat, quorū quilibet pari ferè salario fruitur, quo Auditores Regalium Cancelliarum: & illius Prætes est Abbas Ecclesie Collegiatæ de Medina, qui vitur Mitra, & Baculo vt Episcopus, & est Dignitas Ecclesie Cathedralis Saguntinæ: & habet sedem in Choro, & Capitulo, & intendit super appellationibus, & gubernatione suorum Statuum, carcerifque visitatione more Cancellarij.



DISCVRSVS IX.

De Terris incultis.

SUMMARIUM.

1. **C**asus proponitur.
2. Rex habet fundatum suum ius in toto Regno, & tanquam dominus perfectum dominium habet.
3. Rex habet sub suo dominio omnes terras, quas in singulares dominos distribuit.
4. Dux de Medinaceli habet concessionem à Rege illius Ducatus, non tantum dominij cum plena iurisdictione, sed etiam terrarum, quæ Regi compete-
bant.
5. Donatio Regis terminorum, & terrarum est legitimus titulus, quo donatarius illas acquirit.
6. Donatio equivoce à Rege facta, ab ipso explicatur.
7. In donatione facta à Rege alicuius Civitatis, vel territory, saltè terra propria videntur donata, licet non iurisdictione.
8. Magnates, & domini in suo territorio habent omnia illa iura, quæ habent Reges in suo Regno, præter illa, quæ in signum supremæ iurisdictionis sunt reservata.
9. Terra à Rege Civitatibus donata, dos Civitatis nominatur.
10. Terrarum dominium continetur in privilegij Regum cõcessis dominis vasallorum.
11. Dux de Medina, præter privilegium Regale, habet consuetudinem immemorabilem, qua terras acquisivit.
12. Terrarum incultarum venditionem nõ solum potest contradicere, & impedire dominus territory, quando venditio fit ex officio Regis; sed etiam si vendantur ex petitione Fiscalis Regij patrimonij.

33. *Præscriptio immemorialis vim privilegij habet, & titulus albus dicitur, & tanquam ius naturale mutari non potest.*
34. *Præscriptionem immemoriam qui pro se habet, non eget privilegium exhibere.*
35. *Titulum allegare sufficit, quamvis non exhibeatur.*
36. *Terra, quæ sunt intra terminos oppidi in Cathalonia, pertinent ad Baronem illius territorij.*
37. *Rex non potest vendere, nec donare terras, quæ sunt intra terminum domini, vel Baronis.*
38. *Intentio Regis præsumitur esse, vendere terras sibi pertinentes, non verò dominorum, nec populorum ex privilegio, vel consuetudine præscriptas.*
39. *Domini insolidum eiusdem rei duo esse non possunt.*
40. *Terra inculta non sunt de regalij Regi reservatis.*
41. *Domus de Medinaceli habet executoriam, in iudicio contradictorio obtentam, ut possit donare terras incultas, & licentiam colendi illas.*
42. *Dominium probatur in donatore.*
43. *Victoriam cavere potest, qui ad portum securitatis pervenit: si adhuc non restat longa via.*
44. *Triumphus maximus reportatur ex ingenti pugna.*
45. *Advocati, bonis fundamentis innixi, causam non deserant, quamvis alij relinquunt.*
46. *D. Ioannes Bapt de Larrea questionem Authoris movet, & contra eum tenet partem negativam.*
47. *Idem tenet Bo vadilla.*
48. *Sequitur eandem doctrinam Acebedo.*
49. *Idem tenet Ce vallos.*
50. *Dominos vassallorum non posse donare terras sui territorij, etiam si dicant esse domini solarij, tenet Larrea, sed reprobat.*
51. *Præscriptionem immemoriam dominus vassallorum allegans, non invenitur ex Larrea, sed non bene probat.*
32. *Author contra tot gravissimos Authores res incipit pugnare.*
33. *Opposita iuxta se posita magis elucescunt.*
34. *Impugnatur doctrina de Larrea primo,*
35. *Doctrina eiusdem Authoris impugnatur.*
36. *Doctrina Acevedi impugnatur.*
37. *Obijcitur contra doctrinam Bo vadilla, & Acevedi.*
38. *Pugna, seu prælium inter Ce vallos, & Castillum refertur.*
39. *Vni Doctori de decisione asserenti credendum est.*
40. *Quod dixit Ce vallos de Abendano refertur.*
41. *Regis scientiam requiri ad consuetudinem immemoriam dixit Larrea, sed reprobat.*
42. *Quod non est prohibitum permissum est in legibus.*
43. *Iterum Larrea in alia doctrina reprobat.*
44. *Suprema Regis regalia præscriptione immemoriam acquiri non potest.*
45. *Iurisdictio potest acquiri præscriptione a seculari contra Principem, non vero ab Ecclesiastico, & qua sit differentia.*
46. *Larrea allegat doctrinam Domini Co vadillas; sed contra ipsum retorquetur.*
47. *Scientia, & patientia Principis non requiritur, ut secularis acquirat iurisdictionem consuetudine immemoriam.*
48. *Quando dicitur scientiam Principis requiri in præscriptione immemoriam, intelligitur de scientia suorum Magistratum.*
49. *Principis scientia est necessaria in præscriptione immemoriam contra Iudices Ecclesiasticos, iurisdictionem secularem acquirentes.*
50. *Principem non posse concedere privilegium Dominis vassallorum, ut suis vassallis licentiam concedant colendi terras, dixit Larrea; & eius do-*

Et rina contra eum retorquetur.

51. *Differentia est longa inter artifices, & ingenij, & natura & doctrina.*
52. *Doctoris cuiuscumque auctoritas, etiã sublimis non deterret nos, ut intra illam veritatem non indagemus.*
53. *Conditio Curiarum, & pactum fuit appositum in illis, ut Rex non possit vendere terras incultas.*
54. *Istud pactum appositum in Curijs refert Pareja, & asseruit, esse in observantia.*
55. *Pactum intervenit in Curijs inter Regem, & Regnum: in quo data est facultas, & iurisdictio Supremo Regio Consilio Castellæ in Aula secundæ supplicacionis de las mil, y quinientas, quod possit cognoscere de contrasactionibus factis adversus pacta, & condiciones Curiarum.*
56. *Responsum, quod dedit Auctori Dux de Medina, quando vicit Regium Fiscum cum sententijs Poetarum.*

DISCURSVS IX.

De Terris incultis.

**AN DOMINI VASAL-
lorum possint in terris sua iuris-
dictionis concedere facultatē,
ut terra, quæ pastus fuerint, ad
culturam reducantur, vel de
illis, quæ dicuntur valdios do-
nationes facere?**

Domina Regina, † Domna Ma-
rianna de Austria Tutrix, & Gu-
bernatrix Regnorum Hispaniæ sche-
dula privata, suaque Regia manu sub-
scripta commisit Doctori D. Mattheo
de Baltablado Dignitati in Ecclesia
Cathedrali Saguntina, ut posset ven-
dere omnes terras incultas, & aridas
Regias, quæ inve nirentur in Civitati.

bus, Villis, & Locis illius Episcopatus:
ut pretium illarum converteretur in
vltus à sua Maiestate destinatos.

Cum Status Ducatus de Medina-
celi † in illo Episcopatu continge-
tur, fuit conatus, in illo suam iurisdic-
tionem exercere: cui prætensionem D.
Dux se opposuit, egoque eius nomi-
ne: quod negotium à me fuit dis-
putatum: & pro sua Regia Maiesta-
te dicebatur esse certissimum, Re-
gem nostrum Catholicum suum ius
habere fundatum in toto suo Regno,
qui tanquam Dominus perfectum ha-
bet dominium, postquam à Sarrace-
na elade illud manumissit, & posthi-
minium recepit, ut dixit Abendaño
de exequend. mand. cap. 12. num. 19. vers. Et
sic, & cap. 4. nu. 5. vers. Patet ergo, Otero
de Pascuis cap. 9. num. 17. D. Iuan. Bapt.
de Larrea allegat. fiscal. 26. num. 1.

Ex quo inferitur † proprie dici, Re-
ges Hispaniæ sua Regna possidere tan-
quam capta in bello, à Mauris restau-
rata: & ideo omnes terras sub illius
dominio esse, quas in singulares Do-
minos distribuit, Abendaño dict. cap.
4. num. 1. ibi: *Imò Rex Hispaniæ dicitur
possidere Regnum, tanquam res captas in
bello: Et omnis terra Regnorum Castellæ
est propria vniuersaliter ipsius Regis Ca-
stellæ, qui postea suis legibus distribuit eam
in singulata dominia. Et inferius nu. 4.
vers. Et Civitas in fine, ibi: Terra, & agri
omnes huius Regni Castellæ presumuntur
Regis Castellæ: & idem dicit num. 5. vers.
Patet.*

Hoc ius suæ Maiestati assistit, † &
in commissione delegationis insinua-
batur, dicens has terras inter suas re-
galias connumerari: sed nihilominus
pro Duce contra Fiscum ad impediē-
dum exercitium delegationis in illo
Ducatu sic dicebam. Primò, nam hæc
Domus habet privilegiū Regum Ca-
stellæ, in quo non tantum illi fuit con-
cessum dominium, iurisdictio Civilis,
& Criminalis, cum mero, & mixto im-
perio; sed etiam terræ incultæ, quæ
Baldios dicuntur, Prata, Pastus, cate-
rals.

rásque res, quæ in illo Ducatu Regi
 competebant: vt inferius num. 11. pro-
 babo: & hoc titulo omnes terminos, &
 terras donatarius sibi acquisiuit: Qui
 titulus omnes alios præcellit. l. 2. tit. 1.
 5 part. 2. ibi: † E el solo es oerosi poderoso
 de partir los terminos de las Provincias, &
 de las Villas, concordat. l. 12. dict. tit. 1.
 part. 2. Abendaño dict. cap. 4. num. 3. &
 4. Otero de Pascuis cap. 9. num. 1.
 6 Privilegium † quod à Regibus suis
 vassallis conceditur, solet esse equivo-
 cum: & Rex D. Alphonus XI. inter-
 pretans, & declarans dicta privilegia
 in l. 1. tit. 10. lib. 5. recop. in fin. sic dixit:
 Es en los tales Privilegios, cartas, y mer-
 cedes no fueron puestas las dichas palabras
 fino oeras, que le dà, y dona la tal Villa, y
 Lugar con todos sus derechos que en el y en
 sus terminos el Rey ha, y de ve haver en
 qualquier manera: ensiendase que no le dà
 la justia por las dichas palabras: Salvo
 foicamente las rentas, y dere hos de la tal
 heredad y calumnias, y las heredades, que
 el Rey huviere en la tal Villa, ò Lugar.
 7 † Itaque in Privilegio magis limita-
 to, in quo iurisdictio non est compre-
 hensa, certissimum est terras, quæ in
 eo territorio Rex habebat, esse dona-
 tas, iuxta declarationem huius legis,
 in qua Acebed. num. 35. sic dixit: Ex
 quo notari posset, quod donatio facta à Re-
 ge alicuius loci, intelligitur donare res pro-
 prias in illo loco existètia, Abendañ. dict.
 cap. 4. num. 5. Vers. Secus vero, ibi: Et fa-
 cta donatione à Rege alicuius loci, etiam
 hereditarias terras Regis proprias videtur
 donare, si intra locum sunt.
 8 Ant. Gomez † in l. 40. Tauri num. 11.
 referens leg. 12. in fine titul. 1. part. 2. sic
 concludit. Vbi expresse dicit, quod isti
 magnates, & Illustres persona debent vi-
 vi in suo territorio eodem modo, quo Reges,
 & Principes in suo Regno: Et in princi-
 pio eiusdem numeri, ibi: Imò quod ma-
 gis est, in is personis ita sit talis regula, &
 doctrina. Quod isti Magnates, & Illu-
 stres persona habent in suo territorio omnia
 illa iura, que habent Principes in suo Reg-
 no, præterquam illa, que in signum supre-

ma iurisdictionis, & potestatis sunt ei re-
 servata.

Tam pleno, † perfectoque dominio
 Magnates, & domini, Civitates, & Vil-
 lae has terras à Regibus donatas ac-
 quirunt, quod Innocentius in cap. ad
 Sedem de restitut. spoliator. proprias do-
 tes suas dicit esse, & Abendaño dict.
 cap. 4. Pretorum num. 4. ait: Et consti-
 to de assignatione terminorum à Rege fa-
 cta, vel immemoriali consuetudine admissa:
 illi termini appellantur dos propria Ci-
 vitatis, aut Valle.

Et ex Privilegijs, † & donationibus
 in forma communi dominis vassallo-
 rum concessis, dominium terrarum ac-
 quirunt, & in eis fundatâ habent suam
 intentionem, Abendaño d. cap. 4. nu. 6.
 Vers. Et hoc est summè notandum, ibi:
 Nam in rotundis, & vacuis terminis bene
 fundabunt intentionem, & in terris sicut
 ipse Rex; Otero de Pascuis dict. cap. 9.
 num. 10. ibi: Et inde etiam provenit, quod
 concessio, vel donatio oppido per Principem,
 cum suis confinibus, omne inclusum vide-
 tur donatum.

Alium titulum Dux habet † in his
 terris, quo illis tanquam proprijs vi-
 tur, donando illas suis vassallis, & ha-
 bet custodes, qui eos absque sua li-
 centia terras colunt, coram Iudice
 privato denunciant, vt illis priven-
 tur, & plectantur: & hoc ius consuetu-
 dine immemoriali est acquisitum: quæ
 consuetudo Privilegio æquiparatur;
 & hac consuetudine prædictas terras
 Duces acquirere potuerunt, etiam si
 Privilegium deficeret. Abendaño dict.
 cap. 4. num. 4. ibi: Nisi quantum ex Pri-
 vilegio Regis, vel ex consuetudine imme-
 moriali reperitur assignatû. Et inferius:
 Et constito de assignatione terminorû à Re-
 ge facta, vel immemoriali consuetudine ad-
 missa: & per totum caput Vers. Sequi-
 tur & Vers. Vicini, & num. 5. & 9 Sepè
 repetit, per consuetudinem immemo-
 rialem has terras acquiri posse, & ite-
 rum asserit cap. 12. num. 19. Vers. In tali
 casu, Otero de Pascuis dict. cap. 9. num. 1.
 13 & 16.

Et

12 Et hæc contraditio † non solum procedit, quando Rex ex officio iubet has terras venundari: sed etiam si hoc fieret ex petitione Fiscalis Regij Patrimonij, qui impediri potest, vt dixit Avendaño dict. cap. 4. num. 5. vers. Si vero Regio Fiscali.

13 Et ratio est, † quia consuetudo immemorialis vim privilegij habet, & ritulus albus dicitur, & tanquam ius naturale mutari non potest, vt asserit D. Ludovic. de Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 2. num. 20. & 21. D. Ioan.

14 del Castillo de tert. cap. 32. per tot. † & qui hanc consuetudinem immemorialem pro se habet, non eget privilegiū exhibere, Avendaño ibi: num. 6. vers.

15 Si veros † & sufficit titulum allegare, quamvis non exhibeatur, Castillo de tert. cap. 3. num. 16. & 19.

Et huc usque dicta † non solum in 16 Castella, sed etiam in Cathalonia locum habent, vt testatur Cancr. var. tom. 3. cap. 4. num. 59. ibi: Veritas est: que sunt intra terminos Castri, si ve Oppidi, si à nemine possideantur præsumi de dominio Domini Castri, si ve oppidi, &c. Si autem possideantur, præsumi eius, per quam possidentur, vt multis relatis notat Menoch. lib. 3. præsump. 100. per totam. Et sic videmus in Cathalonia, dominos Locorum quotidie terras vacantes, & que à nemine possidentur huic, & illi, pro eorum arbitrio in emphyteosim, aut aliàs concedere. Ex quibus concessionibus dominium terminorū ad Dominum spectare dignoscitur, vt notat Solon. de Pace cons. 16. num. 4. & sequent.

17 Cum ergo Dux sit tot iuribus munitus, † non potest sua Regia Maiestas ab illo has terras auferre, alijsque vendere, vt est decisum in l. 2. tit. 1. part. 2. ibi: Con todo esso no puede el tomar à ninguno lo suyo, sin su placer, Avendaño dict. cap. 12. num. 20. vers. Et sicut Rex, ibi: Et sicut Rex non potest in vito Populo post assignationem terminorum huiusmodi agros, & terras assignare alijs, quia potior est conditio priorum, quibus ius est quasi ius, maxime iam facta traditione.

Nec præsumitur Regem velle unum Altare cooperire altero nudato.

Intentio iux Maiestatis † præsumitur esse, vendendi dictas terras, que sunt intra territorium Civitatis, & Locorum, que sunt sui Patrimonij, Regiæque Coronæ, in quibus dominium adhuc retinet, quia nondum sunt alienata, vt tenet Otero dict. cap. 9. nu. 19. Vbi postquam asseruit, quod Domini vassallorum habent dominium terrarum, que sunt intra suum territorium, sic ait: Si vero Populus sub Corona Regia sit, præter ea bona, que ex destinatione, vel usu, & præscriptione à Populo fuerint possessa in dominio Regis nostri utique erunt, & manebunt. Hæc terræ realengas in istis Civitatibus, & Locis Regiæ Coronæ sitæ, sunt, que venundari iubentur: sed non hæc quarum Dux 19 habet dominium acquisitum: † nam duo insolidum Domini eiusdem rei esse non possunt, l. si de certo 6. §. Si duobus veiculum, ff. commodati, Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 900. num. 18.

Et hoc † non est de regalij Regi 20 reservatis, à sua Regia Corona in abdicabilibus in signum Supremæ potestatis, de quibus loquutus fuit Ant. Gomez in l. 40. Tauri num. 11. neque est expressa in l. 2. tit. 1. p. 2. vbi omnes regalix sunt numeratæ, nec de illa memoratur, Ripoll qui de regalij scripsit, quin potius acquiri potest Privilegio, aut consuetudine, vt supra remanet probatum.

Probatum vltcrius, † nam hæc Excellentissima Domus habet executorem in Regali Cancellaria Vallisole-tana expeditam, in qua constat, Ducissam de Medina quibusdam vassallis donasse quasdam terras aridas, & incultas, contra quos Iudex Alcalde Entregador nominatus processit ad hoc vt illas ad culturam redigerent, in utilitatē pascui publici: & licet donationē Ducissæ ostenderent in suam defensionem, & probarent consuetudinem immemorialem, in qua Duces existebant, faciendo prædictas donationes, Iudex

Judex illos damnavit, vt prædictas terras in posterum non colerent, vt pastui publico defervirēt, & alijs pœnis pecuniarijs, à qua sententia appellaverunt ad Regiam Cancellariam, in qua instantia Ducissa se opposuit, suū ius defendendo, & in iudicio contradictorio cum Fiscali de la Mesa sententia inferioris fuit revocata, & vassalli ab illa absoluti duabus sententijs cōformibus, & executoria expedita: qua probatur dominiū, quod habeat Duces in illis terris, quas donare possunt:

22 † nam dominiū probatur in donatore Mascad. de probatio. tom. 1. conclus. 538. nu. 5. & 6. §. 1. institut. de donati. ex quibus omnibus clarè deducitur Regem non habere ius nec dominiū in terris aridis, seu Valdios illius Ducatus, quas possit vendere Iudex delegatus. Cum omnes sint sub dominio Ducis.

23 Videtur me iam ad portum securitatis pervenisse: & canere posse viatoriam cum Virgilio lib. 1. Georgic.

Ceu pressa quum iam portum tetigere carina,

Puppibus, & lati nautæ imposuere coronas.

Sed adhuc ratis pusilli ingenij in periculo est constituta.

Sed tamen, & quernas glandes tunc flungere tempus.

Ideò dicam cum Ovidio.

Dicere Castalides quò versu carnasa pandant,

Vel quo vestra ratis tuta secabit aquas.

Magnum enim bellum contra me præparatur, quod totum meum opus diruere intendit, magnūque Ducibus militia litteraria gubernatur, in quo periculo perire iuste timere possum. Sed Claudianus de bello getico mihi opem ferat, dicens.

24 *In gentes geminant discordia magna triumphos.*

Et Publius, Terentius actu 2. scena 3.

25 *Heus tu? non sit sine periculo facinus magnum, & memorabile.*

Plurima arma contra meam doctrinā sunt congesta, quibus perterritus à

bello desistere securius videbatur, sed nihilominus pugnam non reculabo, sequens Imperatoris Zenonis dictū in *lrem non no vā, §. patroni, C. de indi. † ibi: 25*
Sin autem pluribus patronis adhibitis, & iuramento ab omnibus præstito, quidam ex his causa procedente patrocinandum esse crediderint, quidam recusa verint: exeant quidam recusantes, volentes autem remaneant. Causa etenim terminus manifestare poterit, qui timidus, quique audacius iudicium, vel reliquerunt, vel protulerunt. Et Demosthenes in præmio orationis 25. 26
dixit: *Nihil est cæcis hominibus, & circumspectis adeò formidabile, quin diligentia præcavèri possit.*

Huius litterariæ pugnae † primus 26
Dux Generalis est doctissimus D. Ioann. Bapt. de Larrea tom. 2. allegati. Fiscal. allegati. 110. vbi quaestionem à me propositam ildem verbis movet: *An Domini vassallorum possint in terris sua iurisdictionis concedere facultatem, vt terra, qua pastus fuerint ad culturam redducantur, vel de illis, qua dicuntur Baldios donationes facere: & num. 2. contra meam sententiā, sic tuam resolvit. Sed tamen verius est, id solum Regibus esse permissum, nec Dominis vassallorum licere, vt constat ex l. 11. tit. 7. lib. 7. recopilat. Et prolequitur hanc suam sententiā comprobando vsque ad num. 31.*

Idem tenet Bovadil. † in sua politica 27.
lib. 2. cap. 16. num. 53. ibi: *Fallencia 48. Et que aunque el Rey puede dar licencia, para romper, arrandar, y vender los Baldios y terrenos publicos de las Ciudades y pueblos de sus Reynos con causas bastantes; pero los señores de vasallos en sus tierras no podrán concederlas, y si alguno lo haze es de hecho, y porque no ay quien se lo contradiga.*

Sequitur hanc doctrinam Acebed. 28
in d. l. 11. tit. 7. lib. 7. recop. num. 5. ibi: *Licet de facto id aliquando Domini faciant, sed fortassis quia non contradicitur: multa enim per potentiam tollerantur, qua si in Iudicia deducta fuissent, non tollerarentur.*

Idem sequitur Cevallos † commu. 29
contra commu. tom. 3. quest. 749. ex n. 35.

& omnes reprobant doctrinas Avendañi, de quo loquens Ceval. num. 42. sic ait: *Qui loquitur tanquam Index Ducis del Infantado, in cuius consilio pecebantur, & præsTABANTUR prædictæ licentiæ contra l. Regiam: & sic merito ex hac ratione per Regium mandatum omnia illa capitula, quæ favore iurisdictionis Dominorum scripta fuerunt, deleri, & amplius Typis nõ tradidit iussu. Quæ ratio contra me etiam militare videtur, & omninõ totam defensionem Ducis corrumpere.*

30 Ex alio capite Dux ius suum fundabat, & scilicet, quia prætendit vassallos dicti sui Status esse solariegos, super quo lis pendet in Regali Cancellaria, in qua primam sententiam obtinuit: Sed huic respondet Larrea loc. citat. num. 31. hoc ius Dominis vassallorum negando, his verbis: *Sed tamen ex prædictis dicendum est, nec in his casibus Dominis vassallorum licere in bonis solarijs loca inculta, quæ pascuis deserunt, ex suo solum permissu, & voluntate ad culturam reducere, etiam si propriæ illorum, & iuris solarij essent terræ totius territorij.*

31 Validius fundamentum Ducis videtur niti in consuetudine immemoriali, quæ vim privilegij habet, ut supra num. 13. & 14. ostensum est, cui etiam obstat doctrina eiusdem Larrea vbi supra num. 32. qui sic ait: *Denique ex prædictis excluditur id, quo maxime Domini vassallorum in vari solent in hoc casu, præscriptio scilicet immemorialis, quasi præscriptio immemorialis habeat vim tituli, concessionis, & privilegij. Et per totam allegationem probare intendit, nec consuetudinem immemoriam, nec Regis Privilegium esse sufficiens.*

32 Sed his minimè obstantibus, & adhuc causam Ducis esse patrocinandam credo, & volo remanere in defensione, licet alij reculent. Cause enim terminus manifestabit, qui timidius, qui què audacius iudicium, vel reliquerunt, vel protulerunt, ut dixit Imperator in d. l. rem non novam, §. Patroni,

33 *Cod. de audic. & omnia in contrarium*

opposita magis facient refulgere, leg. unica, Cod. de caduc. tollen.

Non obstat doctrina Larrea & dict. 34 allegat. 110. num. 2. vbi resolvit, solum Regibus esse permissum: Dominis autem vassallorum non licere has licentias concedere, vel terras donare. Et hanc resolutionem fundat in l. 11. tit. 7. lib. 7. recopil. quæ lex non loquitur de terris à Magnatibus possessis, sed de illis, quæ sunt propriæ Civitatum, & locorum, ut probant illa verba: *Por quanto nos fue suplicado, que de aqui adelante no se hiziese merced a persona alguna de los terminos, y propios, y vldios de las Ciudades, y Villas, &c. Et terræ aridæ, & incultæ Ducatus nõ sunt locorum, sed Ducis ex omnibus titulis supra allegatis illi pertinentes, & sic prædicta lex non loquitur in nostro casu.*

Præterea & prædicta lex non loquitur cum Dominis vassallorum, qui terras donant, sed cum Rectoribus Civitatum, quibus prohibuit has terras condonare, sine Regis licentia; quod iustum, & æquum est; nam cum sint propriæ Civitatis, illi alijs donare non possunt: & idcõ dixit: *Pero mandamos que la justicia, y Regidores no puedan dar tierras algunas sin preceder licencia nuestra. Et hæc lex eiusque prohibitio non extenditur ad Dominos vassallorum, qui ex dictis titulis terras acquisierunt, ut late fundat D. Ioan. del Castillo de usufruct. cap. 54. num. 56. qui loquens de dict. l. sic ait: *Solum restat, & vltimo loco constituere ad limitationem dict. l. Regia, eiusdem decisionem minimè procedendum in terris, locis, & dominijs Comitum, Ducum, Marchionum, & aliorum Dominorum, in quibus Regia licentia necessaria nõ erit, ut prædicti termini, & terræ alienari, vel obligari possint: sed eorum licentia, & auctoritas sufficiens esse debet, in quibus casibus in territorijs Principis Regia licentia necessaria esset.**

Doctrinæ Acebedi de qua supra, & 36 qui tanto robore contra Avendañum arma sumpsit, quando dixit, illum non esse credendum, quia erat Index Ducis

dis del Infantado, qui & Latrea loc. cit. num. 24. & 25. se opponerant, asserendo Dominos vassallorum potestatem non habere leges derogandi in suo territorio: sic respondet Castell. n. 57. contra Acebedum: *Verum resenta prioris sententia, quæ verior videtur, & in practici aliquando obtinui, predictum fundamentum aperte diluitur, quoniam verum est, quod predicti Domini Comites, Duces, & Marchiones, non possunt Constitutioni illi Regia derogare in terris, & dominijs, quæ sunt ipsius Regis, nec in eisdem licentiam, ac auctoritatem ad alienationes concedere, in proprijs tamen dominijs, & oppidis id iure facere potuerunt, nec cum loco Regis habeantur in suis oppidis, ex traditis per Avē. dānam, & Messiam ubi supra decisioni Regia derogare videbuntur, ideo ad alienationem, & hypotecam consentire, & auctoritatem suam interponere rectè possunt, & consequenter alienationes ipsas suo consensu validare.* En doctorem, qui non fuit Iudex alicuius Ducis, sed suæ Maiestatis, contra quem Acebedus obijcere non potest, & veram doctrinam sequens in favorem Dominorum contra Regem protulit: ex quo sequitur, me etiam sine suspitione meam sententiā posse defendere, suam sequendo.

37 Obiectionibus † Bovad. & Acebed. supra relatis in ea parte, in qua dicunt, quod licet Domini aliquando has donationes faciant, sed forasissis, quia non contradicuntur. Multa enim per patientiam tollerantur, quæ si in iudicio redacta fuissent, non tollerantur: respondeo, quod Acebed. non tenuit firmiter contra Avendañum, sed tantum dubitavit, & dixit: quod dubiam apud me est: Et licet hæc doctrina cum cæteris Dominis locum haberet, nō autem cum Duce de Medina: Nam ut supra retuli num. 22. nō fuit ei tolleratum per patientiam, sed potius duæ donationes vassallis factæ in iudicium fuerunt deductæ, & contradicte coram Regio Iudice, qui de causâ cognovit, a quo donationes fuerunt declaratę nullę, & invalidę, appellacionęquę interposita ad Regiam

Cancellariam, in iudicio contradictorio inter Ducissam, & Fiscalem, sententiâ Iudicis inferioris à Superioribus fuit revocata, & executoria expedita, qua ius Ducis salvū remansit, ut possit has donationes facere sine Regis licentia, & tanquam de proprijs bonis, de terris incultis disponere, & donare suis vassallis, & illas in culturam reducere. Ergo nec Acebed. nec cæteri sequaces contra Ducem possunt obijcere tollerantiam, & patientiam, & quod non sit in iudicio deductum.

Cevallos, & D. Ioan. del Castillo 38 invicem inter se pugnabant pro suis opinionibus, sed præcipuè Cevallos ferè limites modestiæ transivit, nam iratus contra Castellum in dicta questione 749. ex num. 47. ad 53. magna acrimonia contra illum insurgit, & suum excessum, quo contra illum loquutus fuit, agnoscens, in modum exculpationis, sic dixit: *Et cum omni cura sit licita, & permissa defensio naturalis, non abs re iudicamus in presenti occasione antequam ad alia divertamus, nostras opiniones defendere, ut unusquisque cognoscat, quomodo sine ratione, & fundamento à predicto adversario carpinur.* Itaque videtur Cevallos contra Castellū viriliter pugnavisse, illa emulatione motus, ac si illius doctrinæ primus inventor fuisset, cum ante illum plurimi tenuerint: quæ fuit confirmata Regali executoria supra relata, alijsque exemplaribus à Castillo traditis loco citat. † 39 cui Doctori credendum est, ut tenet idem Cevallos *communium contra tom. 4. quest. 897. num. 253. & 847.*

Dixit Cevall. de Avenda. † loqui tamquam Iudex Ducis del Infantado. Et hæc obiectio (salva tanti viri pace) potest opponi contra Doct. D. Ioan. Bap. de Larr. qui loquutus fuit tanquam Regalis Patrimonij Filci Patronus, pro cuius defensione allegationē scripsit, & zelo fidelitatis motus contra Dominos vassallorum insurgit: & adversus suam doctrinam fuit iudicatum in Regali Cancellaria † quatenus alle-

gat. 15. num. 26. dixit, ad consuetudinē immemorialem scientiam, & pacientiam Principis esse necessariam; nam l. 2. tit. 15. lib. 4. recop. in qua fundatur, loquitur in acquisitione gabellarum, quæ *Alca valas* dicuntur, in quibus expressis verbis, præscriptio immemorialis est reprobata, ibi: *Ni puedan alegar uso, ni costumbre alguna, ni prescripcion, aunque sea inmemorial.* In nostro vero casu non est exclusa, nec reprobata dicta præscriptio immemorialis: quin potius à DD. admittitur: † & quod non est prohibitum, permittitur in legibus, l. nec non. ff. ex quibus caus. maior. ibi: *Sed se leges non prohibeant: & ibi glos.*

42 Fundat etiam † Larrea suam allegationem in doctrina Acebed. in l. 14. tit. 1. lib. 4. recop. num. 8. sed hæc lex, & doctrina loquuntur, quando Iudex Ecclesiasticus acquirere vult iurisdictionem contra seculares, in quo casu est necessaria scientia, & pacientia Principis: & est ratio nam Ecclesiasticus, si iurisdictionem acquireret contra seculares, privatim acquireret, auferendo Regi supremam Regaliam, quam habet, ut ipse Acebe. explicavit ibi: *Tum quia hoc in casu iurisdictionis acquireretur privati vè per Ecclesiasticos ad Regiam iurisdictionem: Idque cum sit maximum præiudicium, nimirum si scientia illius, cuius iurisdictionis præscribitur, requiratur.* Et est ratio † quia hæc suprema Regalia, nec 44 præscriptio immemoriali acquiri potest, l. 1. tit. 15. lib. 4. recop. ibi: *Pero la jurisdicion Civil, è Criminal suprema, que los Reyes han por mayoria, y poderio Real, que es de la facer, y cumplir donde los otros señores, y Iurces la menguaren, declaramos, que esta no se puede ganar ni prescribir por el dicho tiempo inmemorial.* † Præscriptio vero, per quam secularis acquirat iurisdictionem contra Principem, admittitur ac permittitur ab ipso Principe in l. 1. tit. 15. lib. 4. recop. quia hæc acquisitio iurisdictionis inferioris à seculare acquisita, non tollit Supremam Regis. Et iuxta dictas leges, & alias concordantes possunt magnates acquirere

præscriptione iurisdictiones Civitatum, & Villarum, nescio quare non præscribere possint terras aridas, potestatemque illas donandi, ac licentias ad illas colendas concedendi, prout omnes DD. fatentur. Itaque Larrea non secure fundavit suam doctrinam in relato Acebedi, nam non invenitur similitudo, nec ratio inter illum casum, & nostrum, quem disputamus.

46 Ad fundandam † etiam suam allegationem dictus Larrea, se tuetur doctrina D. Præsidis Covarru. in regul. possessor. in princ. 2. part. num. 8. ad probandum, requiri scientiam, & pacientiam Principis in præscriptione immemoriali: quem vidit in principio numeri, ubi quæstionem proposuit; sed non legit inferius in vers. *Ego verò*, in quo suam sententiam, & opinionem protulit cum distinctione, & dixit, ibi: *Igitur si de constituenda servitute, vel ea tradenda ex consensu constituentis agatur: tunc necessaria est scientia, & pacientia illius ad hanc expressam constitutionem, vel traditionem. At si tractemus de acquirenda servitute per usucapionem, & præscriptionem: tunc quasi possessio illius necessaria est, & hæc acquiritur, & retinetur per usum servitutis, absque scientia illius contra quem præscribitur.* Nec vidit istum 47 Magistrum inferius nu. 10. vers. *Tertio*, ibi: *Tertio, supradicta opinio minime locum obtinet in præscriptione tanti temporis, cuius initium memoria hominum excedit. Nam ubi hæc præscriptio probata fuerit: Non est necessaria scientia illius, contra quem præscribitur.* Ergo hæc doctrina contra suam retorquetur: cum in utroque casu præscriptionis, sive ad constituendam servitutem, seu acquirendam per usucapionem, tempore ordinario; seu per tempus immemoriale, nullatenus requiritur scientia illius contra quem præscribitur.

Pro sua etiam doctrina † refert Ceval. com. contra comm. tom. 1. quæst. 58. & in hac quæstione non invenio, istam materiam tetigisse: ubi eam tractavit est quæst. 45. Sed iste Doctor post relatas

tas sententias aliorum, suam profert contra Larrea num. 6. his verbis: Ex quibus prima opinio communis (de qua supra) est tenenda, quod in præscriptione immemoriali contra privatum, si ve contra Regem, non requiratur scientia, nec patientia eius, cum illa immemorialis habeat vim tituli, & privilegij (ut supra dictum est). Ergo omnes DD. quos Larrea citat in favorem suæ opinionis, illam ex diametro adversantur.

48 Sed do, † quod sit necessaria scientia, & patientia, non est materialiter intelligēda, taliter quod ipsa persona Regia sit conscia illius præscriptionis, & patientiam ferat: nam sufficit scientia suorum Magistratum, & Officialium, & docet D. Covaraub. in dict. reg. posses. 2. part. num. 10. vers. Tertio in princ. ibi: Sed tamen etiam si Principis scientia necessaria sit in præscriptione, vel foret in consuetudine, sufficeret regulariter scientia Magistratum, qui eo loci exerceret nomine Principis iurisdictionem: Et idem tenet Ceval. di. Et. quest. 45. nu. 5. ibi: Et quod etiam si requireretur in alijs rebus, sufficeret scientia Officialium, & Auditorum. Et in nostro casu concurrithæc scientia Auditorum Vallisoletanæ Cancellariæ: ubi in dicta lite de immemoriali consuetudine cognoverūt, & eam approbarunt, & supra dictum est.

49 Iterum Larrea † se tuetur, l. 15. tit. 1. lib. 4. recop. ad scientiam Principis necessariam in præscriptione immemoriali: Quæ lex etiam loquitur de acquirenda iurisdictione à Iudicibus Ecclesiasticis contra Laicos, & concordat cum l. 14. quam supra ex posuimus num. 42. cum doctrina Acebed.

50 Prosequitur eandem materiam, † Larrea num. 33. ubi magis vrget, tenendo, quod Princeps non potest concedere privilegium Dominis, ut suis vassallis hanc licentiam concedant; & sicut non potest per privilegium Principis acquiri, ita nec per consuetudinem immemorialem, quæ vim privilegij habet, ibi: Numquam prædictam facultatem concedere Principem, quia

est de Regalibus, quæ reservata in signum supremæ iurisdictionis sunt, nec posse à Rege avelli: Faciunt verba text. in l. cum servus 39. alias apud Iulianum 40. §. com. stat. de legat. 2. ibi: Sed ea prædia Cesaris, quæ in formam patrimonij redacta sunt, se legentur, nec æstimatio eorum debet præstari, quia commercium eorum nisi iussu Principis, non est, cum distrahi non soleant. Ille doctissimus Confiliarius intendit probare, nunquam Regem concedere facultatem in his Regalibus, quæ reservata sunt in signum supremæ iurisdictionis, & legem quam in comprobationem affert, cōtrarium probat: nam dicit, quod ea prædia, de quibus loquitur, iussu Principis, solent distrahi. Ergo lex loquitur de prædijs quæ cum facultate Principis distrahi possunt, nō autem de Regalibus, quæ reservata sunt in signum supremæ iurisdictionis: & quamvis hæc prædia patrimonialia Cesaris distrahi non soleant, tamen iussu Principis possunt distrahi: Ergo non rectè dixit, nec Principem posse concedere has facultates, nec istam conclusionē probavit cum dicto textu, qui nec loquitur de regalibus reservatis in signum supremæ iurisdictionis, nec dicit ea prædia etiam cum Principis facultate distrahi non posse sed potius dicit: Cum distrahi non soleant nisi iussu Principis: Ergo cū iussu Principis distrahi possunt: & directè probat ista lex contra sententiam istius Doctoris. Ex his omnibus inferetur Larrea non tanquam Doctorem illam allegationem condidisse, sed tanquam Advocatum Fiscalem.

Viriliter enim cum hoc sublimi Doctore pugnavi, sed cum ratione, & auctoritatibus, & Ulpianus in l. inter artifices, ff. de solutio. sic dixit: † Inter artifices longa differentia est, & ingenij, & nature, & doctrina. Et repetito quod dixi de eruditissimo Domino D. Alphonso de Olea lib. 1. discurs. 2. num. 46. vers. Ex iusta verò, sequens Divum Augustinum lib. 3. de Baptismo. cap. 3. sic docentem: † nec nos deterret autho-

veritas cuiuscumque Doctoris etiam sublimis, ut intra illam veritatem non indagemus. Cum enim proposuerim hoc Speculū veræ Jurisprudentiæ componere, maculam in illo admittere non possum.

53 Ex alio etiam capite † excluditur iurisdicção Iudicis delegati, qui has terras vendere præterdit, scilicet, quia in Curijs Matriti celebratis, cap. 18. quinti generis conditionum, in quibus Regnum in Curijs congregatum, pactum fuit appositum inter suam Regiam Maiestatem, & Regnum, ut non possint vendi à Rege prædictæ terræ Baldias, nec Iudices delegatos mittere ad illas vendendas, & mensurandum illas, quas personæ particulares possident; nec petere titulos, quibus vnusquisque illas habet; nec de illis, & annexis, & dependentibus cognoscere: & si quæ delegationes iudicibus fuerint expeditæ, aut expediri iussæ à sua Regia Maiestate, Consilijs, & Tribunalibus, aut alijs quibuscumque iudicibus, suspendantur, & illis vti non possit.

54 Et ista conditio, seu pactum à sua Maiestate fuit acceptatum, & se obligavit, illud observare sua fide verboquè Regio adhibito, & cum obligatione in consciëntia: & de hoc facta est, l. 1. tit. 5. lib. 7. recop. proptèr quam Pareja de vni. vers. instrum. edit. tom. 1. tit. 5. resolut. 10. num. 143. sic ait: Ex quibus omnibus affirmandum est in proposito nostro possessores terrarum, montium, arborum, agrorum, & incultarum nullatenus teneri ad exhibitionem titulorum ex eo, quod per Fiscum, aut alium contendatur de regalibus esse: Hanc enim qualitatam per Regum concessiones, & speciales, & generales amiserunt, & sub dominio Civitatum, Villarum, aut Locorum, vbi sunt sitæ, esse præsumuntur, &c. Et inferius concludit: Quæ conditio in quantum respicit ad editionem titulorum confirmata est per plures res iudicatas in Senatu Regio obtentis ad instantiam possessorum, & ita præficatur. Idem tenet Salcedo ad leg. recop. in l. 4. cap. 20. tit. 14. lib. 3. recop. ex

num. 132. vsque ad 139. cum D. Solorzano.

Alia conditione, & pacto Curiarum † est dispositum, & data facultas, & iurisdicção Supremo Regio Consilio Castellæ in Aula secundæ supplicationis de las mil, y quinientas, quod possit cognoscere de quærellis, quando pacta, & conditiones à sua Regia Maiestate non servantur, ut observare faciat, cum inhibitione omnium Consiliorum, & Tribunalium: qua cautela ego fui usus, & consului, ut Procurator Generalis Regni quærelâ adhiberet nomine Regni in prædicta Aula de contrafactione illius pacti à Rege promissi, ut ea commissio, seu delegatio illi Iudici privato concessa, ut subreptitia recolligeretur, & ea vti non posset: & ita fuit alia Regia schedula expedita, cum causæ cognitione, à Domina Regina subscripta, & firmata; qua derogata fuit prima subdelegationis, ut Iudex in posterum non procederet. Quo huic liti finem imposui, victoriâque fui consequutus contra Larream, Fiscalémque Regium. Et iam cognitum extat, terminum causæ manifestasse meam audaciam, Imperatorémque Zenonem eam approbasse in dict. l. rem non novam, §. Patroni, Cod. de iudic. de qua supra num. 26. Et eventu causæ cognito à Duce, dixit cum Ovidio Tristium lib. 2. egloga 8.

Qualibet eloquio fit bona causæ tuo.

DISCURSUS X.

De Testamentis.

SUMMARIUM.

1. **P**roponitur casus.
2. **C**ontra testamentum exceptiones, & nullitates opponuntur.
3. **T**estamentum non vitatur, quando testis

- tis instrumentalis asserit, eam non fuisse voluntatem testatoris, si tabellio bonæ fama, & opinionis sit.
4. Testamentum non vincitur, etiam si tres testes instrumentales dicant aliter rem processisse: nisi sint quatuor.
5. Tabellio bonæ fama vincit omnes testes testamenti dicentes non ita rem processisse, sicut in scripta est: secus vero si non est bonæ fama de iure Castella.
6. Doctrina Alvari Velasc. refertur in comprobationem.
7. Testis unus dicens de dementia testatoris non viciat testamentum.
8. Testi uno si crederetur contra testamentum deponenti, facile esset destruere testamentum solemniter factum.
9. Comprobatur doctrina Cyriachi.
10. Testamentum non valere ad interrogationem factum videtur probari ex l. iubemus, Cod. de testam.
11. Testator manus propria debet scribere heredem, aut voce manifestare, tam in testamento scripto, quam nuncupato.
12. Non valere testamentum ad interrogationem factum videtur probari ex l. heredes palam, ff. de testam.
13. Probatur ex iure Castelle.
14. Probatur alia lege, iuris communis.
15. Probatur etiam ex lege hac conlultissima, §. at cum humana fragilitas, Cod. qui testamentum facere possunt.
16. Testamentum ordinatum ab herede non valet, etiam si testator ad interrogationem respondisset sic.
17. Institutio heredis facta à testatore maxima infirmitate gra uato, non valet, si nutu, signis, aut capite heredem demonstrat.
18. Testamentum non valet, quando tabellio fuit adhibitus ab herede, licet ad interrogationem Notarij testator respondeat sic; nã suggestio presumitur.
19. Testamentum factum à Notario de ordine testatoris non valet, etsi postea coram ipso, & testibus tabellio legerit, & interrogaverit an ita vellet, & respondeat quod sic.
20. Testamentum ad interrogationem factum valet, quando est institutus, qui successurus erat ab intestato; secus autem quando fuit institutus extraneus non successurus ab intestato.
21. Testamentum non valet, quando heres institutus vocavit testes.
22. Testamentum non valet quando testator interrogatus modo in hanc, modo in alteram partem se vertit.
23. Testamentum imperfectum ratione voluntatis non suslinetur, etiam quoad perfecte disposita.
24. Quod extenditur, etiam si heredibus institutis, aliquod legatum vellet facere testator, & non potuit morte preventus.
25. Testamentum imperfectum ratione voluntatis non valet, etiam quoad perfecte disposita inter liberos, & ad piam causam.
26. Non obstantibus hijs argumentis contrarijs, Author defendit testamentum, & institutionem heredis esse validam.
27. Testamentum factum ad interrogationem tabellionis valet, quando testator respondet, quod sic.
28. In testamentis proximitas mortis non est attendenda; sed mentis sanitas, & clara voluntas testandi.
29. Testamentum valet conditum à Notario bonæ opinionis, etiam si non sit vocatus de mandato testatoris.
30. Heredis institutio valet, quamvis sit facta ad interrogationem Notarij expresse nominantis personam heredis.
31. Heredis institutio valet facta à testatore sanæ mentis, si scriptura ante eum sit lecta, & respondeat quod sic; etiam si non constet testatorem Notario nomen heredis dixisse.
32. Heredis institutio valet, etiam si constet heredem rogavisse testatorem, ut illum heredem instituere.
33. Comprobatur autoritate Gratiani.
34. Iterum comprobatur autoritate Castell.

35. Argumentis contrarijs primò, secundo,
& tertio respondetur.
36. Quarto argumento respondetur, &
omnibus argumentis vsque ad n. 43.
44. Voluntas testatoris præsumitur com-
pleta, & absoluta. & quod testator
nihil ultra voluerit disponere, nisi
contrarium probetur concludendo per
necessè.
45. Herede iam nominato in testamento
valet institutio, etiam si legata vel-
let disponere testator, & morte præ-
ventus non posset.
46. Author apes imitando suum librum
confecit, vt docuit Seneca.
47. Author non suum opus extendit prop-
ter rationes, quas refert.

DISCVRSVS X.

De Testamentis.

AN VALEAT TESTA-
mentum nuncupativum, in
quo testator proprio ore, & vo-
ce, nomen heredis non expressit,
nec manu sua scripsit: sed ad
interrogationē tabellionis res-
pondit, sic?

Mulier infirmitate gravata † vo-
luit condere suum testamētū;
& maritus Tabellione adhibito in cu-
biculo distanti à testatrice eius vlti-
mum elogium disposuit, instituendo
se ipsum heredem iuxta mulieris vo-
luntatem, quam Tabellioni declara-
verat; scriptoque iam testamento co-
ram testibus rogatis, alijsque pluribus
ibi existentibus, Tabellio testatrici
legit illud, in quo eius vir erat heres
institutus, & interrogavit dictæ testa-
trici: an illa esset sua voluntas, cui in-
terrogationi respondit, sic, & iterum
interrogavit, an vellet, vt vnus testis
pro illa subscriberet, quia ipsa scribe-
re nesciebat, & iterum respondit, sic.

Quæstio fuit mota inter heredes ab-
intestato, & maritum heredem institu-
tum: an istud testamentum valeret,
institutiōque heredis in iplo facta.

Primum, † opponebatur contra 2
scripturam prædicti testamenti, quod
aliqui ex testibus testamentarijs in in-
dicio examinati, cū aliqua varietate,
& non omnimoda contestatione res-
ponderunt circa aliquas circumstan-
tias ipsius conditi testamenti; ex qui-
bus heredes ab intestato vires assume-
bant contra testamentum, illud de
falso redarguēdo: qua de causa, prius
venit exagitandum de viribus scrip-
turæ: in qua quæstione, licet varia à
partibus dicta fuissent, circa contesta-
tionem testium in partibus substantia-
libus; & quod in accidentalibus con-
sisteret varietas, quæ non vitiat dispo-
sitionem: sine veri præiudicio, suppo-
namus, quod aliquis testis instu-
mentalis dixisset, & cum iuramento in
iudicio contradictorio deposuisset cō-
tra testamentum, asserens eam nō fuisse
voluntatem testatoris; quid ergo in
hoc casu faciendū sit? † In qua quæ- 3
stione indubitatè tenendum est, scrip-
turæ esse plenam fidem adhibendam,
si Tabellio bonæ famæ, & opinionis
sit, etiam si testes inter se varij, vel cō-
trarij sint, & testamentum, heredisque
institutiōnē aliquis contradicat, text.
in l. cum precibus 18. Cod. de probat. text.
in authent. de instru. cautela, & fide, §. si
verò tale, vbi glos. verbo cum iure iuran-
do, quæ tenet, † quatuor testes vince-
re instrumentum, qui dicent aliter 4
rem processisse, quam scriptum sit; non
autem tres: text. expressus in l. 115. tit.
18. part. 3. ibi: E los testigos que en ella
estubiesen escritos dixessen, que no se acer-
taron y quando el pleyto fue puesto, ni orog-
gado de las partes así. como es escrito en
ella: estonce decimos, que si el Escriuano es
de buena fama, è fallaron en la nota, que es
escrita en el registro, que acuerda con la
carta, que debe ser creído el Escriuano, è nō
los testigos, è debe valer la carta. † Itaque 5
quamvis omnes testes testamenti con-
tra

tra testamentum deposuissent, credē-
di non sunt, sed potius Tabellio, eiuf-
que scriptura, & quamvis d. l. in fine,
alium casum proponit, scilicet: que si
el Escriuano no fueße de buena fama, y los
testigos fueßen homes buenos, que entonces
acordandose todos los testigos de la carta en
vno, deben ser ellos creidos, è non el Escri-
uano. Sed hoc in nostro casu non con-
currit, nam Tabellio non est malæ fa-
mæ, & opinionis, quin potius bona pro
ipso probata fuit, & omnes testes, nec
aliquis eorum contra instrumentum
testificatus est, & ideo scripturæ fides
est adhibenda.

6 In terminis testamenti, † quod non
possit præiudicare contradicatio vnus,
nec duorum testium, nec tollere fidē,
fundant Alvar Velas. *consult.* 183. *num.*
final. Borrel. *in summa decis.* tom. 2. *tit.*
18. *num.* 59. Giurb. *conf.* 78. *nu.* 10. Surd.
conf. 414. *num.* 49. & 76. Rota apud Fa-
rinac. *part.* 2. *recent. decis.* 323. *nu.* 3. apud
Seraphin. *decis.* 675. *n.* 1. Castillo *lib.* 4.
controvers. cap. 27. *num.* 10. ibi: Subiicit
etiam, & pro certa eiusdem materiæ conclu-
sione, quod testis vnus contradicens testa-
mento, non facit illud vacillare, quando in
contrarium deponunt alij testes, & citat
Menoch Surd. & alios multos, indeque in-
fert † dictum vnus testis de dementia, non
facere vacillare testamentū, quando de mē-
datio con vincitur ab alijs, quam vis vnus
testis testamento contradicens, id soleat effi-
cere, vt latius ibi.

8 Reddit rationem Cyriacus † *con-*
trovers. 407. *num.* 243. ibi: Ne igitur re-
sultent absurda, de quibus per Iason *conf.*
124. *sub nu.* 16. *volum.* 1. & Velasco *con-*
sult. 103. *sub num.* 3. & 4. & Surd. *conf.*
378. *sub nu.* 21. de quibus etiam dicam in-
fra *num.* 269. Quod sit in facultate vnus
testis, vel data opera, vel oscitantiam de-
struendi testamentum solemniter factum
cum possint, & debeant testes qui non in-
telligunt, de hoc admonere Notarium, &
testatorem, & etiam vbi opus sit recedere,
vt considerat Surd. *diēt.* *conf.* 378. *nu.* 11.

9 Et *num.* 279. referens † *conf.* Alcia-
ti, sic ait: Considerandum est igitur, quod

si vera essent tradita per Alciat. in *diēt.*
conf. 599. quod alias est *conf.* 124. *lib.* 4. &
per alios cum eo, nempe, quod vbi vnus te-
stis ex numerarijs contradicit instrumento,
illud fide careat, etiam si comprobetur ab
alijs de necessarijs in eo descriptis, nisi quo-
adiubetur per alios non numerarios, maxi-
mum sequeretur absurdum, quod vnus de-
ploratus testis forte præcio redemptus posset
addimere magnas hereditates heredibus
scriptis sine vlllo remedio, argum. *textus in*
cap. quia, *verb.* simile 10. *in fin.* de *pre-*
sumpt. cum vt plurimum testamenta con-
dantur remotis alijs arbitris, & solis adhi-
bitis testibus necessarijs, de quo, & alijs
absurdis dixi etiam supra *nu.* 243. Ex his
omnibus satis liquet testamentum ex
hac parte non claudicare, nec heredē
periclitari, vt fuit iudicatum in Regia
Cancellaria Vallisoleti. Ad principa-
lem ergo quæstionem accedamus, i. ci-
licet: An per interrogationem Tabel-
lionis possit heres institui.

Pro parte negativa, quod non pos-
sit per interrogationem, & responsio-
nem heres institui: sed esse necessa-
rium, quod testator manu propria no-
men heredis scribat, vel ore, & voce
sua exprimat heredem probat text.
expressus in l. *Iubemus* 19. *Cod. de testam.*
cuius verba sunt hæc: *Iubemus omninò*
testatorem, si vires habeat ad scribendum
nomen heredis, vel heredum in sua sub-
scriptione, vel in quacūque parte testa-
menti ponere: vt sit manifestum secundum
illius voluntatē hereditatē esse transmissā.
Si autem forsitā ex morbi acerbitate, vel
litterarum imperitia, hoc facere minimè po-
tuerit: testibus testamenti presentibus no-
mien, vel nomina heredis, vel heredum ab
eo nuncupari: vt omnimodo sciant testes,
qui sunt scripti heredes, & ita heredis certo
nomine successio procedat. Si enim talis est
testator, qui neque scribere, neque articulatē
loqui potest, mortuo similis est. & falsitas
in elogijs committitur. Et paulò inferius.
Quod si non fuerit obseruatum, & nomen
heredis, vel heredum non fuerit manu testa-
toris scriptum, vel voce, coram testibus nū-
cupatum, hoc testamentum stare minimè

parimur. Et inferius: Oportet enim omnimodo, vel ex litteris testatoris, vel ex voce quidem testatoris, nomina manifestari heredum. Quemadmodum enim in elogio, quod sine scriptura conficitur, necesse est testatorem voce exprimere nomen, vel nomina heredum; ita, & in testamentis per scripturam conficiendis, cum ipse testator manu sua scribere heredes, vel noluerit, vel minimè potuerit, voce tamen eius eos manifestari oportet.

11 Itaque ꝑ ex dispositione huius leg. est necessarium, quod testator ipse manu sua scribat heredem, aut voce manifestet: & hoc locum habet, tam in testamento scripto, quam in nuncupativo, ut tenet ibi glol. verbo quemadmodum, ibi: Nota regulam, ut que servantur in vno servantur in alio: in qua nulla videtur admitti interpretatio.

12 Secundò probatur ꝑ ex simili expresso textu in l. heredes palam 21. ff. de testamen. ibi: Heredes palam ita ut exaudiri possint nuncupandi sunt. Licebit ergo testatori heredes, vel nuncupare, vel scribere. Sed si nuncupat, palam debet nuncupare. Quid est palam? Non utique in publicum, sed ut exaudiri possit: exaudiri autem nõ ab omnibus, sed à testibus septem: & si plures fuerint testes adhibiti, sufficit solemnem numerum exaudire.

13 Tertio probatur ꝑ de iure Castellæ, l. 6. tit. 3. part. 6. ibi: Ciertamente debe eñ facedor del testamento nombrar a quel, que quiere establecer por su heredero, diciendo fulano quiero que sea mio heredero, nombrandole por su nombre. Ex quibus clarè deducitur testamentum in quo mulier non expressit nomen heredis proprio nomine, sed tantum ad interrogationem respondit, sic, non esse validum: institutionemque heredis non esse sustinendam.

14 Quarto probatur ꝑ ex text. in l. 1. §. in causa, vers. qui questionem ff. de questionib. vbi habetur, quod conf. ffio, & voluntas alicuius nõ dicitur propria, nec perfecta, & libera, quando ad interrogationem respondet.

Quintò confirmatur, ꝑ l. Hac consul- 15
tissima, §. At cum humana fragilitas, Cod. qui testam. facer. poss. Vbi disponitur, quod si testator alicui suam voluntatem, & dispositionem declaravit, ut eam scriberet, & postea illa scriptura, lecta fuerit coram testatore, & testibus, & testator assentiat, & dixerit sic, valet testamentum: ergo in hoc casu in quo non probatur, quod mulier dixerit Tabellioni, nec alteri nomen heredis, & qui Tabellioni dixit, ut scriberet fuit ipse maritus heres institutus, non videtur sufficere lecturam testamenti à Tabellione factam, nec quod mulier ad interrogationem respondisset sic.

16 Sextò comprobatur, ꝑ nam, ut fertur, testatrix erat infirmitate oppressa, & maritus testamentum ordinavit, ipseque se heredem scribere fecit privatè in alijs cubiculis distantibus à lectulo infirmæ, in quo casu etiam si testatrix ad interrogationem repondisset sic suggestio, & importunitas magis videtur, quam heredis institutio libera: ita in terminis tenet Flores Diaz de Mena var. lib. 1. quest. 1. n. 47. ibi: Tertia declaratio, si testator sit maxima oppressus infirmitate, & persona suspecta privatè testamentum ordinaverint: tunc si ad petitionem suggestionem, & importunitatem eorum responderit, quod, sic, etiam si loquatur, & iudicium habeat, nullum est testamentum. Et in num. 52. Octava conclusio, si testator maxima gravetur infirmitate, & vxor aut alia persona suspecta maximis precibus, & importunitatibus eum rogarint: etiam si loquatur ordinatè, & habeat plenitudinem intellectus, si ipse nihil eorum quæ scripta sunt ordinaverit, non valet testamentum.

Septimò, ꝑ institutio heredis est **17**
nulla quando infirmus maxima gravatur infirmitate, & loqui articulatè non potest, taliter, quod benè intelligatur: & instituere heredem non potest, etiam si nutu, signis, aut capite heredem demonstrat; sed necessarium est, quod nomina heredum viva voce exprima-
tur,

tur, vel manu propria testatoris scribantur, vt tenet D. Ioan. del Castillo lib. 4. *controverf. cap. 27. num. 20.* & pro hac doctrina plurimos Doctores refert, & tam in foro, quàm in scholis affirmat hanc esse communem opinionem, & *num. 21.* postquam retulit, & ponderavit verba dictæ leg. iubemus, C. de testam. & legis paritæ, sic ait: Sic enim aperte deducitur, testatorem nominare suo ore, vel sua manu heredis nomen scribere, idè constitutum est, vt falsitas, quæ in testamentis committi solet, quantum fieri potest evitetur.

18 Octavò, † vt etiam fertur in præfenti casu, Tabellio fuit à marito adhibitus, & licèt ad interrogationem Notarij mulier respõdisset, suggestio, & fraus præsumitur, etiam si testator sanè mentis fuisset, & articulatè loqueretur: omnia mirificè comprehendit Hippolit. Riminald. relatus à Castillo vbi supra num. 64. qui sic dixit: Non tamen valere, etiam quod testator sane mentis esset, & articulatè loqueretur, si instituti fuerunt heredes, qui dicta verunt, quamvis ad interrogationem Notarij factum fuisset, quia tunc fraus & suggestio præsumitur, vt etiam cum Tabellio fuit ab herede adhibitus.

19 Nonò, vtilius † quod considerari potest in favorè mariti est, quod iussu vxoris testamentum ordinaverit, & postea coram ipsa, & testibus Tabellio, lecto tali testamento, interrogaverit, an ita vellet, & vxor respondisset quod sic: & nihilominus non valet talis institutio, vt tenet in terminis Castillo dict. cap. 27. num. 72. qui postquam explicavit sententiam glos. in dict. l. iubemus, Cod. de testam. sic ait: Sed si quis iussu testatoris testamentum aliquod ordinaverit, atque scripserit, & postea coram ipso, & etiam coram testibus lecto tali testamento, interroget testatorem, an ita vellet, & testator respondeat quod sic, tale testamentum nihil penitus valebit.

20 Decimò, † debet considerari, quis heres in hoc testamento sit institutus, an extraneus, vel an ille, qui successu-

rus erat ab intestato: nã si iste talis sit institutus, optimè valet hæc institutio facta per interrogationem; secus autè quando fuit institutus extraneus non successurus ab intestato, vt in nostro casu: hanc distinctionem tenet Acced. in l. 1. tit. 4. lib. 5. *recop. num. 163.*

Vndecimò, † fortè dicebatur, maritum testes vocavisse, & duxisse in cubiculum testatrix: in quo casu præsumitur suggestio, vt dixit Bolognet. in l. 1. §. si quis ita de verb. obligat. n. 54.

Duodecimò, † accidit in nostro casu, quod quando mulieri legebatur testamentum manus excruciat, & genuit, & ad parietem fuit versa: in quo casu non valet testamentum, vt satis eruditè docet Castillo dict. cap. 27. num. 67. ibi: Idquè indubitatè magis procederet, quando testator interrogatus, modò in hanc, modò in alteram partem lecti, in quo moribundus iacebat, se verteret, & ostenderet agrè ferre, quod in ea perturbatione agritudine, & anxietate, de his molestiis afficeretur; tunc namquè non valeret testamentum ad alterius interrogationem conditum; prore respondit in specie Castrensis in cons. 156. viso puncto columna prima, & 2. lib. 1. & Castrensè ita sunt interpretati Alex. Socinus senior, & Cornueus, cum quibus Menochius, dict. cons. 43. num. 18. lib. 1. vbi citat Cornueum in cons. 1. num. 3. *vers. Item plures testes, lib. 4. dum respondit testamentum confectum à testatore interrogato, non valuisse, cum his præmolestis, & agritudine aliquando interrogatus responderet, aliquando terga vertendo taceret.*

Decimotertio, † non solum ex omnibus supra dictis heredis institutio corrui, sed etiam quia testamentum fuit imperfectum ratione voluntatis: nam testatrix nondum testamentum perfecit: siquidem demonstravit voluntatem, postquam testamentum fuit lectum, legandi aliquam quantitatem Didaco cognato suo; & nondum fuit legatum scriptum in testamento; & quando testamentum est imperfectum ratione voluntatis non completa, non

utique sustinetur, etiam quo ad perfectè disposita textus expressus in *l. si quis cum testamentum* 25. ff. de testam. ibi: *Si quis cum testamentum faceret heredibus primis nuncupatis, priusquam secundos exprimeret heredes obmutuisset: magis cœpisse eum testamentum facere, quam fecisse Varus digestorum lib. 1. Ser viam respondisse scripsit: Itaque primos heredes ex eo testamento non futuros.*

44 Decimoquartò † comprobatur ex interpretatione, quam affert in dict. *l. si quis cum testamentum*, Castillo lib. 4. cap. 21. num. 5. ubi extendit dictam *l. non tantum*, quando testator ultra voluit procedere ad alios heredes instituendos, sed etiam per modum legandi, ibi: *Sed, & communiter intelligunt, atque reducunt textum in d. l. si quis cum testamentum, ad eum sensum, ut testamentum imperfectum ratione voluntatis dicatur, & nihil valet, si probetur, testatorem ultra voluisse procedere, etiam per modum legandi.*

45 Decimoquintò, † quod ad eò verū est, ut perfectè disposita inter liberos, & ad piam causam nō valeant, ut tradit idem Castillo d. cap. 21. num. 22. ibi: *Superiora autem quod scilicet testamentum imperfectum ratione voluntatis non valeat, etiam favore piæ causæ, vel liberorum usque ad eò vera sunt, ut procedant etiam quando dispositio testatoris perfectæ est respectu piæ causæ, vel liberorum, licet imperfecta sit quo ad reliqua; & consequenter, voluntatem testatoris non sustinendam quo ad perfectè disposita quo ad piam causam, vel liberos, si respectu aliorum imperfecta sit: quamvis non appareat, quod testator circa piam causam, vel liberos voluerit ultra aliud disponere, quā quod disposuit, sed ad alia transferit, & morte, aut furare præventus non potuerit testamentum perficere: quoniam adhuc militat ratio prædicta actus indivisibili testandi, & ultimi puncti indivisibilis tenuerunt maiori ex parte, & ferè omnes. In hac materia nullos refero præter Castellū, quia superfluum esset, cum eo citato possint pluri in eo videri.*

His ergo iactis obiectionibus, † quæ 26 pro heredibus ab intestato poterant moveri, licet in lite non omnes fuerint motæ; ad fundandam defensionem mariti heredis instituti aliqua in factio, ut certa, sunt supponenda: primum, quod testatrix Tabellioni suam voluntatem explicavit expressis verbis, nomen, & cognomen sui mariti proprio ore nuncupando, ut ita testamentum ordinaret, & heredem scriberet, quæ omninò est dispositio legis iubemus, *C. de testam. & l. heredem palam*, ff. de testam. & reliquarum autoritatu, de quibus supra: cum heredem palam nuncupaverit. Sed nihilominus quæstio Princeps, scilicet an valeat testamentum, & heredis institutio in eo facta, ad interrogationem, est disputanda. Hanc quæstionem latè discussit Castillo lib. 4. dict. cap. 27. & iterum eam suscitavit lib. 5. cap. 73. quibus in locis varias Doctorum sententias refert, quas longum esset recensere; illic enim ad saturitatem invenies, quando casus occurrerit: & quatenus ad nostrum attinet institutum, sufficit scire omnes DD. approbare sententiam glos. in dict. *l. iubemus*, *Cod. de testam.* † quæ tenet testamentū 27 factum ad interrogationem Tabellionis valere, quando testator responderet quod sic. Tunc namque nominare videtur heredem: quoniam paria sunt ore proprio, vel alieno, ex proprio contentu, & voluntate loqui, & heredem nominare, dum tamen articulatè, & explicitè testator interrogatus respondet, & sit sanæ mentis, & intellectus: præsertim si præcesserit aperta, & clara voluntas testandi, & aliquo tempore supervivat: quamvis Castillo ab hac ultima qualitate recedat, ubi dixit: † *Neque enim mortis proximitas attendenda est, quin magis consideretur mentis sanitas, & clara voluntas testandi. Et ideo in extremo vitæ, & in articulo mortis facta testamenta valent, licet balbucendo testator loquatur, modo sana mentis sit, & intelligibiliter verba proferat. Et in nostro casu constitit, testatricem*

Tabellioni iussisse condere testamen-
tum, in eoquè scribere heredem virū
suum proprio nomine, & cognomine
nominando; & sanæ mentis fuisse, quā-
do illi testamentum à Notario fuit le-
ctum: & aliqua interrogasse, & dubi-
tasse: & per sex horas supervixisse,
post conditum testamentum: & eius
thenorem alijs recitavisse, illis dicen-
do suum maritum heredem instituisse:
quibus coniecturis prælibatis venit
doctrina Thesauri, quem refert Cas-
tillio dict. cap. 73. *vers. Tandem*, ibi: *Primi-
mus casus est, quando Notarius scripsit de
mandato testatoris testamentum, & de hoc
constat, facta lectura coram testibus à No-
tario, vel etiam ab alio, & lecto testamen-
to, interrogatur testator, an velit testari,
pro ut in scriptura, & respondet, quod sic,
coram legitimo numero testium, & tunc
absque dubio valet testamentum, licet ad
interrogationem factum, si testator sanæ
mentis existeret, & articulatè loqueretur,
& responderet, etiam si in extremo vita ar-
ticulo versaretur. Et iuxta suam doctri-
nam testatur Senatū Hispalensem
de finisse in lite à se relata in dicto cap
73. *vers. Nihilominus prope finem.**

29 Sed adhuc videtur fuisse dubitatū
in facto, † an Notarius fuisset voca-
tus de mandato vxoris: & quamvis
ut certissimum constet, illam eum vo-
cavisse, tanquam cognitum, & cognā-
tum: etiam in terminis huius dubij
moti ab ipso Castillo d cap. 73. §. *secun-
dus casus vers. Aut supponit valet testa-
mentū*, ibi: *At tamen si aliunde, & cla-
rè probaretur testatorem sanæ, & integræ
mentis fuisse, & ad interrogata articulatè,
ac ita, ut cognosceretur esse sanæ mentis res-
pondisse, & testamentum à Notario inte-
gre lectum, eumque integræ opinionis, &
sanæ existere: tunc proculdubio poterit
hæc omnia urgerent, ut testamentum vale-
re deberet, quam præsumpta illa interessato-
rem vocatio, & suggestio: Quod ex his de-
ducitur e videnter, & iuridice, quæ supra
cap. 27. latius ego explana vi. Et ita nihil
obstat hoc dubium.*

Valde fuit controversum in facto, † 30
an Notarius ante quam scriberet tes-
tamentum interrogasset testatricem,
an vellet maritum suum instituire he-
redem, & respondisset quod sic: vel an
generalitèr, & sine expressione perso-
næ interrogasset, quem vellet heredè
facere: nam suggestio arguebatur in
Notario, ex eo, quod nomen maritū
proponeret, & interrogaret: & quam-
vis ex processu constabat, Notarium
generalitèr quæsisisse, quem vellet
heredem instituire: etiam in casu quo
de persona mariti interrogasset, valida
erat heredis institutio, ut tenet Casti-
llo dict. cap. 75. *vers. Tertius casus*, ibi: *Ter-
tius casus est, quando nulla præcedēte scrip-
tura, Notarius interrogat testatorem, quæ
habet animum testandi, explorata illius vo-
luntate an vellet, Titium heredè facere, &
ipse respondit, quod sic, & statim Notarius
scripsit testamentum, cum institutione he-
redis, iuxta illam responsionem, & hic est
casus, de quo simpliciter loquitur glos. in di
leg. iubemus, quæ voluit tale testamentum
valere, & procedit communis opinio, quæ
est pro validitate testamenti.*

Rursus objiciebatur, † insistendo, 31
quod maritus institutionem heredis
Notario dictavisset, & non constitisset
de iussu mulieris: ideoque non vale-
re, etiam si postea testamentum coram
testatrice à Notario legeretur: quod
est argumentum octavum in contra-
rium supra adductum num. 15. sed huic
obiectioni respondet Castillo dicto
cap. 73. *vers. Quartus casus*, nihil obesse,
ibi: *Quartus casus est, quando constat
scripturam, esse factam manu alterius, non
constito de ordinatione testatoris, & illa
scriptura recitatur per Notarium ante testa-
torem, infirmitate detentum, licet sanæ mē-
te existentem, quia ad omnia interrogata
responderet. Et tunc non modo di versas, sed
etiam contrarias sententias commemorat
Ant. Thesaur. lib. 2. dict. quæst. 99. n. 17.
& 18. sed in eam videtur magis inclinare
sententiam, quod si testator sanæ mentis
fuerit, licet gravi infirmitate gravatus, &*

mortis proximus, & articulatè loquatur, & respondeat ad omnia, constatque, testandi præordinatam voluntatem habuisse: tunc equidem quod valeat testamentum. Et cum testatrix præordinasset suam voluntatem, eam Notario explicando, vt dictum est, non est dubium, quod valeat testamentum. Et in hoc sensu sit intelligenda dicta iubemus, & ceteræ leg. & authoritates superius relatæ, & omnibus his difficultatibus satisfacit Castillo d. cap. 73. vers. Quod verò attinet, ibi: Si quis non à testatore requisitus, sed vel informatus de eius voluntate, vel cogitans, quo pacto de rebus suis prudenter is testari, ac disponere possit, atque deberet, eidem testamentum testibus presentibus legit, & eum interrogat, an velit ita testari, ipse vero respondit, se ita velle testari, vtrū valeat testamentum huiusmodi, & refert Albert. Papien. & sequatim sententiam negatiuam, quod testamentum non valeat, excitaturque eadem, qua ego met ipse dict. cap. 27. adductus sum ratione, quod licet nonnulla leges, & interpretum doctrinæ quas ibi refert, loquantur, cum præcessit testatoris iussus, & declaratio voluntatis suæ, quod scilicet volebat testari: tamen eadem est ratio, & in ea specie, de qua agitur, quia cum legitur testamentum, & audit omnia, potest si velit, consentire, vel dissentire, & suam voluntatem tunc declarare, quare si consentiat, & approbet ipsam scripturam testamenti, iam manifesta est eius voluntas, perinde ac si ab initio mandasset, testamentum scribi, & suam apperisset voluntatem. Itaque iam non est curandum, an Notarius scripserit testamentum, heredisque nomen de mandato testatrix, aut si maritus dictauerit, aut si Notarius pro se fecit institutionem, præsumendo eam fuisse voluntatem testatrix, nam quidquid sit: constat ex dictis, institutionem esse validam, cum lectum fuerit testamentum à Notario ipsi testatrix, presentibus testibus, & illi interrogavit, an esset illa sua voluntas, & respondit quod sic: articulatè, & explicitè respondendo sa-

na mente, & intellectu.

In terminis † quod etiam si maritus 32
rogasset mulierem, vt illum heredem institueret, sit valida institutio ad præces facta, inuenio mirabile consilium Menoch. 45. nam. 7. vbi sic dixit: Et in casu fortiori Alciat. respons. 534. gra viter respondit, testamentum conditum à marito interrogante vxore, qua se heredem fieri cura verat, & qua voluntatem testatoris ita esse scripserat, dicebatq; marite mi dic, vt ego dicam, & singula verba vxor recitabat, & vir illa repeiebat. Quanto fortius ergo in nostro casu valere debet? Quæ verba similiter repeto: Quanto fortius in nostro casu valere debet? cum maritus non interrogauisset suam vxorem, nec verba diceret, quæ illa erat respon-
sura.

Gratian. discept. forent. tom. 4. cap. 659. 33
num. 11. tenet, testamentum ad interrogationem alterius valere, etiam si Notarius non interrogauerit, & licet non constet testatorem condere testamentum voluisse, & quamvis ipse maritus interrogasset.

Clave aurea hanc questionem do- 34
ctissimè claudit dict. Castillo d. cap. 73. vers. Nihilominus in medio, qui his verbis suam concludit sententiam: Et verè quando testator habuit faciendū testamentum animum, & omnino erat sanæ mentis, liberumque, & integrum iudicium habebat, valere debet testamentum, ad alterius interrogationem factum, nec præsumitur suggestio, aut falsitas, etiam si infirmitas grauis esset, & in extremis laboraret, dummodo (vt dixi) sanæ mentis esset, & articulatè loqueretur: & articulatè loqui dicitur, quando respondet per verbum sic, & non interest, quod interrogatio fiat à Notario, vel etiam ab alia persona suspecta, herede puta, legatario, aut simili; quia si testator est omnino sanæ mentis, plenumque, & integrum iudicium retinet, interroganti etiam suspecto respondere, vel non respondere potest, & si respondeat, libere respondisse, credendum est, pro vt hæc omnia, eisdem in locis notavi. Quid ergo clarius

rius desideras? & in hoc loco se ipsum explicat in his, quæ dixit in cap. 27. quæ pro contraria parte adduxi in 8. & 9. argumento, quæ hic diluuntur.

35 Restat ¶ nunc, vt argumentis in contrarium adductis respondeamus: & nõ obstat primam, secundam, & tertiam, nam leges, quæ in illis adhibentur, loquuntur quando non præcessit interrogatio ab aliqua persona testatori facta, vt supra remanet probatum cum doctrina gløf. in d. l. iubemus. Cod. de testam. quas DD. vniformitèr sequuntur, & ibi Gregor. Lopez gløf. dixendo, & præter relatos idem tenet Ant. Gomez in l. 3. Tauri num. 109. in fine, ibi: Non obstat textus in d. l. iubemus, Cod. de testam. quia debet intelligi, quando non præcessit interrogatio alicuius. Et idem respondit dicta l. heredes palam. ff. de testam. & l. 6. tit. 3. part. 6.

36 Minus obstat ¶ quartum argumentum desumptum ex l. 1. §. in causa vers. Qui questionem. ff. de quest. nam loquitur in criminalibus, & tortura, vbi metu tormentorum multoties confitetur quis contra se, quod nunquam fecit, & sic in illo casu non sufficit, quod Reus respondeat sic: si Index interrogasset, interfecisti hominem? & potius esset suggestio, à Iudice evitanda.

37 Ad quintum respondetur, ¶ legem hac consultissima, §. ac cum humana fragilitas, Cod. qui testamenta facere possunt, loqui, & procedere in testamento cæci, in quo plura sunt specialia propter defectum vius, vt resoluit Ant. Gomez loco citat.

38 Sextum argumentum, ¶ fundatum in auctoritate Flores Diaz de Mena, non vrget, nam loquitur, quando intervenit suggestio, & dolus in testamento condendo: qui in nostro casu non fuit inventus.

39 Septimum argumentum ¶ fundatū in auctoritate Castell. non nocet, nam ibi loquitur, referens auctoritates aliorum DD. qui contrariam sententiam tenebant, quos postea ipse repro-

bavit in dict. cap. 27. & plenius in dict. cap. 73. locis supra relatis.

40 Odavo, & nono argumento, ¶ iam supra fuit responsum num. 29. & 30.

41 Ad decimum argumentum, ¶ desumptum ex auctoritate Acebed. respondit D. Ioan. del Castell. dict. lib. 4. cap. 27. num. 82. ibi: Verè tamen Acebed. ipse errore manifesto labitur.

42 Authoritas Bologneti, ¶ in vndecimo argumento relatâ, loquitur, quando intervenit dolus, & suggestio. Et iste Doctor est vnus ex antiquioribus, quos reprobât Castell. dict. cap. 27. n. 55. quando nulla suspicio adest in testamento conficiendo, nec probari potest, vt tenet nam. 56.

43 Duodecimum argumentum ¶ non habet locum in nostro casu: quando mulier gemuit, & ad parietem fuit versa, nam vitra quod vnus testis singularis de hoc actu deposuit, & iste non asseruit testatricem illud fecisse, quando legebatur institutio heredis, sed quando interrogavit, & dixit, an legatum aliquod factum fuisset Didaco consanguineo sup: & quando responsum ei fuit datum, illum legato non egere, quia maioratum possidebat, mulier acquieuit: & ita non habet locum auctoritas Cephal. in contrariâ alata. Quo responso remanet satisfactum decimum tertium argumentum fundatum in imperfectione testamenti, rationi voluntatis, eo quod testatrix vellet ad legatū procedere, nam iam constat testatricem acquievisse, & noluisse, re melius considerata, dicto Didaco legatum relinquere.

44 Et voluntas præsumitur completa, & absoluta, & quod testator nihil vitra voluerit disponere, nisi contrariū probetur, concludendo per necesse d. l. si is qui testamentum, ff. de testament. ibi: Labeo tamen hoc verum esse existimat, si constasset voluisse alios heredes pronuntiare, Gratian. cap. 50. num. 53. qui multos refert, Ant. Gom. in l. 3. Tauri num. 105. Guzm. de verita. iur. verit. 15.

45 num. 23. † qui tenet, quod herede iam nominato in testamento, si legata vellet disponere, & morte præventus non posset: heredis institutio facta teneret: ibi à num. 24. & seqq. quo supposito nõ habent locum doctrinæ argumentorũ 14. & 15. Et ex his omnibus satis liquet, hoc testamentũ fuisse validum, eiusquẽ heredis institutionem: & ita fuit iudicatum in Regio Senatu Vallisoleti duabus sententijs conformibus, me patrocinate martium hac allegatione.

46 Ecce amantissimè Lector, quòd in huius libri materijs, ita me gesserim, & doctrinis fuerim vsus modo, quem docuit Seneca in epistol. 85. lib. 12. dũ loquendo de scriptoribus, sic reliquit scriptũ: Nos quoque apes debemus imitari, & quacumq; ex diuersa lectione congestimus separare: melius enim distincta seruantur: deinde adhibita ingenij nostri cura, & facultate in unum saporem varia illa libamenta confundere, ut etiam si ap-

paruerit, unde sumptum sit, aliud tamen esse, quam unde sumptũ est appareat. Quod in corpore nostro videmus, sine vlla opera nostra facere naturam, alimenta que accipimus, quamdiu in sua qualitate perdurant, & solida innatant stomacho onera sunt, ac cum ex eo, quod erant mutata sunt, tunc demum in vires, & in sanguinem transeunt, idem in his, quibus alantur ingenia, præstemus, ut quæcumque hausimus; non patiamur integra esse, ne aliena sint, sed concoquamus illa, &c.

Plures alios discursus his addere volebam: sed vxorem, & filios audio exclamantes, & Deo optimo maximo dicentes cum Marco Accio Plaucio in Mostellam.

Proh. Di. immortales! obsecro vestram fidem.

Facite huc, ut redeat noſter quamprimum senex.

Triennium qui iam hinc abest, priusquã omnia petierint.

Ideo non moror: nam triennium, die quo Typi finis imponitur, adimpletur. Incæpi hunc librum die vigesima quinta mensis Martij, qua celebratur festum Incarnationis Domini nostri Iesu-Christi anni 1678. illumque perfecĩ die 15. Augusti Assumptioni Sanctissimæ eius genitricis Mariæ dicata eiusdem anni, absque Bibliotheca ostiatim libros mendicando.

Soli Deo honor, & gloria,

DISCVRSVS XI.

De Nobilitate Hispana, &
Cathalana.

SVMMARIVM.

1. **I**Nveſtiganda huius diſcuſus.
2. **I**Nobilitatis materiam Authores, qui tractaverunt.
3. Nobiles Hispania tempore deſtationis Maurorum ad Montanas confugerunt.
4. Domoſ Salariegas in Montanis, Aſturij, Galicia, & Cantabria adificaverunt, à quibus Nobiles originem habent.
5. Los hidalgos tuvieran grandes diſſiſiones con el Conde de Caſtilla ſobre los fueros, y priuilegios de ſus hidalguias.
La Nobleza Catalana de donde tiene ſu origen, y de los linages de los Parajes.
6. Secunda Nobilitas ſanguinis Hispania, qua procedit à præſcriptione immemoriali.
7. Tertia, nobilitas poſſeſſionis generalis
8. Nobilitatis cauſa in Hispania quomodo tractantur?
9. Nobilitatis cauſa, ſicut cætera ſunt fraudibus, & falſitatibus ſubiecta. Laudantur verè nobiles.
10. Ignobiles, qui falſitatibus vtuntur ad nobilitatem acquirendam, vituperantur.
11. Nobilis Hispania, qui Hidalgo vocatur, vnde originem habeat, eiſque ethymologia.
12. Nobilis, & fidalgus in Hispania, in quo differunt?
13. Caualleria en Eſpaña cae ſobre Hidalgo de ſangre.
14. Hidalgo, es tanto ſu honor, que puede llegar à honra de Emperador, ò Rey.
15. Hidalgo dicitur, qui ex patre, & alijs aſcendentibus venit ex pura, & nobili ſanguine.
16. Originem ducens ex parentibus Iudaicis, vel conuerſis, vel Sarracenicis non poteſt obtinere in cauſa nobilitatis Hispana.
17. Sic practicatur in Hispania in litibus nobilitatis.
18. Præcipue hoc obſeruat in ſtatutis quatuor Ordinum Militarium.
19. Nobiles Hispania laudantur.
20. Ignobiles, & maculati ſanguine vituperantur.
21. In nobilitate parentum ſuccedunt in Hispania filij legitimi, & naturales, & naturales tantum, quia ſunt de familia, domo, & genere patris.
22. Naturales filia comprehenduntur in legato relicto foeminis conſanguineis.
23. Limitatur in ſucceſſione maturatiſſi dignitatis, in quo non ſuccedunt naturales tantum.
24. Filius ſpurius, & Baſtardus non ſuccedit in nobilitate patris in Hispania.
25. Rex priuilegia nobilitatis poteſt concedere; ſed non poteſt ignobilem ex origine facere nobilem ſanguine.
26. Probatum alia auctoritate.
27. Caualleros, quantas diferencias ſe vident ſaſvan en Eſpaña.
28. Caualleria no conceden los Reyes de Eſpaña por dineros, ni priuilegios de hidalguias.
29. Los priuilegios de hidalguias concedidos por los Reyes de Caſtilla, ſe refieren.
30. Preumatica en que ſe han reformado eſtos priuilegios.
31. Nobiles Hispania quibus honoribus, & priuilegijs fruuntur.
Nobiles Hispania fruuntur omnibus officijs honorificis Reipublica, & diuiniſſimam partem habent.
32. Nobiles in Cathalonia non admittuntur in officijs honorificis Reipublica ad eius gubernationem.
33. Nobilitas Amphytiria, qua nunc Hita vocatur laudatur, ſingularibusque prærogatiuis fruuntur & n. 31.
34. Nobilitas Cathalana laudatur.
35. Cathaloniam quis à Mauris reſtaurauit

- vit? sed verius num. 37.
37. Cataluña no fue restaurada de los Moros por Carlo Magno, sino por los Catalanes.
38. Carraginenses, y Romanos, y los Godos fueron señores de toda España, sin division de Reynos, ni Señorios, & num. 39.
40. Los Godos Catalanes, se retiraron à las Montañas, huyendo de los Moros, como los Españoles.
41. Vvifredo primer Conde de Barcelona.
42. Los Castellanos expellieron los Moros con su proprio valor, y no permitieron, que entrassen Franceses à ayudarlos: y el sucesso de Carlo magno, que quiso intentar.
43. Los Catalanes pidieron ayuda à Carlo Magno, y à su hijo Ludovico Pio, y con su valor proprio echaron los Moros.
Pruebase con nuevas autoridades.
44. Ludonico Pio nombrò Governador de Barcelona.
45. Vvifredo primer Conde de Barcelona.
46. Todos los Condes de Barcelona fueron de los Cavalleros hyosdalgo del linaje de los Godos, hasta que se juntò Cataluña con el Reyno de Aragon.
47. La Noblexa Catalana tiene el origen de los Godos, como la de Castilla: y la primera desciende de las casas Solariégas.
48. Noblexa segunda de Cataluña es de hyosdalgo de sangre en propiedad possessoria de tiempo inmemorial, como la de Castilla.
49. Tercera noblexa de Cataluña en possession general tambien se halla en Cataluña como en Castilla.
50. El Rey concede à los Catalanes muchos privilegios de Cavalleros, que no eran nobles de sangre.
51. Los descendientes de estos Cavalleros de privilegio gozan igualmente, como los nobles, y Cavalleros antiguos de sangre.
25. Conocense los Cavalleros por esta diccio

De, y otros dizen lo contrario, & nu. 53.

54. Sobre el privilegio de Cavalleria concede su Magestad à los Catalanes otro privilegio de Nobles, y que contiene este privilegio.
55. Filij expurij in Cathalonia gaudent nobilitate patris.
56. Alia privilegia irregularia nobilium Cathalonia, & num. 57.
58. His privilegijs potiuntur non tantum equites, & nobiles, sed etiam Cives honorati, præterquam quod in Curijs non sedent.
59. In Brachio militari continentur V. I. DD. & Medici, esdemq; privilegijs gaudent quibus Cives honorati.
60. Refertur ingens numerus Doctorum Vtriusque iuris.
61. Barchinona Vniuersitas scientiarum plena, & ornata laudatur, & enarratur. & modus forciendi punctos in oppositione Cathedrarum, conficiendi Lectiones, & de provisione earum, vsque ad num. 65.
66. Comites Barchinone cornu ad cenans vocabantur, sicut pecora ad pastum.
67. Nobilitas Castellana, & Cathalana ad in vicem honorantur, cum vnâ originem habeant.

DISCVRSVS XI.

De Hispana Nobilitate, & Cathalana, earumque origine, prærogatiuis, ac privilegijs.

CV Min hac inclyta, fidelissimâque Barchinonæ Civitate ferè per quatuor annorum curricula vitam egerim, in defensione Magni Ducatus Cardonæ, pro Excellentissima Ducissa de Medinaceli: ac in multis equitum sessionibus honorabiliter interfuerim: atque in illis de origine, & ethymologia Nobilium Regnorum Castellæ, quos Hi-
jos.

Hijosdalgo vocamus, fuerit dubitatum; opere pretium, & non abs re duxi, hanc Nobilitatis materiam explorare: nam Iurisperdentia est divinarum, atque humanarum rerum notitia: & mihi fas est in istam messem meam mittere falcem. Ut sic Nobiles Cathalani non tantum de sua nobilitate, sed etiam de Castellana certiores fiant; & è converso; cum hanc materiam non facile inveniant exagitatam, ac recollectam; & cum novitate, ut spero, & iocunditate legent.

*Si pater est Adam cunctis si mater & Eva
Cur ne omnes sumus nobilitate pares?
Degenerant homines virtus suavitq; minores;
Exaltat virtus, nobilitatq; genus.*

Tiraquel. de nobil. cap. 4.

2 Plures Doctores † materiam Nobilitatis tractavere, quos recenset Tiraquel. de nobilit. cap. 1. Ioan. Garci. Galecus de nobilit. in initio num. 1. Escobar à Corro de purit. & nobilit. proban. Ignac. del Villar Sylva responsor. de Neophit. P. Fr. Geronimo de la Cruz en la Defensa de los Estatutos de España. Sed meum præsens institutum non est, de illa probanda, ac examinanda agere: sed tantum de eius origine, & privilegijs, quibus in Regnis Castellæ, & in Cathalonia gaudent: de qua cum Xenophonte in vita Cyri dicam: *Quæ de illa audivimus, & vidimus, & sentimur, hæc in medium referre aggredsemur.*

3 Plusquam certissimum est, † ab omnibusque historiographis traditum, tempore miserabili, quo clades Sarcenorum totam Hispaniam occuparunt, ac devastarunt, quod Christi fideles Nobiles ex sanguine Gothorum, ob interitum Regis Roderici, cum Pelagio Rege creato in Asturias, Gileciam, & Montanas, & Cantabriam confugisse: ex indeque Deo iam pacato eius divino, ac miraculoso auxilio paulatim à Mahometanis eximio labore, & sanguinis effusione recuperasse. In illis ergo † Montanis domos reliquerunt, quas domos Solariegas vo-

camus, à quibus Nobiles Castellani originem habent, ut tradit Ioan. Garcia de Nobilit. glos. 18. per totam præcipue num. 33. Otalor de nobilit. 2. part. cap. 4. num. 3. & 8. qui num. 3. sic ait: [De nobilitate autem nostræ Hispaniæ (que llamamos *Hidalguia*) y quando, y como comêçaron los hijosdalgos en España, nusquam legi, nec quemquam legisse memini, etiam si à multis curiosis, & eruditis perquisierim. Hoc unum proculdubio expeditum videtur, nobilitatem istam, que llamamos *Hidalguia*, antiquissimam esse. Et an fuerit ante Hispaniæ cladem, & destructionem, quæ fuit anno 714. tempore infortunatissimi Regis Roderici ultimi Gothorum, dubitant: cæterum non ambigitur, quin illicò à principio suæ restorationis, & recuperationis, que fuit anno de 717. començò, y se continuò el nòbre de *Hijosdalgo* en los que quedaron con el Infante Don Pelayo en las Asturias, y montañas, y fueron en ayudar à cobrar el Reyno: porque entonces que fue año de 717. dizen las Chronicas, que se juntaron con èl los *Hijosdalgo*: y de aquellos han decendido los verdaderos solares, y hidalgos: y especialmente se halla, y se haze mencion de hidalgos de España en tiempo de los Godos: alomenos al tiempo que se perdió España, que fue año de 714. porque quando los Moros la iban ganando, en las partes de los montes Pirineos en Cataluña, que està al paraje de Ribagorça, hasta Canfranco, tuvieron los Moros la tierra hasta el Valle de Gistan, y Bielsa: mas no passaron mas adelante; porque les defendieron los Catalanes el passo en los Castillos, y Fortalezas, que que por alli eran; que en tierra de Sobrarbe, Aescusa, Castellazo, Monclus, Elcaniella, Laclamosa, Abilincado, està el Castillo de los Reyes de Sobrarbe; en estos, y en otros se conservaron los Christianos de Aragon, y Cataluña, que despues alçaron por Rey à Don Garci

Ximenez, en la Cueva de Payon, do està San Iuan de la Peña: que fue año de 720. y assi hasta oy en señal desto dizen las Chronicas Valencianas, que los que vienen de aquellos solares, son tenidos por hijosdalgo; y los que nacen en Bellos, y Muro de Bellos, y Puyaruebo, Biellere, que estan en el Valle de Puertolas; y la lengua q̄ entonces los Godos hablaban quedò en aquellos, que alli se salvaron en los Pyreneos, que estan à la mar mayor, que son Val de Ronçal, y el Valle de Salazar, y el Valle de Efeva, y el Valle de Santistevan; y los contornos de estos Valles q̄ descendiendẽ en Guipuzcoa, y costeano el Mar, se estienden por Alaba, y Vizcaya. Huius rei Author est (inter alios) Doctor Petrus Antonius de Beutter sacre Theologiæ Magister. & in humanis litteris, & Hispaniæ gestis, & annalibus valdè doctus.

Y tambien en tiempo del malvado Rey Mauregato, que fue septeno Rey de Leon, año de 780. se lee que dava cada año à los Moros cien donzellas nobles, y hijosdalgo, y otras tantas de baxa fuerte: † y en tiempo del Rey Bermudez, ò Bermudo el segundo, que fue vigesimo segundo Rey de Leon año de 962. en cuyo tiempo fueron los Infantes, ò Condes de Carrion, se lee, que hubo grandes dissensiones entre los hijosdalgos con el Conde de Castilla Don Garci Fernandez, sobre los fueros, y privilegios de sus hidalguías. Y por estas diferencias se passaron muchas à los Moros, por persuasion, y trato de Don Vela. † Y mas adelante en el tiempo de Conde Don Borel quarto Conde de Barcelona, que fue año de 965. se lee, que llamando gente para defenderse de los Moros, y prometiendoles mercedes, y franquezas, se juntaron mil hombres de guerra biẽ aparejados, con los quales el Conde venció los Moros; y en galardon armò Cavalleros à los que no eran hijosdalgo. Y desto dizen que vienen, los del linaje de paraje (que es linaje antiguo)

porque vinieron de paraje, ò aparejados para la guerra. Y de aqui se sacan dos cosas. La vna, que en aquel tiempo, que (como he dicho) fue en tiempo de Godos, quando España se perdió, y se començò à recobrar avia hijosdalgos: y la otra, que los que fueron armados Cavalleros, fueron los que no eran hijosdalgo. Y assi Cavalleria, no cae sobre Hidalguia propriamente. De quo infra suo loco dicetur. Demas desto se halla, y està averiguado, y escrito, que en tiempo del Rey Don Alonso el octavo, avia hijosdalgo, pues èl fue, el que les echò el pecho de los cinco maravedis, por consejo, y consentimiento de Don Diego Lopez de Aro, à quien el Rey avia prometido de darle por muger à su hermana: porque acabasse con los hijosdalgo, que le pechassen cada cinco maravedis, aunque despues al tiempo, que el dicho Rey queria dar la batalla de Arcos, dixo, que tanto valia vn villano, como vn hijosdalgo. Y entòces D. Diego Lopez con trecientos hijosdalgo se lubió à vn Otero, y no quiso pelear; à cuya causa el Rey fue vencido. Y siendo despues reptado Don Diego de esto, respondiò, que mientras el Rey honrassè los hijosdalgo, seria èl honrado; y con esto bolviò Don Diego en gracia de los hidalgos, que estaban mal con èl por lo primero: y le avian tomadò à Vizcaya, por aver consentido el pecho de los cinco maravedis, del qual despues los libertò el Conde Don Nuño de Lara, hijo de Don Pedro de Lara, que fue viznieto de Mudarra Gonçalez, hijo de Gonçalo Gufros, y de la hija del Rey de Cordova. Y tambien se lee, que el Conde D. Sancho, nieto del Conde Fernand Gonçalez los libertò del servicio, y de ir à las guerras, como adelante se dirà. Y en tiempo del Cid, que fue año de 1040. hasta 1097. que muriò, mucho mas: pues en su tiempo, dize el romance viejo, Sãta Gadea de Burgos, do juran los hijosdalgo, &c. Y mas adelan-

te en tiempo del Rey Don Alonso el onzeno, que ordenò las siete partidas, que fue el año de 1241. eran muy antiguos los hijosdalgo en España, como parece por las Chronicas, y por las mesmas leyes de partidas.] Itaque nomen hoc nobilium in nostra Hispania antiquissimum est adeò, vt eius initij memoria non existat: & isti nobiles, qui ex dictis domibus originem ducunt, ac descendunt, *hijosdalgos de sangre en propiedad de casa solariega*, vocantur: & est prima nobilitas.

6 Alia est nobilitas † cuius initium ignoratur, & præscriptione immemoriali apud omnes nationes acquiritur vt probat Tiraquel. *Vbi supra cap. 14.* & de iure nostri Regni, sic est decisum à Catholicis Regibus Ferdinando, & Elisabeth in pragmatica Cordubensi anno 1492. de qua Ioannes Garcia totum suum librum de Nobilitate confecit, & Otalora: & hanc *Hidalguia de sangre en propiedad posesoria*, vocamus.

7 Tertia deniq; est, † qua prætenfor, Pater, & Avus per viginti annos in quasi possessione nobilitatis inveniuntur, & manutentionem, seu retentionem possessionis petit; illaque probata, cum qualitatibus à lege requisitis, manutentio ei conceditur: reservato fisco, & consilio iure proprietatis; quæ *Hidalguia de sangre en possessione general* nominatur: vt etiam in dicta pragmatica cavetur, & expositores illius tradant. Et licet in modo acquisitionis, in aliquo differant, vt ipsi docent, in effectibus autem æqualitate concurrunt.

8 Nobilitatis causæ † in Aulis Iudicij, qui *Alcaldes de hijosdalgo* vocantur, & sunt pariter togati, in Cancellarijs Regijs Vallisoleti, & Granatæ, privatim disceptantur: qui de illis cognoscunt cum inhibitione omnium Iudicij: & in prima instantia decernunt inter nobilitatem prætendentes, Regiumque Fiscalem etiam togatum, & Conciliũ, vel Concilia, in quibus domiciliũ habent prætensores, maximòq; scrutinio exa-

minatis meritis suam proferunt sententiam, à qua partes appellant ad Aulas Auditorum Regalium ipsius Cancellariæ, & suam etiam proferunt sententiam, à qua debent supplicare, & in gradu supplicationis, iterum cognoscunt: causa que finitur per tres sententias, quæ essentialiter intervenire debent: & aliquando accidit, quod secunda supplicatio ad Regem nostrum Catholicum interponitur cum pœna mille quinquaginta librarum.

Hæc materiæ † sicut ceteræ fraudibus, suggestionibus, & falsitatibus testium, & instrumentorum, quibus homines ambitiosi, & indigni vtuntur, vbiq; subiecta est, de quibus Otalora in Prologo laudans bonos, & reprobans malos, sic scripsit: *Cum durissimum, & pietate plenum videretur eos, qui genere vere sunt nobiles, à dura rusticorum plebe (cui à seculo nobilitas est infesta) pertinaciter adeò vexari, vt si quando contingeret illis spectata sententia, tam extenuati ex licium sumptibus, & dilationibus reperirentur, vt fere nudum nobilitatis nomen illis relinqueretur: vt non ab re vulgus, hijosdalgos petados illos appelleret. † Sin autem versa vice, hi qui origine sunt villani: vel ex Iudeorum, vel Sarracenorum prole ex divitiarum affluentia (quæ ad omnes fraudis, & cavillationis genus potentiam subministrat) villissimis, aut falsis testibus, quorum ad huiusmodi causas facilis est copia, vel communitatum collisionibus immunitatem nobilitatis titulo consequantur, vt sæpe fit, Bone Deus! quantum inferitur Regibus, & Republica detrimentum: ipsi enim Reges tributis sibi divino, & humano iure debitis, quæ bona, & tutior pars est suorum patrimoniorum iniustissime privantur: non solum in personis litigantium, verum in eorum filijs, & descendensibus quod damnificationis genus brevi temporis spatio ad infinitum perducitur, ipsa vero Republica enormissimè læditur, & gravissimè defraudatur, dum sub nobilium imagine ignobiles, & forsàn perniciosos homines in sui administratione, & officiorum distributione admittit, & tollere compellitur,*

quod gravissimum est, & dolendum tributorum onera inter pauperes, viduas, pupillos, & calamitosos homines partiri; qui iniusto, & impari onere curvati exclamare videntur, dicentes: Onus Moab, & onus Babylonis super nos, & filios nostros. Et rursum: Vide Domine afflictionem nostram, & laborem nostrum considera: nam quod divites suis facultatibus iuste sufficere debebant, nos pauperes iniustissime humeris portamus.

Et ultra, quod tertia persona sit, vt 210 probavi, si adhuc contra eum obijcitur, quod collitigator est, quia in hac lite à Regia Provisione manutentionis, quæ est in initio huius libri, supplicavit in forma iuxta stylum Senatus: respondeo hunc supplicantem non esse formalem collitigatorem, sed quasi fictum, ac simulatum, ad continuandum stylum huius Senatus (quod in Castella non servatur, nec invenio rationem in qua fundatur) in quo pars principalis litigans gravata supplicat contrario imperio; & maritus, filius vel alius supplicat in forma, licet in lite non interveniant, vt infra dixi *huc lib. discurs. 8. num. 7. & 8.* & facta hac quasi ficta, seu affectata supplicatione, parvi fit: nam qui supplicavit, amplius in lite non intervenit, sed pars gravata illam prosequitur, Fontanel. *decis. 144.* Et idem iuste dicitur collitigantem non esse, sed tertium non impeditum.

Diximus † supra ex Baldo, apud ipsum possessorem posse fieri sequestrum: ex qua conclusione legitimè inferitur apud Ducissam de Medina posse fieri: nam vt in hoc opere probavi, vi tute *Constitutionis Hac nostræ, & finali, titol. dissole*

dissolte lo matrimoni, quæ sunt relatæ supra lib. 1. discurs. 1. num. 5. in eam, ipso iure, sine facto hominis translata est possessio civilis, & naturalis Ducatus pro dote, & arrhis suæ matris: & verus, & proprius dicitur possessor: & etiam tanquam legitima successor, ac indubitata istius Maioratus dignitatis Regalis, in quam ab instanti mortis vitimi possessoris translata fuit possessio ipso iure, sicut transfertur in Regnis Castellæ virtute legis 45. Tauri, & transfertur in Cathalonia virtute dictarum Constitutionum, vt probavi supra lib. 3. disc. 2. & secundum doctrinâ Baldi potuit nominari sequester, vel eius maritus suo nomine, cum vnica possessor dictis titulis sit: quod in Ducissa de Frias non potest verificari, nec de illa intelligi, cum non sit possessor, sed detentator, vt sæpè est dictum, & concludentèr probatum: & de hac detentatione non potest Baldus intelligi: † nam recurrendo ad diffinitionem possessionis, post multas relatæ à Barbof. in collektan. lib. 2. decretal. tit. de sequestrat. possess. & fruct. in rub. num. 12. & 13. refert quam tenet Peregrinus quòd sit, insistentia rei per actus naturales apta producere ei viles effectus. † Et secundum Arerinum, quòd sit, corporalis rei detentio corporis, & animi iuris adminiculo concurrente. † Et suam refert hunc modum; possessio, est corporalis rei detentio animo, & cognitione domini: dicens, loco generis ponitur detentio, quòd nomen generale est, & cõpetit detentoribus, † qui propriè non possident. Adjicitur, animo, & cognitione domini, vt excludantur detentatores. Itaque non potest dici Ducissa de Frias possessor, nec eius possessio habet civiles effectus, vt latè probavi supra lib. 1. discurs. 4. §. 3. ex num. 55 & §. 5. ex num. 104. nec de illa loquutus fuit Baldus. Et si adhuc dicas Ducissam de Frias meliùs ius fovere, quia pro se habet Regiam Provisionem, quæ est in initio huius libri, in qua manutentio est illi concessa: respondeo, ab ipsa provisione esse suppli-

catum, contrario imperio, & in forma, & ideò esse suspensam: & eius commutatio speratur indubitabilèr, tum quia omnia eius motiva defuerunt, præcipuè illud compensationis, propter quòd tenuta Ducissæ de Medina fuit & negata pro dote suæ matris, per ea quæ dixi supra lib. 1. disc. 3. per totum, præcipuè num. 62. cum epochæ reddituum census generalis sint inventæ, & in processu exhibitæ; quibus cessavit omninò compensatio; tum propter remediũ explicatum legis fin. c. de edict. Di. v. Adrian. tollend. alijque iuribus, & rationibus; & sufficit iudici conijcere, quis potiora iura foveat, vt infra num. 219.

Vterius † equitas naturalis hoc ita fieri exoptulat, cum Ducissa de Frias, nullum intendat ius successionis; sed indebitæ, ac iniustæ detentationis, & consumptionis fructuum in proprios vsus pro creditis indebitis iam solutis: quam quasi videns Bald. in d. cap. 1. de sequestra. possessio: & fructu. num. 5. loquens de sequestro, sic ait: Item fallit propter fructuum prodigalem effusionem, vel in proprios vsus consumptionem, vel eorum occultationem: quia non debet dari materia delinquendi: hæc enim ex qualitate personarum consideranda sunt. Et hæc omnia in nostro sequestro concurrunt, quæ in processu probata sunt. Et etiam sunt consideranda, quæ supra dixi, & probavi, cum sit legitima successor huius maioratus Ducissa de Medina, cui administratio debetur.

Et cum superius † dixerit Baldus, iniustum esse, quòd in re dubia concertantium, & colligantium potior sit vnus quàm alter: ex hac etiam sententia deducitur, non loqui, nec cæteri scriptores loquuntur in nostro casu, in quo non est res dubia, sed luce meridiana clarior, Ducissam de Medina esse violentèr in suis Statibus turbatam; ac ideò regula communis fallit in præsentia, ab ea que est recedendum: cum ad eò irregularis sit, quòd in nostro iure exemplar nõ inveniatur: & sicut novis mor-

bis, nova convenit anthidota præparare, cap. cæterum, de iuram. calum. sic similiter novis litibus nova remedia adhibere. Et tandem † concludo cum

218 Caroc. de sequestro, part. 1. qu. 6. num. final. Qui postquam latè disputavit quæstionem à se propositam in materia sequestri, sic finem imposuit: Illud dicam, quod ex hoc discursu amicus Lector habet septem, vel octo remedia, quibus vti valeat perplexu arduo, & difficili: (& ego alia octo adduco) & licet habeamus hanc professionem legalem librorum plenam, adhuc plures sunt casus, qui egent declaratione Casarea, & ad Principem recurrendum esse. Non omittem quod bonus, & oculatus Iudex diligenter inspiciendo, debet aliquo modo coniiciendo quis potiora iura foveat, pro ut sapius in facto vidi: Et si Rex noster Catholicus ad Ducem de Medina pertinere sequestratoris munus declaraverit, non deberet amplius hæc quæstio in dubium revocari.

219 Et oculatissimus, † excellentissimus, celeberrimusque Senatus diligenter inspiciet, Ducissam de Medina potiora iura successionis fovere; illique sua solita iustitia favebit; nam Ducissa de Frias nullum successionis ius præten dit; sed tantum pro creditis imaginarijs, & iam plusquam solutis (ut experientia patet) retentionem bonorum Maioratus contra ipsius naturam intendit, ut supra lib. 2. discurs. 9. & 10. est ostensum. Et sic facillimo negotio coniicere poterit, potiora iura fovere: & adverte, quod non dixit Carocius constando, sed coniiciendo aliquo modo. Et non mireris de titulis, quibus Regium Senatum extollo: nam doctrinam Carocij loco citato nu. 80. sequor. si qui sic ait: *Vnde laudabile est in his casibus habere Advocator, & Procuratorem, qui in eorum informationibus reddant Iudicem benevolum, vocando eum excellentissimum, celeberrimum, &c. ut ex Tullio, & Quintiliano deducit Abbas in cap. consuluit colum. 2. in 3. notabili num. 2. de offic. delegat. & latissime titulos istos recenset orando potius ad excessum*

laudis, quam defectum; Marian. in cap. 1. n. 146. de libell. oblat. quia ut inquit ipse, homines lodola carnis esu, ut plurimum delectantur, &c. & è contra † quæ male facere eos, qui verbis tumidis, contemptu dubiorum datorum credentes reddi ius suum clarum, exasperant Iudices ita, ut vix legant eorum scripta, ne dum credant; & totum damnum redit in miseros clientes qui debent esse cauti in patronis eligendis, non tam iuris, quam morum peritis. Ipse Senatus ius dicit in hac perdifficili quæstione, ut quotiè speratur. Nec mirandum † si sequestratorem à Regia Maiestate (in hypothesei proposita, seu eius Locumtenente nominatum revocaverit, si ita iustum sibi videbitur, nam Innocentius III. Roma. Pontifex sequestrum à suo predecessore appositum revocavit in cap. 1. de sequestra. possess. & fructuum. Sed erit mirandum, si Rex fecerit huius dubij declarationem, Consilio Supremo Aragonum adhibito, cum cæteris associatis ex primis viris doctissimis suæ Monarchiæ ad hanc causam pertractandam extrajudicialitè electis; & dixerit ad Ducem de Medina sequestratoris munus attinere, dum pecuniæ in tabula Civitatis deponantur: in quo casu non posset locum habere, quod dixit Alciatus: *Errare Regem, & Magistratus, &c.* Et nihilominus contrarium iudicaverit.

Noster casus † licet perdifficilis, à 221 neminèque disputatus videatur, iam retuli supra num. 103. duos, in quibus in iudicio summarissimo tenetè inter colligantes actò; data fuit administratio bonorum maioratus vni ex colligatoribus, qui prima inspectione melius ius successionis fovebat: & ut mea vera Iurisprudencia comprobetur, referam alias decisiones Supremi Senatus Regnorum Castellæ, quas in fine huius additionis invenies.

Harum decisionum, † æquissimum 222 fundamentum est, nam cum duo contendunt super tenutam, & ius melius fovet vnus, quam alter; isti, qui ut apparet successurus est, dari debet ad mini.

ministratio, vt supra dixi: quando verò
 223 † concertantium, & colligantium res
 dubia est, iniustum esset, quod potior
 sit vnus, quam alter, vt eruditè dixit
 Bald. *vbi supra num. 193.* & in hoc du-
 bio consistit formalitas rationis, vt se-
 questrum, ac depositum apud tertium
 apponatur: & omnes Doctores quan-
 do res est dubia loquuntur, præcipuè
 Alciatus, qui dixit: *Imurgijs, & seditio-*
nibus quando ius partium est obscurum, se-
quester debet esse medius. Et ideò Caro-
 cius *sup. nu. 217.* dixit: *quod bonus, &*
oculans iudex diligentè inspiciendo debebit
aliquo modo consiçiendo quis potiora
iura foveat, pro vt sepius in facto vidit. Et
 in nostro dubitari nō potest Ducissam
 de Medina potiora iura fovere: ac
 ideò ei dandam esse administrationē:
 224 prout in Regnorum Castellæ Senati-
 tibus frequentè fit. † Et si quotidie ex-
 perimur, & legimus, cæteros Senatus,
 iuxta decisiones aliorum Regnorum
 iudicare; illas, vt exemplaria, ac res-
 ponsa prudentum assumendo: quantò
 magis in præsentī casu Senatus Castel-
 læ debent amplecti, in quo frequen-
 tiùs successiones maioratum, seque-
 stra, & administrationes aguntur, tan-
 tòque studio integerrimi Senatores
 decidunt; præcipuè nam vt asserit,
 Crespi *decis. 9. num. 5.* quando in vno
 Regno Cōstitutiones deficiunt, ad vi-
 ciniorē est recurrendum, vt etiam
 dixi *sup. lib. 3. disc. 2. num. 33.* Qui Sena-
 tores certam æquissimam regulam, &
 225 iustissimam constituunt, † quod quan-
 do in initio litis iurgia, seditioes, &
 scandala timentur, & ius partium est
 obscurum, ac res dubia, sequestrantur
 bona penès Iudicem, vel vnum ex Se-
 natoribus, vt docet D. Molin. *de primog.*
lib. 3. cap. 3. num. 71. Mier. Barb. & Her-
 molil. *supra relati num. 47.* & hoc se-
 questrum est, de quo loquitur Alcia-
 tus. Quando verò † absque iurgijs, &
 226 seditioibus, lite iam inchoata, ad cō-
 servationem bonorum maioratus, ac
 iustitiæ administrationem, bono publi-
 co exagitante, administrator Status

est apponendus: & inter colligato-
 res summarissimi possessoriij tenetæ est
 controversia, cui administratio sit cō-
 mittenda, data satisfatione, Senatores
 oculatissimi, sequendo consilium Ca-
 rocij, diligentè inspiciunt, aliquo
 modo conijciendo, quis potiora iura
 foveat, & illi administratio commit-
 tur, † *vt tantò diligentius bona admini-*
stret, tanquam, quæ sint, vt iam sua, 227
 dixit Anton. Faber *sup. num. 98.* nam
 proximum ius ad ea bona successiois
 habet, pro quo ob hanc rationem iu-
 ris extat præsumptio, quod rectè, & fi-
 delitè illa administrabit, vt dixit Vela
supra n. 102. & cæteri relati *num. 99.* Et si
 in hoc casu extraneus nominaretur, qui
 de colligatoribus non esset, diceret
 Fontanel. *vbi sup. num. 104.* *Eritnè me-*
lius, vt iste sine iure, & ratione rem habeat,
& fructibus potiatur, quam ille, qui tam
proximus est successiois? Cū indubita-
 ta successor sit: & lis dedidenda citò
 speretur: præcipuè in hoc Ducatu, in
 quo tot, tantique sunt vassalli, quibus
 necesse est iustitiam ministrare, guber-
 nare, & vigilantissimè in eorum de-
 fensione intendere, præsertim tempo-
 re belli, cū confines cum Gallis sint
 termini, & iurisdictiones; & Excellen-
 tissima Ducis potentia indigent: Et si
 vnus Doctor, etiam si sit exter, à me
 exagitur, qui dicat, in iudicio pos-
 sessorio summarissimo administrato-
 rem, seu sequestratorem colligantem
 posse nominari; & refero tot Venerā-
 di Senatus decisiones in terminis pro-
 latas, ad quid quæso authoritates ex-
 terorum, qui materiam nostrorum ma-
 ioratum non agnoscunt? Eritnè
 magis credendi, aut erit dicendum,
 quod maiori studio isti consulent, quā
 illi iudicabunt? Et si adhuc ab istis
 vigilantissimis Senatibus iura, &
 rationes, quibus nituntur, quarantur,
 & *supra* relata non sufficiant, & à me
 petantur, iam dixi cum Iuriconsulto,
in l. non omnium ff. de legib. non omniū,
 quæ à maioribus statuta sunt, ratio red-
 di potest: nec mihi fas est ab exteris, 228

Senatibus, nec huius Principatus legem suarum decisionum querere: & Authori, decisionem fideliter referre, sufficit: Et si interrogavero Regem, vel supremos Senatores de lege: mihi respondent: legem querere, ubi est ratio naturalis, tot decisionibus, & doctrinis fulcita, infirmitas est intellectus; ²²⁹ vt probavi hoc lib. discurs. 1. n. 9. † Et ubi de ratione legis positivæ dubitatur, ad rationem naturalem recurrendum est, Scac. de commerc. §. 1. quest. 7. part. 2. ampliat. 15. confirm. 2. † Et ratio exemplis, & doctrinis est anteponenda, ²³⁰ cap. fin. dist. 9. Vbi Div. Aug. sic ait: Sana quippè ratio exemplis anteponenda est: cui quidem, & exempla concordant, sed illa, quæ tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora pietate. Vbi glos. verb. sed illa, dixit, exemplum Papæ est sequendum. Quæ divina sententia omnibus suis clausulis casui nostro valdè adaptabilis est: nam ratio æquissima in qua Rex & Senatus fundantur, doctrinæ autorum exterorum anteponenda est; cui rationi exempla Senatuum à me adducta concordant; quæ tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora; & in æquitate, ac pietate fundata.

²³¹ Iterum ad sequestratorem redeamus, † qui ex doctrina Baldi, Alciati, & Bardos. debet esse tertius, penès quem facta sit depositio, & necessarium scire videtur, quis sit in iure, & iudicio tertius: an sit omninò extraneus à iudicio; vel ille, qui licèt dicatur habere aliquod interesse in causa; sed non est principalis collitigator in ea? Et resolutivè est dicendū, † quod principalis collitigator est, ²³² qui in causa principali ad excludendum ius alterius in iudicio litigat; & tertius est, qui venit ad iudicium, vel ad excludendum ius alterius, vel non ad excludendum ius alterius, sed aliquo alio motivo, veluti ad coadiuvandum ius alterius propter aliquam commoditatem, quæ ei posset obvenire, vt latè egi supra lib. 2. disc. 8. à num.

126. ex doctrina Covarrub. Cancerij, aliorum Doctorum, quos ibi laudavi: vt accidit in filio vel marito, qui venit ad iudicium, & non veniunt ad excludendum vnum, aut omnes collitigatores; sed ad supplicandum in forma, vt iudicium in secunda instantia prosequatur, propter commodum, & utilitatem, quæ supponitur, vel potest considerari in causa habere, & licèt non liquidetur, nec verificetur, iam quicumque admittitur, spreta scrupulositate, quam in initio suæ advocacionis refert habuisse Fontanel. in decis. 144. Ex quibus sequitur, quod cum Dux in iudicio summarissimi possessorij non sit collitigator ex proprio iure, sed tantum tertius, qui supplicavit, & fuit admissus ad hunc actum tantum, vt Senatus stylus adimpleretur, propter illud commodum, quod potest considerari hinc deducitur collitigatorem in iudicio principali, nec esse, nec posse dici; sed tantum tertium extra iudiciū, vel in iudicio, qui nullo iure, nullaque Doctorum autoritate prohibitus invenitur, vt possit sequester esse; quin potius ab omnibus admissum, dum dicunt sequestratorem fore tertium, seu medium, non verò collitigatorem.

Conveniunt DD. quòd sequester ²³³ non debet ex collitigatoribus eligi: & hoc verbum collitigator componitur ex dictione con, quæ significat simul, vnà, paritèr: vt coniungo, colligo, idest simul ligo, vt explicat Calepin. verb. con, simul. Itaque collitigator est, qui simul, vnà, ac paritèr litigat in causa principali, ius proprium ad alium excludendum deducens: & nemo audebit dicere, Ducem simul, vnà, ac paritèr in lite intervenire, ius propriū deducēs, cū nullum ius in Ducatu habeat; sed tantum remotè ius vxoris fovet; & sic non est collitigator secundum veram, & genuinam ethymologiam, de qua vltus fuit Bald. supra num. 195.

Sed adhuc obijcitur, quòd Dux collitigator est simul cū Ducissa vxore: ²³⁴ nam

nam ambo simul mandatum suis Procuratoribus ad hanc litem peragendam vno instrumento constituerunt; cuius virtute profequitur. Sed huic obiectioni facillimo negotio satisfacio, dicendo, quod mulier vxorata absque viri venia, & autoritate in iudicio comparere non potest: de iure Castellæ, *text. expressus in l. 55. Tauri*, & ibi Ant. Gom. l. 2. tit. 3. lib. 5. *recopil.* & ibi Azeb. *nu. 8.* & 29. Matienz. *glos. 7.* Fermos. *in cap. causam 9. de iudici. quest. 12. num. 1.* Et sic in Cathalonia servatur de stylo, & consuetudine, quæ observari debet, vt tenet Canc. *var. to. 2. cap. 2. n. 61.* de qua nemo dubitat: & similitudinē consuetudinē ob statuti defectū, quæ in Lusitania viget latissimè defendit Bened. Ægidius Lusitan. 2. *par. cōment. c. 7. n. 57.* Et ad hunc eff: & Dux in mādato interfuit, veniam in initio vxori concedendo, ibi: *A viendo precedido entre ambos la licencia, y solemnidad, que de marido, à muger se requiere.* Ius verò successionis privativè ad Ducissam pertinere dicunt, ibi: *Para que todo lo tengamos, poseamos, y gozemos como hija legítima, que yo la dicha Duquesa D. Catalina Antonia soy del Excelentísimo señor.* &c.

235 Itaque in presentī mandato Dux vt maritus autoritativè se gessit; non vt simul successor in maioratu: vt fit in negotijs pupilli, in quibus sine autoritate tutoris intervenire non potest, ff. *instit. de authorit. tutor. §. neque ibi: neque hereditatem adire, neque bonorum possessionem petere, neque hereditatem ex fideicommissio suscipere aliter possunt, nisi tutoris auctoritate.* Et licet tutor pro pupillo in contractibus, & iudicio interveniat, nullus litteris præditus dicet tutorem suum negotium gerere, nec collitigatorem esse. Et si adhuc dicas maritum nominari Ducē de Cardona: iam probavi supra *lib. 1. discurs. 1. num. 93.* quod si qui Comes nō

236 est, aut Dux matrimonium contrahat cum Comitissa, aut Ducissa, ex hac Dignitatis communicatione, cum habere non pro Comite facit, quo ad ti-

titulum, honores, & præheminentias.

Dixit etiam Alciatus, quod sequester debet esse *medius*, non ex collitigantibus eligi: & subtilitè adverte ad illum verbum *medius*, ad quod est considerandum, ex vna parte collitigatores, & ex alia omninò extraneos à iudicio; inter quos, qui sunt ex trema, erit *medius*, qui nec omninò est collitigator, nec omninò extraneus, nam probatis extremis, media dicuntur illa, quæ sunt inter extrema, *leg. sicut, §. non videtur, ff. quibus modis pign. vel hypot. Scacc. de appellat. quest. 18. remed. 1. conclus. 5. num. 56.* Menoch. *de præsumpt. lib. 8. præsumpt. 66. num. 2.* & seqq.

238 Litigatores consideremus ex vna parte; quorum contrarij sunt, non litigatores, & omninò à litè extranei, & inter istos duos contrarios est optimū medium ille tertius, qui nec in iudicio est collitigator, nec est extra iudiciū; sed aliquo modo, licet remotè, in eo interfuit, vt dixit Paulus de Castro *per text. in l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. obliga. Flammin. Paris. qui eum refert de confidentia qu. 7. num. 39.* & iste *medius* refertur ad vtrumque extremum, *lason in l. 3. §. filius num. 15. ff. de liberis, & posth. Mari. Giurba in consuetud. Messanen. cap. 9. glos. 12. num. 1.* Itaque inter hæc duo extrema contraria, quæ sunt litigatores, & non litigatores, est *medius*, qui refertur ad vtrumque extremum; & de hoc est intelligendus Alciat. qui dixit, quod sequester debet esse *medius*, qui non est ex collitigantibus, nec ex illis, qui non litigant, nec sunt in iudicio; sed *medius* inter vtrumque extremum, qui propriè est Dux, nam non est collitigator, nec omninò extraneus à iudicio; sed *medius* inter hæc duo extrema contraria, qui debet eligi sequester, vt magis instuctus, magisque idoneus, quam extraneus; nam inter hæc duo contraria hic *medius* est optimus, vt dixit Paul. & Flamin.

In vna statera collitigatorem ponamus, quem Alciatus non vult sequestrari;

stratorem eligere, & in altera extraneum à iudicio, quem non vult Fontanel. nominare, in illis verbis supra num. 227. relatis: *Eritne melius ut iste sine iure & ratione rem habeat, &c.* quæ duo extrema viciosa esse videntur: & in medio maior virtus consistit auctoritatis, excellentiæ, securitatis, ac sine lite administratoris: ergo iste medius est eligendus.

238. Et si adhuc, obijcias, quod iste medius debet esse, & intelligi inter colligatores. Respondeo, quod colligatores sunt Ducissæ, quarum unaquæque ius proprium defendit ad alteram excludendam: & inter hæc duo extrema est etiam medius Dux, qui non proprium ius defendit; sed ut tertius in iudicio comparuit, non ad aliquam partem excludendam, sed ad supplicandum in forma, quod parvi, aut nullius momenti, & præiudicij est: & sic iste medius est eligendus. Et in hoc dubio an colligatores sit eligendus, vel extraneus, media via est eligenda, *l. antiqui, ff. si pars heredit. petat. §. penult. instit. quibus ex causis manumittere non licet.* Hinc illud Ovidij *Metamorphos. lib. 2.*

Medio tutissimus ibis.

Et Seneca tragœdia 10.

Qui quis medium defugit iter

Stabili nunquam tramite curret.

Et Thomas de Thomaſet *regula 78.* declarat, hoc procedere, quando ius ad unam partem magis quam aliam adaptari nequit (si videatur in nostro dubio accidere) cum de interpretatione, & explicatione sequestratoris sic laboramus.

Non tibi molestus videar, quod pertinaciter tot defensionis medijs, ad sequestratorem defendendum, sim usus, nam alacri studio hic discursus in Senatu exagitur; & si aliquis tibi forte displicuerit, alter tibi placebit, ut consuluit Ioan. Andre. in *cap. per tuas, qui filij sint legit.* & ibi DD. & frequenter sit.

Et si hæc omnia pro sequestratore non sufficiant; sumens vicioriam à magnitudine Regis victi (sub hypotheca pro-

posita) suorumque Senatuum; cum Virgil. *Æneid. lib. 10.* canat Alciatus (licet extet, & interpretatus)

Æneæ magni dextera cadit.

EPILOGVS DEFENSIONIS Sequestratoris.

239

Octo medijs sequestratorem defendendo. Primus, nam quibus pertinet successio, pertinet etiam bonorum administratio, *ex num. 94. ad 106. & ex num. 221. usque ad 229.*

Secundus, nam sequester formalis est penes quem res deponitur: & hic non est Dux; sed depositum tabulæ Civitatis, qui est sequester formalis, & Dux tantum materialis nomine tenus, cum quo DD. non loquuntur, *ex num. 105. ad 210.*

Tertius, nam apud ipsum possessorem (quæ est Ducissa de Medina, non verò de Frias) potest fieri sequestrum, *ex num. 211. ad 215.*

Quartus, ex æquitate naturali, sequestrum debet fieri in Duce, *ex num. 216. ad 220.*

Quintus, ex pluribus decisionibus Senatuum Castellæ in quibus constat, in iudicio summarissimo tenentæ inter litigantes actio, data fuit administratio bonorum maioratus vni ex colligantibus, qui melius ius successionis fovet, *num. 103. & ex num. 221. usque ad 229. & infra in fine huius Additionis.*

Sextus, quia Dux noster non est principalis colligatores, sed tertius penes quem potest fieri sequestrum, *num. 104. ad 147. & ex num. 230. ad finem.*

Septimus, ab ethymologia colligatores; ex qua probatur Ducem colligatorem non esse, *à num. 232.*

Octavus, nam Dux est medius inter colligatores, & debet eligi, *à num. 236.*

240. Præterea novissimè excogitavi, in Regia provisione, à qua est supplicatum, Ducem de Medina sequestratorem non fuisse nominatum, nec de sequestratore Senatû cognovisse. Quin potius cum hæc nominatio sit vna ex Regalijs, Senatus illam Locumtendenti reservavit, ibi: *Hoc tamen pro viso, quod sequester, per suam excellentiam nominandus.* Ex quo sequitur Iudices huius secundæ instantiæ supplicationis non posse cognoscere de isto novo iurè, de quo in prima non cognoverunt, nec cognoscere potuerunt, vt docet Salgad. *de retent. bullar. 2. part. cap. 13. num. 7.* nam Iudicès supplicationum habent limitatam iurisdictionem ad personas, & res primæ instantiæ, & non cognoscunt de novis personis, & rebus, vt tenet Fontan. *decis. 557. num. 1. & 2. & decis. 143. num. 1. & ego ipse supr. lib. 2. discurs. 8. num. 126.* & cum Dux non inveniatur in prima instantia, nec sit contentus in Regia

provisione, idèò in sècunda non est citatus, nec comparet, nec litigat, sed tantum Fiscalis Advocatus Regius Patrimonialis, qui in ea interfuit: & consequenter de Duce sequestratorè extra iudiciû à suâ Excellentia nominato cognoscere non potest; sed tantum de sèquestro confirmando, vel revocando. Et si aliquod gravamen in hac nominatione pars adversa reciperet, ad Regem, seu eius Locumtendentem recurrere debet, cui privatim hæc nominatio reservata est, vt alium eligat. Senatus enim sequestratorem nominare non potuit, cum hæc nominatio sit reservata, nec habet iurisdictionem ad illam revocandam nam contrariorum eadem est ratio: & tantum cognoscere potest de iudicio sequestri iudicialiter factò ab ipso Senatu; non vèrò de sequestratore à sua Excellentia extraiudicialiter pro suo arbitrio nominato, qui non venit in iudicio supplicationis.

DE CISIONES SUPREMI SENATVS REGNORVM CASTELLÆ.

EN la Villa de Madrid, à 28. dias del mes de Julio de 1668. años, visto por los Señores del Consejo de su Magestad el pleyto que es entre Don Luis Mauricio Fernandez, de Cordova, Marques de Priego, y Tome Barez, de Salazar en su nombre de la vna parte: y el señor D. Antonio Luys de la Cerda Duque de Medina-Celi, como marido de la señora Doña Ana Maria Enriquez, de Ribera, difunta, Duquesa que fue de Medina-Celi; y Bernardo de Binegra en su nombre de la otra: y Don Iuan de la Cerda Marques de Cogulludo su hijo: y Matheo Martin Preciado en su nombre de la otra. Sobre la administracion, ò sequestro de los bienes, y rentas de los Mayorazgos, que fundaron Perafan de Ribera, y Diego Gomez, de Ribera su hijo, y Perafan de Ribera su nieto, y los demas Adelantados, que fueron de la Andalucia: sobre cuya tenuta litigan los susodichos; por muerte de Doña Maria Enriquez, de Ribera Duquesa de Montalto, por cuya muerte vacaron. Dixeron, que no avia lugar el sequestro de los dichos bienes, pedido por parte del dicho Marques de Priego. Y mandaron, y mandaron dar la administracion de todos los dichos bienes de los dichos Mayorazgos, y Estado de Alcalá al dicho

Don

Don Juan Thomas de la Cerda Marques de Cogulludo, con fianzas, hasta en cantidad de cinquenta mil ducados; con que tenga libro de cuenta, y razon, y la de cada año, y siempre que el Consejo le mandare. Y en quanto à que el señor Duque de Medinaceli de la cuentas, cumpla-
plase lo proveido por los autos del Consejo. Y el Marques de Priego haga su diligencia, usando del auto de 3. de Diziembre de 1647. y assi lo mandaron, y señalaron.

D. Antonio de Contreras.

D. Diego de Ribera.

D. Garcia de Medrano

Conde de Casarrubios.

D. Geronimo de Camargo.

D. Juan de Arce.

D. Francisco de Bergara.

D. Benito Trelles.

D. Antonio de Vidania.

D. Gil de Castejon.

D. Gabriel de Chaber.

D. Antonio de Monsalve.

D. Francisco Paniagua.

Quæ Regia de cisio fuit confirmata, die 14. mēsis Augusti 1668. in gradu supplicationis ab iisdem Iudicibus, tabellione Gabriele de Aresti.

EN la Villa de Madrid, à 9. dias del mes de Setiembre de 1669. años, visto por los Señores del Consejo de su Magestad el pleyto, que es entre D. Joseph Pimentel, como marido, y conjunta persona de Doña Francisca de Zuñiga, Avila y Guzman, Ribera y Barroso, Marquesa de Miravel y Povar, y Nicolas Tornero su Procurador: y Don Antonio Pimentel Barroso, y Ribera Conde de Berantivilla, hijo primogenito de los dichos Marqueses: y Joseph Rodrigo Garcia su Curador ad litem, y Procurador: y Doña Isabel de Portocarrero Marquesa de Camarasa, como madre, y curadora de Don Baltasar de los Covos, Sarmiento de Mendoza Ribera y Portocarrero Marques de Camarasa; y Diego Fernandez su Procurador de la otra. Sobre la tenuta, y possession del Estado, y Marquesado de Malpica, q̄ fundo Payo de Ribera el año de 1447. y sus agregados: y sobre el Mayorazgo llamado de los Barrosos, que vacaron por fin, y muerte de Don Baltasar de Ribera y Barroso, tercer Marques que fue de Malpica, en 21. de Março passado de este año: Dixerón, que mandavan, y mandaron se de la administracion de los dichos Mayorazgos, y Estados de Malpica, y Barroso, y sus agregados al dicho Don Joseph Pimentel Marques de Povar, como marido, y conjunta persona de la dicha Doña Francisca de Avila y Zuñiga Marquesa de Miravel y de Povar, y como Padre, y legitimo Administrador del dicho Don Antonio Pimentel, Avila y Zuñiga, Ribera y Barroso Conde de Berantevilla: Los quales administrará con toda cuenta, y razon, teniendo libro de ella, para darla a quien por el Consejo

sejo le fuere mandado, con fianza de hasta en cantidad de mil ducados: Assi lo proveyeron, mandaron, y señalaron.

D. Garcia de Medrano,
D. Iuan Gonzalez,
D. Iuan de Arce,
D. Francisco de Bergara,
D. Alonso Marquez,

D. Antonio Vidania,
D. Benito Trelles,
D. Gil de Castejon,
D. Francisco Paniagua,
D. Alonso de Llano.

Et in gradu supplicationis fuit confirmata 7. die mensis Octobris 1669. Tabellione Ludovico Bazquez de Vargas.

Alia Regia Provisione eiusdem Senatus fuit concessa administratio honorum Maioratus instituti à Francisco Ramirez, & Domna Beatrix Galindo coniugibus, inter D. Antoniam Ramirez de Saabedra, & Domnam Andream de Agramont coniuges, & Marchionissam de de Malagõ, & alios colligatores: die 30. Iulij 1663. in iudicio tenuræ D. Antonio Ramirez pro vxore, cum satisfactione 8000. mille ducatorum: & 2. die Septembris, eiusdem anni fuit confirmata, in gradu supplicationis. Notario Vargas.

Novissimè die 23. Martij huius anni 1669. fuit administratio concessa à Regio Senatu honorum Statuū Marchionatus de Mondejar, & Comitatus de Tendilla, Marchioni de Agropoli, vt marito Domnæ Mariæ Gregoriæ de Mendoza, cum satisfactione 6000. mille ducatorum: à qua provisione supplicavit Dux de Bejar, & 29. Iulij huius anni fuit confirmata: Notario Navamucl. Vt hæc omnia constât per publica instrumenta, à me producta.

En expresas, & in terminis Senatus decisiones, in quibus, lite tam inchoatam summarissimi tenuræ iudicio, vni ex colligatores, & marito pro vxore, quæ melius ius fovebat, data fuit status administratio, etiam si ceteri successione prætendebant: quibus mea opinio satis remanet enucleata. Et si adhuc dixeris loqui in administratoribus, non verò in sequestratoribus: memento quæso doctrinæ Sal-

gati, de qua supra num. 145. qui tenet, sequestratorem, & administratorem esse idem, eisdemquè regulis regulandum: præcipuè, vt iam dixi num. 222. & sequentibus, quando absque iurgiis, & seditionibus, lite iam cepta, ad conservationem bonorum Status, & Maioratus (vt in nostro casu accidit) administrator illorum apponitur, in quo casu non admittitur sequestrum, vt fuit denegatum in Maioratu de Alcalá; & ego supra ostendi num. 225. Ec licet Senatus Cathalonie in sua Regia Provisione dixit, Ducatum sub sequestro apponi, non intelligitur de sequestro formali, & proprio, sed de administratione, sequendo legem si fideiussor. §. fin. C. qui satisfacere cogant. de qua supr. num. 37. non propter iurgia, & seditiones; sed quia suspecta persona est, in quo casu non sequestrantur bona; sed apud officium, hoc est tabulam Civitatis deponi debuit, sequendo ius commune. Ex quibus etiã constat administrationem, cui melius ius ex colligatores in successione fovebat, esse concessam pleno iure, quod in nostro sequestro non accidit, in quo præter satisfactionem, quam dedit, fuit Duci administratio pecuniæ sublata; iuvendo, quod in tabula Civitatis deponatur. Indèque probatur Ducem administratorem, sequestratoremve formalem non esse, de quo Alciatus, & ceteri Doctores fuerunt locuti; licet illi omnimoda, & plena administratio erat debita; sed tantum materialis nomine tenus.

141 Fateor equidem † doctrinam Bal-
di, & Alciati de qua supra num. 192.
relatam à Carocio num. 83. valdè Se-
natores torquere; præcipuè cum nul-
lus Doctor contrariæ opinionis, nec
illos interpretans hucusque invenia-
tur. Et licet sic ego nervosè scribo;
cum sim iunior, & modernior, videtur
nondum opinionem probabilem posse
stabilire, nec secundum illam iudica-
ri; etsi nondum constet à Senatu esse
reiectam tanquam improbabilem; vt
novissimè à Sanctissimo D. N. Alexan-
dro VII. die 14. Septembris 1665. in-
ter opiniones à sua Sanctitate damna-
tas, vigesima septima: sic invenitur:
*Si liber sit alicuius iunioris, & moderni,
debet opinio censeri probabilis, dum non
constat reiectam esse à Sede Apostolica
tanquam improbabilem.* (Decreta istius
Sum. Pontificis, & alia Sanctissimi
Innocentij XI. quæ hoc anno 1679. in
hac Civitate sunt promulgata, cum
novissima sint, & ad Christianæ dis-
ciplinæ notam in omnibus materijs
moralibus, iuris professoribus etiam
attinentem, respiciant: & à nullo scrip-
tore possint adhuc in lucem edi: ego
primus hoc munus recipio, vt omni-
bus patefiant: & inferius invenientur.)
At non ego novam constituo, sed an-
tiquorum torquentium interpretor,
meam sententiam tot doctrinis, Sena-
tum quæ decisionibus confirmans.

142 Et si † adhuc dicat aliquis posse ab
illis resiliere, & iuxta corticem doctri-
næ Alciati, & Carocij sic involutæ, &
nondum explicatæ iudicare; etiam si
eorum opinio minus probabilis sit, in-
cidet in secundam ab Innocentio XI.
die 2. Martij huius anni reprobata
sub his verbis: *Probabiliter existimo, In-
dicem posse iudicare iuxta opinionem mi-
nus probabilem.*

143 Itaque iudicari debet secundum
magis iuri, & rationi consonam, à tri-
bunalisque receptam. Et aliquando
potest vnius Doctoris suffragio, seu
authoritate opinionem probabilem
reddi, & in praxi tutam; vt dixit Ioan-

nes Bap. Gonet in clypeo Theologiae Théo-
misticae, de opinione probabili. artic. 6. vbi
sic ait: *Advertendum tamen est, me in
conclusionem dixisse, vnius Doctoris suffra-
gium, communiter loquendo, non posse red-
dere opinionem aliquam probabilem, & in
praxi tutam: quia interdum contingere po-
test, vt autoritas vnius Doctoris, gra vi
aliquo fundamento ducti, & nulla in con-
trarium occurrere ratione, saltem quam fa-
cile, & clare non solvat, sufficiat ad indu-
cendum moralem certitudinem de veritate
alicuius opinionis subindeque ad reddend-
am illam probabilem, & tutam in praxi.*
Et cum ego tot gravibus fundamentis
sim ductus, & nulla in contrarium oc-
currente ratione, saltè quam facile,
& clarè non solverim, & sim interpre-
tatus, videtur dicendum, ad inducen-
dam moralem certitudinè de veritate
meæ opinionis, subindeque ad reddend-
am illam probabilem, & tutam in
praxi, sufficere. Hoc ipsum prius, &
elegantius dixit Imperator Iustinia-
nus in l. 1. §. sed neque, Cod. de verer. iur.
enuclean. ibi: *Non ex multitudine Au-
thorum, quod melius, & æquius est iudica-
tore, cum passim vnius forsitan, ex deterioris
sententia, & multos, & maiores aliqua in
parte superare.* Ex quibus omnes tenet,
non ex scriptorum numero opinionem
tuendâ, sed quæ fortioribus nititur fûda-
mentis D. Ioan. Bap. Larrea decis. 66. m. 20.

*Lib. 2. Discursui 3. num. 17. in
fine adde.*

ET iuxta istam meam sententiam
ita fuit iterum in hoc Senatu no-
vissimè iudicatum, die 8. Iunij 1679.
in lite plenaria, seu ordinaria, quæ
vertitur inter Domnam Margaritam
Theresiam de Erill Marchionissam de
Castellnou, & Nobil. Oldegarium de
Erill, & Orcau: Relatore Nobili D.
Michaele de Cortiada: Notario Vila:
In altercato, an sit locus dilationi vl-
tramarinæ, & expeditioni litterarum
subsidiarum: in quo fuerunt denega-
tæ, hoc motivo. *Et de iure dilatio ultra-*

marina semel tantum conceditur, nisi iustum interveniat casu fortuito impedimentum, puta propter bellum, vel quia non se obtulit occasio mittendi litteras ad probationes faciendas, aut alias. Et inferius: Et de iure dilatio ultramarina non solum conceditur ad probandum per testes, sed etiam ad probandum per instrumenta quæ extra Regnum sunt. His igitur, & alijs meritis processus attentis, & alijs factis Verba in Regia Audientia providet, & declarat, locum non esse dilationi ultramarine, & expeditioni litterarum subsidiarum. Et attende, quod tam in causa summarissimi possessorij, quam petitorij est dilatio secunda denegata: & in illa Oldegarij de Erii valdè dubitabat eius advocatus, cum iudicium esset plenarium: ego verò illi securam esse victoriam dicebam.

Libro 2. discurs. 8. num. 51. post locum Curii adde. Eandem sententiam tenet Mari. Giur. de succes. feud. cap. 118. §. 1. glos. 2. num. 27. Vbi distinguit inter feudum ex pacto, & providentia & hæreditarium: & docet in feudo ex pacto, & providentia succedi non ultimo possessori, sed Principi institutori: in feudo autem

hæreditario succedi ultimo possessori gravato, ibi: Hac profecto, hoc in loco ea ratione tradidimus, ut constet, in feudo ex pacto, & providentia succedi iure sanguinis; in feudo hæreditario, iure hæditario: & num. 28. loquens de feudo ex pacto, & providentia, ibi: In illo succeditur primo tantum acquirenti, non ut hæres, sed ut filius: cum tot sint donationes, ad tempus singulis descenditibus factæ, ut post mortem primi feudum perveniat ad secundum, ut nec unus ab altero causam habeat, sed à primo stipite: & in fine: Filium Marchionis non succedere patri in Marchionatu, quia illud non de manu patris, sed Principis videtur e vellere. Proinde non filius post mortem patris dicitur succedere in feudo, neque illud acquirere, sed acquisitum capere. Et in fratre utriusque coniuncto, quod excludat coniunctum ex vno latere in feudo hæreditario; sed non in feudo ex pacto, & providentia, docet num. 37. quæ omnia pluribus comprobatur Authoribus.

Sententia sequestri in grado supplicationis nondum est prolata, ut sperabam, die 16. Septembris 1679. nec typis eam expectare potest: idè in fine libri invenietur.

SVMORVM PONTIFICVM

ALEXANDRI VII. INNOCENTII. XI. DECRETA,

Quibus ab illo 45. & ab isto 65. Propositiones, seu Opiniones
Moralis Theologiæ damnantur, & prohibentur.

PRIMUM DECRETVM SS. D. N. ALEXANDRI VII.

Fer. v. Die xiv. Septembris 1665.

IN CONGREGATIONE GENERALI SANCTÆ ROMANÆ, ET VNI
versalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram SS. D. N.
D. Alexandro, divina providentia Papa VII. ab Eminentissimis, & Reverendissimis
DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam
pravitatem Generalibus Inquisitionibus à Sancta Sede
Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. audivit, non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones Christianæ discipline relaxativas, & anima-

rum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim noviter prodire; & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies

magis excrefcere, per quam in rebus ad confcientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omninò ab Evangelica simplicitate, sanctorumque Patrum doctrina, & quem, si pro reeta regula Fideles in praxi fequerentur, ingens eruptura efferet Chriftianæ vitæ corruptela. Quare ne vnquam temporis viam falutis, quam fuprema veritas Deus, cuius verba in æternum permanent, arctam efferre definivit, in animarum perniciem dilatari, feu verius perverti contingeret. Idem SS. N.D. vt oves fibi creditas ab eiusmodi fpatiofa, lataque per quam itur ad perditionem, via, pro pastoralî follicitudine in artam femitam evocaret, earundem opinionum examen pluribus in fancta Theologia Magiftris, & deinde Eminentiffimis, & Reverendifsimis Dominis Cardinalibus contra hereticam pravitatem generalibus Inquifitoribus ferio commifit. Qui tantum negotium ftrenue aggreffi, eique fedulo incumbentes, & mature difcuflis, vique ad hanc diem infcriptis proppofitionibus, fuper vnaquaque ipfarum fuffragia fua fanctitati fuz figillatim expofuerunt.

1 Homo nullo vnquam vite fuz tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis, ex vi præceptorum divinatorum, ad eas virtutes pertinentium.

2 Vir equeftris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3 Sententia afferens, Bullam Coenæ folùm prohibere abfolutionem heresis, & aliorum criminum, quando publica funt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus fermo effer, anno 1629. die 8. Iulij in Confiftorio Sacrae Congreg. Eminentiff. Cardinalium vifa, & tolerata effer.

4 Prælati Regulares poffunt in foro confcientiæ abfolvere quofcumque fæculares ab heresi occulta, & ab excõmunicatione propter eam incurfa,

5 Quamvis evidentè tibi confitet, Petrum effer hereticum, non tenetis denunciare, fi probare non poffis.

6 Confefarius, qui in Sacramentali confefione tribuit pœnitenti chartam poftera legendam, in qua ad venerem incitat, non cenfetur follicitare in confefione, ac proinde non effer denunciandus.

7 Modus evadendi obligationem denunciandæ follicitationis effer, fi follicitatus cõfiteatur cum follicitante; hic potest illum abfolvere ab obligatione denunciandi.

8 Duplicatum fupendium potest Sacerdos pro eadem Miffa licitè accipere, applicando petenti partem etiã fpécialiffimam fructus ipfimet celebranti correfpondentem; idque pofter decretum Urbani VIII.

9 Pofter decretum Urbani VIII. potest Sacerdos, cui Miffæ celebrandæ traduntur, per alium fatisfacere, collato illi minori fupendio, alia parte fupendij fibi retenta.

10 Non effer contra iufitiam, pro pluribus facrificijs fupendium accipere, & facrificium vnum offerre; neque etiã effer contra fidelitatem, etiam fi promittam promiffione etiã iuramento firmata, danti fupendium, quod pro nullo alio offeram.

11 Peccata in confefione omiffa: feu oblita, ob inflans periculum vitæ, aut ob aliam caufam, non retenemur in fequenti confefione exprimere.

12 Mendicantes poffunt abfolvere à cafibus Epifcopis refervatis, non obtenta ad id Epifcoporum facultate.

13 Satisfacit præcepto annuæ cõfefionis, qui confitetur Regulari Epifcopo præfentato, fed ab eo iniufte reprobatõ.

14 Qui facit confefionem voluntariè nullam, fatisfacit præcepto Ecclefia.

15 Pœnitens propria autoritate fubftituere fibi alium potest, qui loco ipfius pœnitentiam adimpleat.

36 Qui beneficium curatum habent,

bent, possunt sibi eligere in confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17 Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non supererit; vti superpetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel eius Religioni publicè, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.

18 Licèt interficere falsum accusatorem, falso testes, ac etiam iudicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

19 Non peccat maritus occidens propria autoritate vxorem in adulterio deprehensam.

20 Restitutio à Pio V. imposita beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Iudicis, eo quod sit poena.

21 Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi.

22 Non est contra iustitiam beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Ecclesiastica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficij, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23 Frangens ieiunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, putà quia non vult se subijcere præcepto.

24 Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata eiusdem speciei infimæ, ideòque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem.

25 Qui habuit copulam cum soluta satisfacit præcepto confessionis dicens: Commissi cum soluta grave

peccatum contra castitatem; non applicando copulam.

26 Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Iudex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem vnius præ alio.

27 Si liber sit alicuius iunioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constat, reiectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.

28 Populus non peccat, etiamsi absque vlla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis; dum similibus propositionum examini cura, & studium impenditur, interea idem Sanctissimus, re maturè considerata, statuit, & decrevit prædictas propositiones, & vnamquamque ipsarum, vt minimum tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet; ita vt quicumque illas, aut coniunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de ijs etiam disputativè publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsàn impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacūque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini iudicij prohibet, omnibus Christi Fidelibus, cuiuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam specialis, ac specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

IOAN. LVPVS, S. R. & vniuersalis Inquisitionis Notarius, &c.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1665. Indictione 3. die verò 2. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Alexandri, diuina providentia Papa VII. anno vndecimo, supradictum decretum offixum, & publicatum fuit ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ,

ac in acie capi Floræ, ac in alijs locis solitis,
& consuetis Urbis, per me Carolum Me-
lanum, eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ,
& Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Alterum decretū SS. D. N. Alexand. VII.

Feria 5. die 18. Martij 1666.
In Congregatione generali Sanctæ
Romanæ, & vniversalis Inquisitionis,
habita in Palatio Apostolico Montis
Quirinalis coram SS. D. N. Alexandro
divina providentia Papa VII. ac Emi-
nentissimis, & Reverendissimis Do-
minis S. R. E. Cardinalibus in tota Re-
publica Christiana adversus hereti-
cam pravitatem generalibus Inquisi-
toribus à sancta Sede Apostolica spe-
cialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. post latum de-
cretum, die 22. Septembris proximè
elapsi, quo vigintiocto propositiones
damnatæ fuerunt, examinatis sedulò,
& accuratè, vsque ad hanc diem in-
frascriptis alijs quadragesimumquin-
tum numerum implentibus, per plures
in sacra Theologia Magistros, ac per
Eminentissimos, & Reverendissimos
Dominos Cardinales adversus hereti-
cam pravitatem generales Inquisi-
tores, eorum suffragia sigillatim super
vnaquaque ipsarum audivit.

29 In die ieiunij, qui sæpius modi-
cum quid comedit, etsi notabilem
quantitatem in fine comederit, non
frangit Ieiunium.

30 Omnes Officiales, qui in Repu-
blica corporaliter laborant, sunt excu-
sati ab obligatione ieiunij, nec debent
se certificare, an labor sit compati-
bilis cum ieiunio.

31 Excusantur absolute à præcep-
to ieiunij omnes illi, qui iter agunt
equitandò, vtcumque iter agunt, etiā si
iter necessarium non sit, & etiā si iter
vnius diei conficiant.

32 Non est evidens, quod con-
suetudo non comedendi ova, & Iacti-
cinia in Quadragesima, obliget.

33 Restitutio fructuum ob omis-
sionem horarū suppleri potest per quas-

cumque eleemosynas, quas antea be-
neficiarius de fructibus sui beneficij
fecerit.

34 In die palmarum recitans Of-
ficium Paschale, satisfacit præcepto.

35 Vnico officio potest quis satis-
facere duplici præcepto, pro die præ-
senti, & crastino.

36 Regulares possunt in foro cōs-
cientiæ vti privilegijs suis, quæ sunt
expressè revocata per Concilium Tri-
dentinum.

37 Indulgentiæ concessæ Regu-
laribus, & revocatæ à Paulo V. hodie
sunt revalidatæ.

38 Mandatum Tridentini factum
Sacerdoti sacrificanti ex necessitate
cum peccato mortali, cōfitendi quam-
primùm, est consilium, non præcep-
tum.

39 Illa particula, *quam primùm*,
intelligitur cum Sacerdos suo tempo-
re confitetur.

40 Est probabilis opinio, quæ di-
cit, esse tantum veniale osculum ha-
bitum ob delectationem carnalem, &
sensibilem, quæ ex osculo oritur, se-
cluso periculo consensus vltioris, &
pollutionis.

41 Non est obligandus concubina-
rius ad eijciendam concubinam, si
hæc nimis utilis esset ad oblectamen-
tum concubinarij, vulgo *Regalo*, dum
deficiente illo, nimis ægrè ageret vi-
tam, & aliq̄ epulæ tædio magno concu-
binarium afficerent, & alia famula ni-
mis difficilè inveniretur.

42 Licitum est mutuanti, aliquid
vltra sortem exigere, si se obligat ad
non repetendam sortem, vsque ad cer-
tum tempus.

43 Annuum legatum pro anima
relictum non durat plusquam per de-
cem annos.

44 Quoad forum conscientiæ reo
correcto, cuiusque contumacia cessan-
te, cessant censuræ.

45 Libri prohibiti donec expur-
gentur, possunt retineri, vsque dum
adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas propositiones, & vnamquamque ipsarum, vt minimum tanquam scandalosæ esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet; ita vt quicumque illas, aut coniunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, eddiderit, aut de ijs, etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsàn impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini iudicij prohibet omnibus Christi Fidelibus cuiuscumque conditionis,

dignitatis, ac status, etiam specialis, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

IOAN. LVPVS, Sanctæ R. & vniuersalis Inquisitionis Notarius, &c.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1666. Indictione 4. die verò 23. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Alexandri diuina providentia Pape VII. anno undecimo suprascriptum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principes Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbs, per me Carolum Melanum, eiusdem Sanctissimi D. N. Pape, & Sanctæ Inquisitionis Cursorem.

65. Propositiones condemnatæ ab Innocentio XI.

Fer. v. die ij. Martij M. DC. LXXIX.

*IN GENERALI CONGREGATIONE S. ROMANÆ
& vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Vaticano,
coram SS. D. N. Innocentio diuina providentia Papa XI. ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in
tota Republica Christiana contra hæreticam prauitatem,
Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede
Apostolica deputatis.*

Sanctissimus D. N. Innocentius Pada XI. prædictus ovium sibi à Deo traditarum salutis sedulo incumbens, & salubre opus in segregandis noxijs doctrinarum pascuis ab innoxijs, à foelic. recordation. Alexandro VII. prædecessore suo inchoatum, prosequi volens, plurimas propositiones partim ex diversis, vel libris, vel Thesibus, seu scriptis exceptas, & partim novitè adinventas, Theologorum plurimum examini, & deindè Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generali-

bus Inquisitoribus subiecit. Quibus propositionibus sedulo, & acuratè sæpiùs discussis, eorundem Eminentissimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem suam auditis. Idem SS. D. N. re postea maturè considerata, statuit, & decrevit pronunc, sequentes propositiones, & vnamquamque ipsarum, sicut iacent, vt minimum tanquam scandalosæ, & in praxi perniciosæ, esse damnandas, & prohibendas, sicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas sua per hoc decretum, aliàs propositiones in ipso non expressas, &

San-

Sanctitati suæ quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas, vel exhibendas vllatenus approbare.

1 Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id veter lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2 Probabiliter existimo, Iudicem posse iudicare iuxta opinionem etiam minus probabilem.

3 Generatim dum probabilitate, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modo à probabilitatis finibus non exeat, confissi, aliquid agimus, semper prudenter agimus.

4 Ab infidelitate excusabitur in fidelis non credens, ductus opinione minus probabili.

5 An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.

6 Probabile est, ne singulis quidem rigurosè quinquennijs per se obligare præceptum charitatis erga Deum.

7 Tunc solum obligat, quando renemur iustificari, & non habemus aliam viam, qua iustificari possumus.

8 Comedere, & bibere, vsque ad facietatem, ob solam voluptatem, non est peccatum, modo non obfit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.

9 Opus coniugij ob solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.

10 Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11 Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

12 Vix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex su-

perfluo statui.

13 Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicuius tritari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

14 Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.

15 Licitum est filio gaudere de parricidio Parentis à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hæreditate consecutas.

16 Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.

17 Satis est actum fidei semel in vita elicere.

18 Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo, taceat, ut pecaminosum per se non damno.

19 Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

20 Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

21 Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem, stat cum noticia solum probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22 Non nisi fides vnius Dei necessaria videtur necessitate medijs, non autem explicata Remuneratoris.

23 Fides latè dicta ex testimonio creaturarum, similivè motivo ad iustificationem sufficit.

24 Vocare Deum in testem mendacij levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25 Cum causa licitum est iurare si-
ne animo iurandi, si res sit levis, si
gravis, si

26 Si quis, vel solus, vel coram alijs, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine iuret, se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec est perjurus.

27 Causa iusta utendi his Amphibologijs est, quoties id necessarium, aut utile est ab salutē corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28 Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare iuramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

29 Vrgens metus gravis est causa iusta, Sacramentorum administrationem simulandi.

30 Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31 Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius auri.

32 Non solum licitum est defendere defensionē occisiva, quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ ius inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

33 Licitum est tam hæredi, quam Legatario contra iniuste impediētem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere, sicut & ius habenti in Cathedram, vel Præbendam contra eorum possessionem iniuste impediētem,

34 Licet procurare abortum ante animationem foetus, ne puella deprehensa gravida, occidatur, aut infametur.

35 Videtur probabile omnem foetum quandiu in utero est carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere cum paritur, ac consequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.

36 Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37 Famuli, & famulæ domesticæ possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam maiorem iudicant salario, quod recipiunt.

38 Nō tenetur quis sub poena peccati mortalis restituere, quod ablatum est per parva furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

39 Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tercio, non tenetur ad restitutionem illius damni illati.

40 Contractus Moatra licitus est etiam respectu eiusdem personæ, & cum contractu retro venditionis prævia inchoato cum intentione lucri.

41 Cum numerata pecunia prætiofior sit numeranda, & nullus sit qui non maioris faciat pecuniam præsentem, quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

42 Usura non est dum ultra sortem aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigatur tanquam ex iustitia debitum.

43 Quidni non nisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam, falso crimine elidere?

44 Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam iustitiam, & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix vlla erit opinio probabilis in Theologia.

45 Dare tēporale pro spirituali non est symonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed dumtaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.

46 Et id quoque locum habet, etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale; imò si sit finis rei spiritualis, sic ut illud plurius estimetur, quam res spiritualis.

47 Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesie magis utiles, ipsi iudicaverit ad Ecclesias promovent, Concilium, vel primo videtur per hoc *digniores* non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum sumpto comparativo, pro positivo; vel secundo, loquutione minus propria, ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertio, quando sit concursus.

48 Tàm clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdictam, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.

49 Mollities iure naturæ prohibita non est. Undè si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50 Copula cum coniugata, consentiente Marito, non est adulterium; adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51 Famulus qui submissis humeris, scienter adiuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum virginem, & multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo ianuam, aut quid simile operando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur,

52 Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

53 Satisfacit præcepto Ecclesie de audiendo sacro, quid duas eius partes, imò quatuor simul à diversis celebrantibus audit.

54 Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas horas, ad nil tenetur, quia maior pars trahit ad se minorem.

55 Præcepto communionis annuæ satisficit per sacrilegam Domini manducationem.

56 Frequens confessio, & communio, etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

57 Probabile est sufficere attritionem naturalem, modo honestam.

58 Non tenemur confessario interroganti, fateri peccati alicuius consuetudinem.

59 Licet Sacramentaliter absolvere dimidiata tantum confessos, ratione magni concursus pœnitentium, qualis: v. g. potest contingere in die magnæ alicuius festivitatis, aut Indulgentiæ.

60 Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesie, etsi emendationis spes nulla apareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodo ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

61 Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quinimò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.

62 Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi, occurrit.

63 Licitum est quærare directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.

64 Absolutionis capax est homo quantumvis labore ignorantia mysteriorum fidei, & etiam si per negli-

gentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis D. N. Iesu Christi.

65 Sufficit illa Mysteria semel credidisse.

Quicumque autem cuiusvis conditionis, status, & dignitatis, illas, vel illarum aliquam coniunctim, vel divisim defenderit, vel ediderit, vel de eis disputativè publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsàn impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem latæ sententiæ, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiã dignitate fulgente, nisi pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini iudicij, prohibet omnibus Christi fidelibus, cuiuscumque conditionis, dignitatis, & status etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Tandem, vt ab iniuriosis contentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alij quicumque, in posterum se abstineant, & vt paci, & charitati consulatur, idem SS. in virtute sanctæ


obedientiæ eis præcipit, vt tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in Thesibus, disputationibus, aut prædicationibus, caveant ab omni censura, & nota, necnon à quibuscumque convitijs contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à Sancta Sede recognite, super eisdem propositionibus, iudicium proferatur,

*Franciscus Ricardus Sanctæ Romanæ
Universalis Inquisitionis Not.*

Loco † sigilli.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo nono, indictione secunda, die vero 4. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Innocentij, divina Providentia Papa XI. anno tertio, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Perinum, eiusdem Sanctiss. D. N. Papa, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.





ALIÆ ADDITIONES

ad lib. 2. discurs. 5. num. 35.

SVMMARIVM.

1. **M**aioratus institutio in contractu facta, vim supremi Iudicij obtinet, & num. 6.
2. Maioratus institutio in contractu similis est divisioni bonorum inter filios facta.
3. Maioratus institutio à patre tripliciter potest fieri.
4. Donatio facta in testamento, non donationis, sed legati vim habet.
5. In testamento maioratus institutus vim habet testamenti.
6. In contractu institutus per viam divisionis est factus, & sequitur naturam testamenti, & ultimæ voluntatis: & in utroque casu competit successorii remedium l. finalis, Cod. de edict. Div. Adrian. tollen.
7. Hares, vel successor habet maintenancem pro rebus incorporalibus à testatore possessis, quæ ipso iure in eum transferuntur absque reali apprehensione.

1. **E**T licet Castil. loquatur † in Maioratu in testamento instituto; generaliter in omnibus sive in testamento, sive in contractu debet intelligi. Nam Maioratus in contractu institutus vim ultimæ voluntatis obtinet, vt eruditè docet Doctil. D. Mol. de primog. lib. 1. c. 12. qui sic incipit, & movet quæstionem: *Ad omnimodam naturæ Maioratus intelligentiam (cuius cognitionem omnibus in futurum obiam esse contendimus) id summè necessarium*

esse existimamus, vt unusquisq; intelligat an Hispanorum primogenia etiam in contractibus instituta, vim ultimæ voluntatis obtineant. Prosequitur materiam & authores refert, qui tenuerunt, Maioratus etiam in contractu institutos vim supremi iudicij semper obtinere: inter quos de maioratibus Hispanorum loquentem recenset Celsum Vgonem *conf. 120. num. 43. & conf. 100. num. 12.* (qui licet non Cathalantus, in hac tamen Civitate Advocatus scripsit) Nituntur enim in l. si filius, §. si pater, ff. famil. heresic. † ibi. *Non videri donationem, sed potius supremi iudicij divisionem.* Noster Molin. sic ait num. 2. *Maioratus namque vt plurimam huic divisioni hereditatis assimilatur, cum in eis, præsertim de prælegato, ac melioratione bonorumque assignatione, atque divisione potius quam de institutione agi soloat & in §. vt autem. † Tres species institutionis maioratus docet: Aut maioratus instituitur in testamento, aut in contractu, aut simpliciter, nec exprimendo, quod fit per viam contractus, nec per viam testamenti. † In prima specie, scilicet quando in testamento instituitur, dicit Maioratum ipsum tanquam testamentum censendum esse: etiam si in eo adijciantur aliqua verba, quæ donationem præ se ferre videantur. Ea namque naturam testamenti non mutabunt: cum verba secundum subiectam materiam intelligenda sint. † Et ita sunt intelligenda,*

si quæ inveniuntur in testamento Domini Ioannis Ducis Cardonæ ad favorem Domini Ferdinandi filij sui primogeniti, in cuius favorem maioratum istius Ducatus instituit, illum univertalem heredem instituendo in Ducatu, & reliquis Statibus, his Cathalau-nis verbis: *Leixam, donam, y heretam al dit Don Fernando Ioan Ramon Bolch fill nostre, y aquell à nos heretu nostre vni versal sem, è instituhim, &c.* Ex quo dubitari non potest remedium nostræ leg. fin. Ducissæ de Medina competere ex hac specie.

6 Prosequitur num. 3. ibi: † *In secunda specie principali, ubi scilicet maioratus, per viam contractus institutus fuit; subdistingendum erit. Aut enim institutus fuit per viam divisionis hereditatis factæ inter filios, & descendentes, &c.*

Si per viam divisionis, & hereditatis ipse maioratus fiat (pro ut communiter fieri solet, in plerisque maioratibus, ubi filio primogenito aliqua bona iure primogenituræ, & cæteris reliqua bona iure alimentorum assignari solent, & inter omnes bona parentis distribui) dicendum erit, huiusmodi maioratum proculdubio vim ultimæ voluntatis obtinere. Quod probatur ex tex in l. fin. ibi, si ve quocumque modo scriptura, Cod. fam. herisc. Vbi in quacumque scriptura pater sua bona dividat inter filios, ea scriptura vim ultimæ voluntatis obtinet. Et inferius, ex quibus constat maioratum per viam divisionis bonorum à parente inter filios etiam ex contractu institutum, vim ultimæ voluntatis etiam in terminis iuris obtinere. (Idem docet lib. 3. cap. 13. n. 15. in fin.) Et ne dubitandi ratione relinqueret, concludit. Nec dubitari poterit, quin divisio ista bonorum tam in contractu, quam ex ultimæ voluntate inter liberos fieri possit.

Hoc idem accidit in institutione huius maioratus Cardonæ, in quo Dux supra num. 4. relatus, in scriptura capitulorum matrimonialium maioratum instituit, reservando sibi, & reliquis filiis plurima bona, usumfructum, & reliqua ibi contenta: & non irrevo-

cabilem fecit, & tandem in ultimo elogio testamenti firmavit, ac perfecit; & ideo cum per viam divisionis bonorum inter filios maioratum instituisset, indubitatum est, hunc contractum vim ultimæ voluntatis obtinere: præcipue cum Dux in dicto contractu filium suum Ferdinandum primogenitum heredem univertalem in Ducatu, & reliquis Statibus instituerit, Maioratum, ac si leicommissum perpetuum instituendo his verbis: *Y por el amor paternal que tiene al dicho Almirante su hijo, por la presente, con las retenciones, vinculos, y condiciones, que deba yo se diran, y no sin ellas, hereda al dicho señor Don Fernando Almirante de Aragon su hijo de todos sus muebles, raíces, villas, y Lugares, y señorios; salva, que se retiene para descargarse su conciencia, heredar hijos, y hazer à sus voluntades las Baronias, &c.* Et ideo si ve dicatur ab isto contractu vires obtinuisse, si ve à testamento postea condito, semper vim testamenti, & ultimæ voluntatis obtinet: ac per consequens remedium nostræ legis finalis locum in illo habet: ego que supra rectè dixi, ex vi tantum naturæ Maioratus, si ve in testamento, si ve in contractu instituti remedium legis successorii competere pro actuali possessione consequenda. Et quod dixit Castillo de maioratibus in testamento institutis, idem esse intelligendum, si in contractu instituantur; cum vim testamenti, ac ultimæ voluntatis obtineat contractus.

Ad lib. 3. discurs. 2. num. 38.

7 **V**Lterius † proposita thesis probatur: nam maioratus, & fideicommissi perpetui, de quibus est noster sermo, & præcipue Ducatus, Marchionatus, & Comitatus tituli honorifici, & incorporales res sunt, ex aliisque rebus incorporalibus componuntur ut plurimum, ut sunt census, &c.

decimæ, feuda, iurisdicção, & reliqua incorporalia: quæ omnia de iure communi sine apprehensione possessionis transeunt ipso iure in heredem, seu legitimum successorem, taliter quod illi sit danda manutentio iurium incorporalium, & exigendi censum, vt eleganter tenet Posth. de manutent. obseru. 55. num. 33. qui sic loquitur: Generaliter in incorporalibus transit possessio in heredem absque apprehensione. Et secundum hanc opinionem fuit data manutentio heredi in quasi possessione exigendi censum ob solutiones factas defuncto. Et quod quasi possessio exigendi transeat acti vè, & passi vè ab herede in successorem, Peregr. decis. 115. num. 4. Et hanc opinionem crederem esse tenendam, ac sequendam. Et hæc sit prima limitatio in dictam regulam, quod non detur manutentio heredi ex sola possessione defuncti, sine no^{ta} apprehensione, vt scilicet non procedat in incorporabilibus: idem tenet Amat. resolut. 39. num. 2. ibi: In incorporalibus verò quasi possessionem defuncti de iure absque apprehensione continuari in successorem, & heredem. Et sic est decisum in hoc Senatu in causa inter Comitem de Castell-Florit, & Marchionem de Navarès, Relat. Mag. Pastore, 26. April. 1661. confirmata in gradu supplicationis 11. Iulij 1661. Relat. Magnif. Colomer, Scriba Fabrega. Et n. 36. & 37. sic ait Idem Posth. *Limita secundò, vt predicta regula locum habeat in his rebus, quas defunctus corpore & animo suo possidebat. Nã ista possessio nõ continuatur in heredem sine apprehensione, Tusch. verb. Possessio, concl. 426. num. 2. Marese var. resolut. lib. 2. cap. 116. num. 1. Pute. decis. 462. num. 3 lib. 2. Secus verò in his rebus quas defunctus possidebat animo suo, & corpore alieno, nempe colonorum, seu laboratorum, qui continuassent possessionem nomine heredis. Cùm ergo titulus Ducatus, &c. & omnia incorporalia transeant ipso iure absque apprehensione in successorem, ab instanti mortis vltimi possessoris, secus leg. 45. Tauri, iuxta istas doctrinas: ergo transit possessio civilis, & naturalis*

Maioratus, & cæterarum rerum etiã corporalium, cùm sint accessoriæ incorporalium, quæ sunt nobiliores, & præciosiores: quas defunctus possidebat animo suo, & corpore alieno, nempe colonorum, & officialium. Et sic in istis Maioribus Cathalonie manutentio successoribus de iure communi competit.

Lib. 3. discurs. 6. de sequestro, num. 40.

ADversus me obiicitur, Doctores in hoc num. citatos non in terminis fuisse loquutos, nec expressè tenuisse, sequestrum esse apponendum appellatione, vel supplicatione pendente, etiam si possidens pro se sententiam habeat. Fateor equidem; sed attendas queso. Certissimum est, hucusque nullam aliam inventam esse doctrinam, in qua positum, vel ponendum esse sequestrum dicatur; etiam si pro se sententiã possessor habeat, præter Rotæ prædictæ decisionem: sicut nec plures quam præcitati Doctores, qui asserant in gradu appellationis, si persona est suspecta, & cætera concurrant, esse ponendum. Cùm ergo causæ finales sequestri sint, ne iudicium reddatur illusorium, & vt lites citius finiatur; & hæc causæ concurrant in utroque casu, siue possessor habeat contra se, siue pro se sententiam; nam si postea revocetur, & fuerit fructuum condemnatio sequuta, & non sit solvendo, iudicium redetur illusorium, & litem protelabit: hinc Rota has doctrinas generales insequendo, ac eas intelligendo, etiam si pro se sententiam habeat, cùm eadem causæ in utroque casu inveniuntur, ita iudicavit; sicut eas intelligo, nulla differentia constituta: & firmiter cum Rota opinor, sequestrum esse apponendum appellatione pendente, siue pro se, siue contra se habeat sententiam, vt victori fructus sint in

in deposito conservati, & iudicium non reddatur illusorium.

Lib. 1. discurs. 2. num. 45.

Nec his obstare videtur, quòd mulier in instrumento contenta non sit, & stipulatio ficta, & favore dotis à iure præsumpta paratam executionem non habeat, ut multi tenuerunt, quos refert Amato *var. resolut. part. 1. resolut. 8. num. 5.* & alij, quos refert Petrus Barb. in l. 1. 3. part. num. 21. ff. *solut. matrim.* Nam respondetur, quòd Amato d. num. 5, in prima parte plurimos contrariæ opinionis refert, & Barbosa, reiectis aliis, refert doctrinam Baldi contrarium tenentis, cuius opinionem dicit magis communiter esse receptam; & tandem concludit num. 22. quòd admittenda est prædicta ficta stipulatio, eo maxime, quòd hæc æquiparatio facta est iure communi, & nō per privilegium, & quòd ubi quid

virtualiter colligitur ex dispositis in instrumento, habetur pro expresso, atque ita eandem vim habebit, ac si expressum in instrumento tantum fuisset. Et ideo quamvis statutum præset paratam executionem contentis in instrumento, tamen etiam verificabitur in eo, quod colligitur ex contentis in instrumento; quia & id censetur esse tenor ipsius instrumenti ex quo concludit, mulierem habere, executionem pro dote promissa viro, & non solum ex stipulatione ficta, & generalitate legis *vice in princip. Cod. de rei vxor. act.* Ita Barbosam intelligit Amato num. 6. Ergo multò fortius ex d. l. ex morte, *vers. Similique modo, Cod. de pact. convent.* ut supra ex num. 44. probavi.

Sequestri sententia iam est lata, & in fine libri compilata. Summarissimi verò possessorij retinendæ, seu adipiscendæ expectatur, quam, Deo favente, in secunda parte edenda coniungam.

INDEX ADDITIONVM , TAM
huius Libri , quam Propositionum ab
Alexandro VII. & Innocen-
tio XI. damnatarum.

*Littera A. cum numero, vel numeris post eam significat Propositionem
citatam esse ex damnatis ab Alexandro. Littera vero I. de-
notat esse ex damnatis ab Innocentio.*

A.

- A** *Bonus*, Innoc. 34. & 35. pag. 21.
Absolvere dimidiatè confessos,
Innoc. 59. pag. 22.
Absolvere consuetudinarios , Innoc.
60. pag. 22.
Absolvere in occasione proxima exi-
scentes, Innoc. 61. pag. 22.
Absolutio hæresis , & aliorum crimi-
num , quando occulta sunt , Alex.
3. 4. pag. 16.
Absolutio à casibus reservatis Episco-
pis, Alex. 12. pag. 16.
Accusator falsus, Alex. 18. pag. 17.
Adulterium , Alex. 19. pag. 17. Innoc.
50. pag. 22.
Amphibologia , Innoc. 25. 26. 27. 28.
pag. 20.
Animatio fetus, Innoc. 35. pag. 21.
Attritio naturalis, Innoc. 57. pag. 22.
Administrator an possit præiudicare
domino solvendo , vel non solven-
do, lib. 3. d. 6. num. 189. pag. 387.
Administratio danda est illi , qui me-
lius ius fovet in successione , duo-
bus contendentibus super tenutam,
num. 222. pag. 6.
Decisiones supremi Senatus Castella
num. 221. pag. 11.

- Qui successurus est in Maioratu , dili-
gentius bona administrabit , num.
227. pag. 7.
Avocare causas à Baronibus quando
possit Princeps. Vide *Princeps*.

B.

- B**eneficium Ecclesiasticum habens,
Alex. 16. 20. 21. 23. pag. 16.
Beneficium Ecclesiasticum conferens,
Alex. 22. pag. 17.
Bestialitas, Alex. 24. pag. 17.
Bulla Cœnæ, Alex. 3. pag. 16.

C.

- C**alumniator , Alex. 17. pag. 17.
Innoc. 30. pag. 21.
Censurarum cessatio , Alex. 44. p. 18
Colligator principalis in iudicio quis
sit, num. 231. & seqq. pag. 8.
Colligatoris Ethymologia , nu. 232.
pag. 8.
Collirigantium quando res est dubia,
iniustum est , quòd potior sit vnus,
quàm alter num. 223. pag. 7.
Comedere, & bibere ad satietatem, In-
noc. 8. p. 20.
Communio, Innoc. 55. 56. pag. 21.
Concubiniarius, Alex. 41. pag. 18.
Confessarius, Alex. 6. p. 16. Inn. 58. p. 22.

Additionum.

Confessio, Alex. 11. 13. 14. 24 25. pag. 16. Innoc. 56. pag. 22.
 Confessus dimidiatè, Innoc. 59. pag. 22.
 Consuetudo, Alex. 32. pag. 18. Innoc. 58. 6. pag. 22.
 Copula cum soluta, Alex. 25. pag. 17.
 Copula cum coniugata, Innocent. 50. pag. 22.
 Crimina occulta, vide *Absolutio*.

D.

Damnum, Alex. 18. pag. 16. Innoc. 39. pag. 20.
 Defensio honorum, Innoc. 31. 32. 33. pag. 21.
 Defensio honoris, Alex. 17. pag. 17. Innoc. 30. 44. pag. 21.
 Delectatio carnalis, Alex. 40. pag. 18.
 Depositi Ethymologia, pag. 2. nu. 195.
 Denuntiatio hæretici, Alex. 5. pag. 16.
 Denuntiatio sollicitantis, Alex. 6. 7. pag. 16.
 Desiderium mortis, Innoc. 13. 14. p. 20.
 Detractio, Innoc. 43. pag. 21.
 Dignior, Innoc. 47. pag. 22.
 Dilectio Dei, & proximi, Alex. 1. pag. 16. Innoc. 5. 6. 7. 10. 11. pag. 20.
 Duellum, Alex. 2. pag. 16.

E.

Electio confessarij, Alex. 16. p. 16.
 Electio Episcopi, Inn. 47. pag. 22.
 Eleemosyna, Alex. 33. pag. 18. Innoc. 12. pag. 20.
 Excommunicatio, Alex. 4. pag. 16.

F.

Falsum crimèn, Innoc. 43. 44. p. 21.
 Famuli, & famulæ occultè salarium compensantes, Inn. 37. pag. 21.
 Famuli peccatis hæri cooperantes, Innoc. 51. pag. 22.
 Festum, Innoc. 52. pag. 22.
 Fidei actus, Alex. 1. pag. 16. Innoc. 17. pag. 20.
 Fidei assensus, Innoc. 19. 20. 21. pag. 20.
 Fidei confessio, Innoc. 18. pag. 20.
 Fides latè dicta, Innoc. 23. pag. 20.
 Fidei necessitas, Innoc. 22. pag. 20.
 Fornicatio, Innoc. 48. 50. pag. 22.

Furis occisio, Innoc. 31. pag. 21.
 Furtum in grave necessitate, Innoc. 36. pag. 21.
 Furta parva, Innoc. 38. pag. 21.

G.

Gaudere de morte proximi, Innoc. 13. pag. 20.
 Gaudere de parricidio, Innoc. 15. p. 20.

H.

Hæreditas, vide *desiderium, gaudere, hæres*, Innoc. 33. pag. 21.
 Hæresis occulta, vide *eius absolutio*.
 Hæreticus, vide *eius denuntiatio*.
 Homicidium, Innoc. 35. pag. 21. vide *accusator, adulterium, calumniator, defensio*.
 Honor, vide *defensio honoris*.
 Horarum Canonicarum omisio, Alex. 20. 33. pag. 17. Innoc. 54. pag. 22.
 Horarum Canonicar. recitatio, Alex. 21. 34. 35. pag. 17.
 Hidalgo, vide *Nobilitas*.

I.

Ieunium Ecclesiasticum, Alex. 23. 29. 30. 31. pag. 17.
 Ignorantia myteriorum Fidei, Innoc. 64. 65. pag. 22.
 Inducere ad inferendum grave damnum, Innoc. 39. pag. 31.
 Indulgentiæ, Alex. 37. pag. 18.
 Infamia, Innoc. 34. pag. 21. vide *calumniator, defensio honoris*.
 Infidelis, Innoc. 4. pag. 20.
 Iudex primæ instantiæ si cognoscit extrajudicialitè de aliqua actione, seu exceptione, & ius non dicat super illam, gravat partem: & Iudex supplicationis potest cognoscere, cum decisione Senatus, lib. 3. d. 6. num 181. pag. 488.
 Iudex, Alex. 18. 26. pag. 17. Inn. 2. p. 20.
 Iuramentum, Alex. 10. pag. 16. Innoc. 24. 25. pag. 20. vide *Amphybologia*.

L.

Laudatur Senatus modo: quem docet Carocius, num. 219. pag. 6.
 L27

Index

Lacticinia, & ova, Alex. 32. pag. 18.
Legatarius, Innoc. 33. pag. 21.
Legatum, Alex. 43. pag. 18. Innoc. 33.
pag. 21.
Lex, Alex. 28. pag. 17.
Libri prohibiti, Alex. 45. pag. 18.
Litigantes, Alex. 26. pag. 17.
Lucrum ex mutuo, Alex. 42. pag. 18.
Innoc. 40. 41. 42. pag. 21.

M.

Mandatum Tridentini, Alex. 38.
39. pag. 18.
Maritus an possit præiudicare vxori
in solutione, vel in quasi possessio-
ne non solvendi, l. 3. d. 6. num. 189.
pag. 387.
Maritus potest nominari Dux, si ma-
trimonium cum Ducissa contrahat,
licet non sit Dux, num. 235. pag. 9.
Mariti licentia indiget mulier ad cõ-
parendum in iudicio, num. 234. &
235. pag. 8.
Maritus, Alex. 19. pag. 17.
Mendatium, vide *Amphybologiam, in-
rumentum.*
Medius in iudicio quis dicatur, num.
236. pag. 9.
Medius refertur ad vtrumque extre-
mum, num. 237. pag. 9.
Media via est eligenda, num. 238. p. 9.
Mendicantes, Alex. 12. pag. 16.
Metus gravis, Innoc. 29. pag. 21.
Missæ, Alex. 8. 9. 10. pag. 16. Innoc. 53.
pag. 22.
Mostra, Innoc. 40. pag. 21.
Mollities, Alex. 24. pag. 17. Innoc. 49.
pag. 21.
Mutuum, vide lucrum ex mutuo.

N.

Nobilitatis Hispanæ, & Cathalanæ
materiam, vide in libro 3. dis-
curso 11. pag. 433.
Nota prædestinationis, Innoc. 56. p. 22.
Nota timiditatis, vide *duelum.*

O.

Occasio proxima, Alex. 41. p. 18.
Innoc. 61. 62. 63. pag. 22.

Opinio probabilis, Alex. 26. 27. p. 17.
Innoc. 1. 2. 3. 4. 44. pag. 20.
Opus coniugij ob solam voluptatem,
Innoc. 9. pag. 20.
Oculum ob delectationem carnalem,
Alex. 40. pag. 18.

P.

Peccata in confessione omissa, vel
oblita, Alex. 11. pag. 16.
Populus, Alex. 28. pag. 17.
Possessionis definitio, ex num. 213. p. 5.
Princeps, quando possit evocare cau-
sas à Baronibus, etiam si privile-
gium habeant non evocandi, l. 3.
d. 6. num. 188. pag. 387.
Ad Principem recurrendum est in re
dubia, num. 218. pag. 6.
Præcepta Fidei Spei, & Charitatis,
Alex. 1. pag. 16. Innoc. 5. 6. 7. 16. 17.
pag. 20.
Præceptum annuæ cõmunionis, Innoc.
55. pag. 22.
Præceptum annuæ confessionis, Alex.
13. 14. pag. 16.
Præceptum audiendi sacrum, Innoc.
53. pag. 22.
Præceptum diligendi proximum, In-
noc. 10. 11. pag. 20.
Præceptum ieiunij Ecclesiastici, Alex.
23. 29. 30. 31. 32. pag. 17.
Præceptum recitandi Officium, Alex.
34. 35. pag. 18. Innoc. 54. pag. 22.
Præceptum servandi festa, Inn. 52. p. 22.
Prælati regulares, Alex. 4. pag. 16.
Privilegia regularium, Alex. 36. p. 18.
Prudenter agere, Innoc. 3. pag. 20.

R.

Ratio legis positivæ est colligen-
da ex ratione naturali, n. 228. p. 7.
Ratio exemplis, & doctrinis antepo-
nenda est, num. 229. pag. 8.
Regulares, Alex. 4. 13. 36. 37. pag. 16.
Religiosus, Alex. 17. pag. 17.
Restitutio, Alex. 20. 33. pag. 17. Innoc.
38. 39. pag. 21.
Restrictio mentalis, vide *Amphybo-
logia.*
Reus correctus, Alex. 44. p. 18.

Additionum.

S.

- S**atisfactio sacramentalis, Alex. 15. pag. 16.
Simonia, Alex. 22. pag. 17. Innoc. 45. 46. pag. 21.
Simulatio administrandi Sacramenta, Innoc. 29. pag. 21.
Sodomia, Alex. 24. pag. 17.
Solicitatio in confessione, vide *denuntiatio solicitantis*.
Stipendium Missæ, Alex. 8, 9. 19 p. 16.
Superfluum statui, Innoc. 12. pag. 20.
Senatus debet iudicare iuxta leges, & decisiones aliorum Senatum, quando constitutiones in suo Regno deficiunt, num. 224. pag. 7.
Sequestratio facta appellatione pendente fideiussione non revocatur, l. 5. d. 6. num. 190. & num. 41. & 41. p. 387.
Sequester est depositarius in addit. num. 192. pag. 2.
Sequestrum ponitur, quando res est in controversia, ibi num. 193.
Sequestrum potest fieri apud possessorem, ibi num. 198.
Sequestrum est apponendum quando fructus dissipantur, & non habet immobilia, n. 199. & n. 23. & seqq.
Sequestratori suspecto administratio est auferenda, ibi. nu. 200. pag. 3.
Suspectus quis sit, num. 201. ibi.
Sequestrum quando Magistratus deponunt, apud alteram partem errant, num. 202. & 82. & 83.
Sequestrati definitio, num. 203.
Sequestratoris definitio, num. 204.
Sequestrator non est Dux de Medina, sed Tabula Civitatis, num. 205.
Sequestrati depositum debet fieri apud Officium, id est, Officiales, qui sunt Tabula Civitatis, num. 206.
Sequester penes quem fructus deponuntur, debet esse tertius; non vero penes quem non deponuntur, qui tantum est sequester materialis in addit. num. 207.
Sequester est Tabula Civitatis perso-

- na ficta, quæ Ducem Cardonæ representat, sicut hereditas Testatorem, num. 208. & 209. pag. 4.
Sequestrum potest fieri apud ipsum possessorem, num. 211. pag. 4.
Sequestrum debet fieri propter fructuum prodigalem effusionem, vel in proprios vius consumptionem, vel eorum occultationem, num. 216. pag. 5.
Sequestrum est apponendum in re dubia, num. 217. pag. 5.
Sequestrum factum a suo predecessore revocavit Pontifex, nu. 220. p. 6.
Sequestrum est apponendum apud tertium, qui non sit ex colligato-ribus: quando in initio litis iurgia, seditiones, & scandala timentur, & ius patrum est obscurum, ac res dubia, num. 225. pag. 7.
Quando vero, absque seditionibus litiam inchoata, bona Maioratus ponuntur in administratione, committitur cui potiora iura lovet, num. 226. pag. 7.

T.

- T**abula Civitatis depositorem est persona ficta, quæ Ducem Cardonæ representat, num. 209. pag. 4.
Temporale pro spirituali, vide *Simonia testis falsus*, Alex. 18. pag. 17.
Tertius, qui supplicat in forma iuxta stylum Senatus, non est formalis colligator, num. 210. pag. 4. & num. 231. pag. 8.
Tertius debet poni ad colligendum, & custodiendum fructus, quando est dubia possessio, num. 197. p. 2.
Tertius quis sit in iure, & iudicio, nu. 231. pag. 8.

V.

- V**rsura, vide *lucrum ex mutuo*.
Vtus Amphibologiae, vide *Amphibologia*.
Vtus privilegiorum revocatorum, Alex. 36. pag. 18.
Vxor, vide *adulterium*.

SEQUITUR REGIA SENTENTIA SE-
questri in gradu supplicationis prolata.

Excellentissimus Dominus Locum-
tenens Generalis, &c. Visa, &c.



ATENTO ex meritis utriusque pro-
cessus, tam primitivi, quam presentis
causae supplicationis constat, non fuisse
aliquid deductum, allegatum, seu
probatum pro parte Admodum Illu-
stris Dominae Mariae Theresiae de Be-
nevides uxoris in secundis nuptiis Illu-
stris D. Innici Melchioris de Velasco, & Tobar Come-
stabilis Castellae, Ducis de Frias, & in primis Admodum
Illustris Domni Ludovici Folch de Cardona, & de Ara-
gon, olim de Cordova, Ducis Sugarbi, & Cardonae: Et
pro parte dicti Illustris Comestabilis Ducis de Frias,
propter quod Regia provisio sequestri contra ipsos, &
in favore Procuratoris Fiscalis Patrimonialis, facto ver-
bo, facta per Magnificum Ioannem Baptistam Roca, &
Julia Regiae Aud. Doctorem, die 21. Novembris 1678.
(a qua per dictos Admodum Illustris Domnam Ma-
riam Theresiam de Benevides, & Illustris Domnum
Innicum Melchioris de Velasco, & Tobar Comesta-
bilem Castellae, Ducem de Frias illius virum contratio
imperio, & in forma extitit respective supplicatum)
debeat commutari.

D

His

His, & alijs meritis dictorum processuum attentis, & alijs, sua Excellentia conclusionem in R. Aud. factam insequendo sententiat, pronuntiat, & declarat bene in, & cum dicta Regia provisione fuisse provisum, & male ab ea per dictos Admodum Illustrrem Domnam Maria Theresiam de Benevides, & Illustrrem Comestabilem Castellæ vitium suum fuisse supplicatum.

Hoc tamen intellecto, attento constat Admodum Illustrrem Dominum Ioannem Franciscum Thomam Laurentium Foleh de Cardona, & Aragon, olim Fernādez de Cordova Ducem de Medina Celi, de Alcalà, Sugarbi, & de Lerma, supplicasse in forma à Regia provisione mantentionis, facto verbo, facta per Nobilem Michaelem de Cortiada Regium Consiliarium die 15. Februarij 1677. qua supplicatione pendente fuit facta dicta provisio sequestri die 21. Novembris 1678. & eius vigore dictus Admodum Illustris Dux de Medina Celi, de Alcalà, Sugarbi, & de Lerma, per suam Excellentiam fuit nominatus sequester Status de Cardona, & suorum dependentium occupati, & occupatorum per dictam Admodum Illustrrem Ducissam de Frias, tam iurisdictionum, quàm reddituum, & fructuum illius, & suorum dependentium. Et de iure nemo, ex collitigantibus sequester eligi possit, & sic tertius nominandus erat: non fuisse intentionis suæ Excellentie nominare in sequestre dicti Status de Cardona, & suorum dependentium iurisdictionum, reddituum, & fructuum illius dictam Admodum Illustrrem Ducem de Medina Celi, de Alcalà, Sugarbi, & de Lerma. Imò in illius locum aliam personam, quæ non sit ex collitigantibus per suam Excellentiam nominandam fore, quæ teneatur idoneè cavere cum fideiussoribus de dictis Administrationibus, tam iustitiæ, seu iurisdictionum, quàm reddituum, & fructuum,

atum, & deponere pecunias, ex dictis Administrationibus processuras in tabula cambij, seu depositorum comunium presentis Civitatis Barchinonæ, dictas, & scriptas persone, que obtinebit in possessorio hieis super eo pedetis ad soltam dicti Magnifici Ioannis Baptistæ Roca, & Iulia. Et ad id expediantur litteræ, & aliæ provisiones opportune, iusta stilum: & neutram partem sua Excellentia in expensis condemnat, sed pro bis tractis soltam executionem fieri mandat.

Vt. Cortiada
F. P. Adv.

Vt. Pastor.

Fuit publicata, & intimata die iij. Novembris

M. DC. L. xxj. Barchin. in R. A.

Scriba pro Colleg. S. C.

Ludovicus Subirana Not.

Dret
UNIVERSITAT AUTÒNOMA
DE BARCELONA
BIBLIOTECA
REG. 79157
SIO. 09:347 *Bed*
REF. 125

